



THE D. H. HILL LIBRARY
NORTH CAROLINA STATE COLLEGE

SPECIAL COLLECTION

QH43
S529
1767
v.2



THE FRIEDRICH F. TIPPMANN

ENTOMOLOGICAL COLLECTION

VII 3a

**This book must not be
taken from the Library
building.**

OCT 4 1966



CAROLIA LINNÆ,

ÆQVIT. AVRAT. DE STELLA POLARI;

ACAD. PARIS. MEMBR. ETC.

S Y S T E M A

N A T V R A Æ,

PER

R E G N A T R I A N A T V R A Æ,

S E C V N D V M

CLASSES, ORDINES, GENERA,

SPECIES

C V M

CHARACTERIBVS, ET DIFFERENTIIS:

T O M V S II.

Editio decima tertia,

ad Editionem duodecimam reformatam Holmiensẽm.

VINDOBONAE,

TYPIS IOANNIS THOMÆ NOB. DE TRATTNERN,

CÆS. REG. AULÆ. TYPOGRAPHI ET BIBLIOP.

MDCCLXX

Opera IEHOVAE magna!

exposita omnibus, qui delectantur illis,

gloriosum et decorum opus Eius!

DAVID.



REGNUM VEGETABILE.

FLOS est Plantarum gaudium,
tum se novas, aliasque quam sunt, ostendunt,
tum variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.

PLIN. XVI. 25.

1. NATVRA creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in *Vegetabilia*; vegetabilia in *Animalia*, vix contra; vtraque resoluit iterum in *Terras*, circulo perenni aucto.
2. VEGETABILE est vita composita, absque motu voluntario.
3. TRIBVS Vegetabilium tres vulgo numerantur :
MONOCOTYLEDONES : Fruges : 1, 2, 3.
DICOTYLEDONES : Plantae : 4, 5.
ACOTYLEDONES : Cryptogama ; 6, 7, 8, 9.
4. GENTES, e quibus incolae confluerunt, potissimum sunt :
 1. PALMAE. PRINCIPES, Indici, Spathacei spadiferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice inuariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa semperuirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.*
 2. GRAMINA. PLEBEII, Campestris, Culmiferi glumacei, Rustici vulgatissimi simplicissimi viuacissimi, constituentibus vim roburque regni, quoque magis multati et calcati, magis multiplicatiui. *Hi Tributarii sunt e vili penu, animalibus plerisque phytiphagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hospitant.*

3. **LILIA. PATRITII**, Lucares, Bulbosi triarii, superbientes vestimentis fulgentibus festiuis. *Hi pascunt oculos condecorantque regnum venustate aulaeorum splendidissimorum.*
4. **HERBAE. NOBILES**, Pratenfes, Annotini, Polymorphi. *Hi ornant regnum Structura admiranda; Sapore multifario, Odore fragrante, Colore florido.*
5. **ARBORES. PROCERES**, Syluatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, stipati pedissequis *Seruis*, sustentantes inauspicato clientes *Parasiticos*. *Hi attollunt capita, arcent Ventos, inumbrant Aestuantes, humectant inconspicuo imbre, alliciunt Vocales; perficiunt Fructus; tamquam totidem Naturae Horti.*
MILITES armati Spinis Aculeisque, e Plantis vtrisque adscriptiui. *Hi arcent Mammalium hostium iniurias.*
6. **FILICES. NOVACCOLAE**, Latebrofi, Stipitati, Doriferi, macres. *Hi praeparant posteris Terram.*
7. **MVSCI. SERVI**, Hyemales, Imbricati Calyptrati, Reuiuifcentes, impasti, loca omnia a prioribus relicta occupant numerosissimi. *Hi Radices incolarum fouent: ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exsiccentur a Sirio Aestiuo; ne euellantur a vicissitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali; colligunt etiam pro dominorum peculio Humum daedaleam.*
8. **ALGAE. VERNACVLI**, Aquigeni, Squalentes, rediuiui, abstemii, nudiusculi. *Hi inchoant culturam primam Vegetationis.*
9. **FVNGI. NOMADES**, Autumnales, Barbari, Denudati, putidi, furaces, voraces. *Hi flora reducente Plantas hyematum, legunt relictas earum quisquilias sordisque.*
5. **TEXTVRA** vegetabilium e *Vasis succosis:*
Tracheis Aëreis.
Vtriculis secretoriis.

6. SVBSTANTIAE vegetabilium ex *Epidermide* externe obducente *Corticem*, deponentem interiore latere *Librum*, secedentem in *Lignum* annotinum rigidum, obducentes *Medullam*.
7. PARTES Vegetabilium primariae tres sunt:
 RADIX descendens, aquosa sorbens, *nutriens*.
 HERBA ascendens, aërea spirans, *mouens*.
 FRUCTIFICATIO pandens, aetherea halans, *generans*.
8. RADIX terrenis humentibus inserta exferit *Radiculas* capillares, saepe superne concurrentes in solidum, *Caudicem* descendentem sub terra, aut etiam *ascendentem* supra terram.
9. HERBA annua, aëreis commissa, constat *Hybernaculo*, *Trunco*, *Folio*, *Fulcro*:
 HYBERNACVLVM compendium Herbae totius, squamosum:
 BVLBVS e basibus Foliorum praeteritorum.
 GEMMA e rudimentis Foliorum futurorum.
10. TRVNCVS attollens Herbam Fructificationemque est vel:
 (RAMI Partes Trunci sunt).
 CAVLIS *Herbae* foliosus.
 CVLMVS *Graminis*: saepius geniculatus articulis inanibus.
 SCAPVS *Radicis* aphyllus floriferus,
 PEDVNCVLVS ramus *Caulis* floriferus.
 PETIOLVS ramus *Foliiferus*, folio proprius.
 STIPES a Folio non distinctus: *Palmis*, *Filicibus*.
11. FOLIVM expandens per aëra superficiem, volatile, saepe petiolatum.
 FOLIOLVM partiale est *Folii compositi*.
 FRONS Folium e stipite factum: *in Palmis et Filicibus*.
12. FVLCRVM administrans pro Vitae necessitate:
 STIPVLA Foliorum, ad eorum basin, foliacea.
 BRACTEA Florum, ad florum pedunculorumue basin foliacea.
 PVBES vestiens villositate.
 GLANDVLA secernens liquorem.
 SPINA terminans *cornu* lignoso.
 ACVLEVS sparsus *ungue* cortici tantum inserto.
 CIRRHVS scandens *flo*.
13. FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae spontanea dehiscens metamorphosi, vt substantia *Inter-na* pateat Flore et Fructu.
 FLOS fit e *Calyce*, *Corolla*, *Staminibus*, *Pistillis*.
 FRVCTVS e *Pericarpio* praegnante *Seminibus*, affixis *Receptaculo*.

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e *Cortice*, cuius species 7.
 VOLVA *Fungi*, lacera.
 CALYPTRA *Musci*, cucullata.
 SPATHA *Palmae*, vaginata.
 GLYMA *Graminis*, saepius bivaluis.
 PERIANTHIUM *Plantae*, corollae approximatum.
 INVOLUCRUM *Plantae*, a flore remotum, saepius umbellae.
 INVOLUCELLUM partiale involucri.
 AMENTUM *Gemmaceum* imbricatum, commune.
15. COROLLA Tegmentum interius Floris e *Libro*.
 PETALUM membranaceum: *Limbo* aut *Laminis*.
Tube aut *Vnguibus*.
 NECTARIUM nectariferum proprium, mel promens.
16. STAMEN Viscus exterius e *Ligno*; *Genitale Masculum*.
 FILAMENTUM sustinens *Antheram*.
 ANTHERA foeta granulato *Polline*, et hoc *Fouilla*.
17. PISTILLUM Viscus interius e *Medulla*; *Genitale Feminium*.
 GERMEN Fructus rudimentum, inferius.
 STYLVS a germine eleuans Stigma, intermedius.
 STIGMA roridum, pubescens, supremum.
18. PERICARPIUM *Germen* defloratum seminiferum.
 CAPSVLA membranacea, *valuis* dehiscens varie in variis.
 SILIQVA membranacea, *bivaluis*, futura vtraque seminifera.
 LEGVMEN membranaceum, *bivalue*, futura altera seminifera.
 FOLLICVLVS membranaceus, *uniualuis*, latere dehiscens, a feminibus distinctus.
 BACCA pulposa, *Seminibus* distinctis.
 DRUVA pulposa, *Nucleo* osseo.
 POMVM pulposum, *Capsula* includente femina.
 STROBILVS imbricatus *Amenti* coarctati.
19. SEMEN *Ouum*, noua planta praegnans, deciduum, tunica-
 tum.
 HILVM cicatrix vmbilicalis.
 COTYLEDONES bibulae placentam vterinam constituentes.
 CORCVLVM nouae plantae compendium, connectens coty-
 ledones:
 e *Rosello* acuminato, deorsum germinante.
 e *Plumula* imbricata, sursum excrecente.
 PAPPVS interdum coronat semen.
 ARILLVS interdum includit partialiter semen.

20. RECEPTACVLVM: *basis* partes fructificationes connectens.

PROPRIVM vnius floris.

COMMVNE pluribus *flosculis* sessilibus.

VMBELLA inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos.

VMBELLVLA partialis umbella.

CYMA umbella composita ramulis alternis.

SPADIX intra Spatham, praepremis Palmae.

RACHIS Spicae Graminis, cui flores insculpti.

21. MACHINAE Vegetabilis substantia constat duplici contraria:

CORPOREA externa, includens, nutritiva, descendens, terrenis adhaerens, studiose medullam incarcerans, duriuscula, apice tenerrimo accrescens.

MEDVLLA interna, inclusa, viuificans, basi deliquescens, apice ascendens, multiplicatione diuisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, a primordio occulte festinat lenteque versus minimam resistantiam ad summum, suum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius eo claustra citius referat metamorphosin subitura, quaeque euasura sese cum corpore copulat, vt in nouas dispergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit dispersis *Seminibus*, per *Hilum* absorbentibus aquam, vnde rumpuntur membranae a bibulis tumetibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, vsque dum foetus *Rostellum* Radiculas exserat, quo erigatur *Plumula* accrescens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* supra decomposita.

23. VEGETATIO fit *Radiculis* fugentibus tincturam aquosam Humi, quae, calore quotidie addito, lente, pellitur per corporei externi vasa, vnde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante superfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis secedentem in substantiam *Ligneam* (ex Annulis annotinis interstinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis suboffacato) sustentaturam Caudicem ascendentem, intra cuius apices *Medulla* viua properat (*).

(*) NATVRA vbique in finem sui properat;
in originem pa ce vitur viribus;
in decursu fallentibus incrementis se dispensat;
in exitu ad ruinaam toto impetu venit.

MEDULLAM concipio fasciculum e fibris Nerueis isocelent formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos neruos, hinc diuergentes, penetrantes corticem etiamnum subgelatinosum, vbi hi nerui medullares apice similiter multiplicantur in Gemmam. A dissecto, per hunc neruum, vase adscendente, impeditoque subtus adscensu humoris propulsi, extenditur corticale in *Folium*.

FOLIUM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Parasiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina superiore a luce electricum inspirat, pagina inferiore roridum perspirat, a casu nunquam renasciturum.

DECLARATUR vero Larua herbae, vbi Medullae maior propulsio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur substantia *Corticis* in Calycem, *Libri* in Corollam, *Ligni* in Stamina, *Medullae* in Pistilla, terminante vegetationem noua vita, collectis filis in vltima Medullae Semina.

24. **PROLEPSIS** sistit Metamorphoseos Plantarum mysterium, quo Herbae *Larua* mutetur in *Declaratam* Fructificationem; Plantae enim est producere vel *Herbam* foliosam, vel etiam *Fructificationem*.

FOLIUM genuinum semper in sinu fouet Rami multiplicantis principium, siue actu, siue potentia tale; cumque *Folium* sit natum ob huius causam, nec vicissim, nequit existere *Folium*, nisi hoc principium perforauerat antea corticem, e quo ortum est, licet effectus ante suam causam manifestus.

GEMMA genuina est *Rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma semper constat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo non dum e longato) approximatis. *Cumque* Folia sine Gemma existere nequeant, necesse est quod Gemma lateat in sinu cuiusuis squamae gemmaceae, confirmante autopfia, adeoque nequit omnis Gemma aliud esse, quam corpus a foliis et gemmulis compositum. Sequitur itaque quod omnis Gemma constet Foliis cum suis Gemmulis et hae *Gemmulae* similiter ex minoribus squamis et gemmulis, et sic porro vsque in quintam progeniem (vt in *Voluoce*), nec vltra, confirmante metamorphosi. Ergo Ramus foliosus praesentis anni, foetus sit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, succedentibus semper nouis ad extremos apices, in defoliatorum, ad basin, locum, vt numerus quinaris perrenet.

rennet. Hoc fit in *Arboribus*, vbi medulla moratur a duriori substantia lignea; in *Plantis* annuis autem, vbi minor resistentia corporei laxioris versus medullam, valet haec breuius, absque mora gemmacea exire in Flores; quodcunque enim valet propulsiōem Medullae augere et inclusivam vim Corporei debilitare, id promouebit Florescentiam.

FLOREM dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, simul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Braētas*, sequentis *Calycem*, insequentis *Corollam*, consequentis *Stamina*, subsequēntis *Pistillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. **FLORESCENTIA** sifit Plantarum *Sponsalia* in Flore, (*) et *Nuptias* in Anthesi.

FLOS, exuta Herbae Larua, prodit Planta declarata, interna, nuda et perfecta instar *Insecti* alligati volitantis: *Coleoprati* Calyce, *Alati* Corolla, constantis solis *Visceribus* Genitalibus: *Masculis* staminibus ex *Antheris Testicularibus*, repletis Polline *genitali*, continente *Fouillam* viuificantem, et *Femineis* Pistillis ex *Germinis ouario*, terminato Stigmate *vuluisero*, tecto *pube* tubulosa, resudante *Lympham* *genitalem*.

ANTHESIS peragitur, dum *Antherae* ruptae spargunt suum *Pollen* vesiculare supra *Stigma*, quo efflat hoc inclusam *Fouillam* masculam, absorbendam a *Lympha genitali* feminea resudante, vt corporeum masculum addito *Femineo* medullari conficiat *ouum*, in iustam maturitatem fouendum intra *Ouarium*.

26. **PRINCIPIVM** Fructificationis, **Fundamentum** Botanicæ, est altius repetendum.

PROBLEMA: Supponas D. O. O. in primordio e simplici progressum ad composita; e paucis ad plura! adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creasse plantas diuersas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas, **IPSVM** dein ita inter se generando miscuisse, vt totidem exorirentur plantae, quot hodie distincta existunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae structuram floris non mutant) inter se miscuisse et multiplicasse in *Species* existentes, quotquot possibiles, exclusis tamen e numero specierum, ab eiusmodi generatione productis *Plantis Hybridis*, vt pote sterilibus.

(*) Sponsalia plantarum. *Amoen. acad. XII.*

GENVS itaque omne est naturale, confirmante natura, saltum non faciente.

CHARACTER ergo non constituat vñquam genus, sed sedulo secundum Genus naturæ conficiendus est.

PLANTAE congeneres sunt quoad genus dignoscendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; sed distinguendae in specie secundum Herbam a fociis sororibus, diuerso patre productis.

DIAGNOSIS sic plantae consistit in affinitate *Generis* et in discrimine *Speciei*.

NOMEN plantae itaque, vt vtramque diagnosin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium, *Specificum* Praenomen triuale.

sub hoc vero *Synonyma* vaga authorum.

BOTANICVS sequendo *Classificationes*, per *Characteres* plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per *Differentias* Laruae ad *Speciei* appellationem; inde ad huius *Synonyma*; ex his ad *Authores*; exinde ad *omnia*, quae de obiecto quaestionis, seculi beneficio ad nos peruenere. Sic dicat ipsa planta suum Nomen, suamque Historiam in tanta multitudine specierum ima indiuiduorum; hoc finis Botanices prius, seculi nostri inuentum, in quod perficiendo defudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICVS verus defudabit in augendo amabilem Scientiam:

DESCRIPTIONES conficiat verbis characteristicis, Plantarum imprimis obscuriorum, rariorum nouarumque, ad normam Delineationis plantae, *more C. L. filii et Schreberii in Decuriis*.

FIGURAS, si poterit, addat, quae representent Plantam perfectam, *quales dedere Vaillant, Dillenius, Ehret, Jacquin, Trev, Schmiedel, etc.*

DIFFERENTIAS specificas eruat compendiosas, propriissimasque.

SYNONYMA authorum inquirat, imprimis selectiora; *vti Hallerus*.

GENVS naturale semper Speciei praefigat, et vbi nouum, *Characterem* naturali definiat ex omnium partium fructificationis situ, figura, numero, proportione.

SPECIES vagas nouasque ad certa genera referat, *vti Tournefort, Plumier, Browne, Jacquin*.

ORDINEM naturalem, vbi patet, indigitet.

STATIONES cuiusuis plantae notet, ideoque plures *Floras*, vbi licet, producat, imprimis *Australes et Exoticas*.

PROPRIETATES observet, quales *Duratio, Seminatio, Gem-
matio, Vernatio, Aestivatio, Nuptiae, Frondescencia, Calen-
darium, Horologium, Somnus, Qualitates.*

VSVS addat; quales vsus *Naturae* (Panis Pandoraequae) *Me-
dicus, Oeconomicus* etc. et quaecunque in his cedant im-
primis in gloriam Authoris et in commodum generis
Humani, vt posteri demum obambulent in serena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hirquitallientes:

Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicere.
Absonos extollunt, Praestantiores rodunt zelo stomachoso,
Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.
Grano eruditionis reperto stentorii ebuccinant.
Genera e male assumtis lacerant, multiplicant.
Methodum naturalem sibi notam crepant.

Dedisti mihi DOMINE artem,
meam mercedem,
et in illa laudabo nomen Tuum.

Dauid.

DELINEATIO PLANTAE.

I. THEORIA.

GENVS. Nomen *selectissimum*.

Character naturalis, essentialis, artificialis.

Classis Ordoque *Systematis praestantissimi*.

Ordo naturalis *demonstrandus*.

SPECIES. Nomen triquale.

Differentia specifica *demonstranda: certissima, breuissimaq.*

Synonyma e descriptione *s. figura selecta; vernacula.*

CRITICA. Etymologia nominis *generici, specifici.*

Inuentor *cum tempore.*

Eruditio Historica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX *duratione* annua, biennis, perennis.

figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa.

b. repens, articulata, dentata.

c. globosa, tuberosa, fascicularis, palmata.

d. bulbosa, granulata.

TRUNCVS *specie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.

duratione herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arbo-
reus.

solidus, inanis, fistulosus.

mensura a. (proportio *ad folia reliquasque partes.*)

b. crassities *ex simili notissimo.*

directione a. erectus, strictus, rigidus,

laxus, obliquus, ascendens,

declinatus, incurvatus, nutans,

diffusus, procumbens, stoloniferus.

b. sarmentosus, radicans, repens.

c. geniculatus, flexuosus, scandens,

volubilis: *sinistrorsum, dextrorsum.*

figura a. teres, semiteres, compressus,

anceps, 3-10 angulatus,
acutangulus, obtusangulus.

b. 3-6 gonus, 3-5queter.

- vestitu* nudus, aphyllus, foliatus, vaginatus, squamosus, imbricatus.
- superficie* a. suberosus, rimosus, tunicatus;
 b. laevis, striatus, sulcatus,
 c. glaber, scaber, muricatus, tomentosus, villosus, hispidus, aculeatus, spinosus, vrens.
 d. stipulatus, membranatus, bulbiferus.
- compositione* a. enodis, simplicissimus, simplex, integer.
 b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus.
 c. subramosus, ramosus, ramosissimus.
 d. virgatus, paniculatus, fastigiatus.
 e. patens, diuaticatus.
- RAMIS** a. structura Caulis, Frondis.
 b. alternis, distichis, sparsis. confertis, oppositis, verticillatis.
 c. erectis, coarctatis, diuergentibus; diuaticatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis.
 d. altitud. caulis, longis, breuibus, patentibus.

FOLIA

- determinatione loco* radicalia, caulina, ramea, axillaria, floralia,
- numero* vnicum, duo, tria, pauca, plurima.
- situ* a. alterna, disticha, bifaria, sparsa, conferta, imbricata, fasciculata, bina, terna, quaterna, quina, confluentia, approximata, remota.
 b. opposita, decussata, stellata.
- directione* a. erecta, stricta, rigida, adpressa, patentia; horizont. assurgentia, inflexa, reclinata, recuruata, reuoluta, dependent.
 b. obliqua, aduersa, verticalia, resupinata.
 c. submersa, natantia, radicantia.
- insertione* a. petiolata, peltata.
 b. sessilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

stru-

- structura figura* a. subrotunda, orbiculata, ouata, oualia.
 b. oblonga, parabolica, cuneiformia; spatulata.
 c. rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, acerosa.
- angulis* integra, 3-5 angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.
- sinibus* a. cordata, reniformia, lunata, sagittata, hastata, panduriformia, runcinata.
 b. fissa, 2-5 loba, 2-fida, 3-5 partita, palmata, lyrata, pinnatifida, sinuata, laciniata, squarrosa.
- marginibus* a. integerrima, crenata, ferrata, ciliata, dentata, spinosa, cartilaginea.
 b. repanda, lacera, erosa, daedalea.
- apice* a. obtusa, emarginata, retusa, praemorsa, truncata.
 b. acuta, acuminata, cuspidata, mucronata; cirrosa.
- superficie* a. pagina: superiore, inferiore, nuda, glabra, nitida, lucida, colorata.
 b. neruosa: trineruia, trineruata, triplineruia, eneruia, lineata, striata, fulcata.
 c. venosa, rugosa, bullata, lacunosa, auenia.
 d. punctata, papillosa, papulosa, viscida.
 e. villosa, tomentosa, sericea, lanata, barbata, pilosa, scabra, hispida, aculeata, strigosa.
- expansione* plana, canaliculata, concaua, conuexa, cucullata, plicata, vndata, crispa.
- substantia* a. membranacea, scariosa, gibba, teretia, depressa, compressa, carinata.
 b. compacta, tubulosa, pulposa, carnosa,
 c. triquetra, ancipitia, lingulata, ensiformia, subulata, acinaciformia, dolabriformia.
- mensura* brevissima, longissima respectu ad caulem articulosae.
- duratione* decidua, caduca, persistens, perennia, semperuientia.

com-

Ob loco obuersa e. gr. obcordata, obouata, etc.

Sub loco fere, e. gr. subcordata, subouata, etc.

Coordinantur saepe figurae eiusdem diuisionis, non vero diuersae;

bene lanceolato-ouata, ouato-lanceolata etc.

male lanceolato-acuta, ouato-mucronata:

compositione *Composita* articulata, Coniugata.

Digitata: binata, ternata, quinata.

Pedata.

Pinnata: biiuga, triiuga, quadriiuga, etc.
cum impari, abrupta, cirrhosa.

Foliolis oppositis, alternis, interruptis,
decursiuis.

Decomposita bigemina, biternata, bipinnata,

Supradecomposita tergemina, triternata, tripinnata.

FVLCRA: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

PETIOLVS *figura* linearis, alatus, clauatus.

membranaceus, teres, semiteres, triquet-
ter,
canaliculatus.

magnit. breuissimus, breuis, mediocris,
longus, longissimus,

insert. insertus, adnatus, decurrens,
amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.

direct. erectus, patens, assurgens, recurvatus.

superf. glaber, aculeatus, nudus;
articulatus, spinescens.

STIPVLAE a. geminae, solitariae, nullae.

b. laterales, extrafoliac., intrafoliac., oppositifoliae

c. caducae, deciduae, persistentes, spinescentes.

d. sessiles, adnatae, decurrentes, vaginantes.

e. subulatae, lanceolatae, sagittatae, lunatae;

f. erectae, patentes, reflexae.

g. integerrimae, serratae, ciliatae, dentatae, fissae.

h. breuissimae, mediocres, longae.

CIRRHVS a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.

b. simplex, trifidus, multifidus.

c. conuolutus, reuolutus.

PVBES a. pili, lana, barba, tomentum, strigae.

b. setae: simplices, hamosae, ramosae; plumosae,
stellatae.

c. hami, glochides.

d. Glandulae, Vtriculi.

foliaceae, petiolares, pedunculares, stipulares.

e. viscositas, glutinositas.

ARMA

- ARMA a. *Aculei*: recti, incurui, recurui;
 b. *Furcae* bifidae, trifidae.
 c. *Spinæ* terminales, axillares, calycinae, foliaries;
 simplices, diuisae.
 d. *Stimuli* pungentes, vrentes.

- BRACTEAE a. coloratae, caducae, deciduae, persistentes;
 b. vna, duae, plures.
 c: *Coma*.
 d. Foliorum *caetera addenda*.

- PEDUNCULVS partialis (a-e), communis, Pedicellus,
 a. loco radicalis, caulinus, rameus;
 petiolaris, cirrhiferus;
 terminalis, axillaris,
 oppositifolius, lateriflorus, interfoliaceus, supra-
 foliaceus, extrafoliaceus.
 b. *situ* alternus, sparsus, oppositus, verticillatus.
 c. *numero* solitarius, geminatus, umbellula *sessilis*.
 d. *directione* adpressus, erectus, patens; cernuus,
 resupinatus, declinatus; nutans, flaccidus; ad-
 scendens;
 pendulus, strictus, flexuosus, retrofractus.
 e. *mensura* brevis, breuissimus, longus, longissimus.
 f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus; triflorus; etc. multi-
 florus.
 g. *structura* teres, triqueter, tetragonus,
 filiformis, attenuatus, clauatus, incrassatus,
 nudus, squamosus, foliatus, bracteatus;
 geniculatus; articulatus.

INFLORESCENTIA, graduale modificatione scandit:

Spadix; Cyma, Umbella, Umbellula, Aggregatam;
 Composita, Spica, Amentum, Strobilus, Corymbus,
 Racemus, Panicula, Thyrsus; Fasciculus, Capitulum;
 Verticillus, Lateriflor: etc.

Flores terminales, laterales, sparsi;
 sessiles, pedunculati,
 vnicus, solitarius, terni etc. copiosi;
 erecti, cernui, nutantes, resupinati;
 verticales, horizontales.

- a. VERTICILLVSA. sessilis, pedunculatus.
 b. nudus, inuolucratu, bracteatus;
 c. confertus, distans.

- b: CAPITVLVM a. subrotundum, globosum, dimidiat:
 b. foliosum, nudum. Fasciculus.

- c. SPICA a. simplex, compos. spicillis, glomerat.
 b. ouata, ventricosa, cylind. interrupta
 c. imbricata, articulata, ramosa,
 linearis, ciliata, foliacea, comosa.
 d. CORYMBVS simplex, compositus.
 e. THYRSVS nudus, foliatus.
 f. RACEMVS a. simplex, compositus.
 b. unilateralis, secundus, pedatus,
 coniugatus.
 c. erectus, laxus, dependens.
 d. nudus, foliatus.
 g. PANICVLA Trunci structura.

FRUCTIFICATIO ex numero, figura, proportione, situ partium.
 Simplex. Composita ex Flosculis.

CALYX Perianthium fructificationis, floris, fructus.

- Proprium a. monophyllum, polyphyllum.
 b. 2-5 fidum, 2-5 partitum, integrum.
 c. tubulosum, patens, reflexum, inflatum.
 d. abbreviatum, longum, longitud. tubi.
 e. obtusum, acutum, spinosum, aculeatum.
 f. aequale, inaequale, labiatum.
 Commune imbricatum, squarrosi, calyculatum,
 scariosum.

- Inuolucrum a. vniuersale, parziale, proprium.
 b. monophyllum-polyphyllum.

- Gluma a. uniflora, 2-multiflora.
 b. univaluis, bivaluis; multivaluis.
 c. colorata, glabra, hispida.

- Arista a. mutica, terminalis, dorsalis.
 b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.

Amentum squamosum, nudum.

Spatha univaluis, bivaluis, dimidiata.

Calyptra recta, obliqua.

Volua approximata, remotissima.

- COROLLA Petali a. Tubus f. Ungues; Limbus f. Laminae.
 b. monopetala, 2-6-polytetala.
 c. regularis, irregularis, inaequalis.
 d. globosa, campanul. infundibuliformi.
 rotata.

ringens, personata: labio superiore
 et inferiore; Rictu; Palato.

cruciata, concava, patens.

Papilionacea: vexillo, alis, carina.

e. Composita: ligulata, tubulosa, radiata.
f. Color.

- STAMINA** *Nectarium* proprium, petalinum.
Filamenta numero, figura, insertione, proportione.
aequalia, inaequalia; connata.
Antherae distinctae, connatae; laterales, incumbentes, erectae.
loculi, apertura.
- PISTILLUM** *Pollen* figura.
Germen superum, inferum.
Stylus numero, proportione, diuisione, figura.
Sigma numero, figura.
- PERICARPIUM** *Capsula*: figura, valuulae, loculamenta, dissepimenta.
bicaesularis etc. bilocularis etc.
didyma, tricocca etc.
- Siliqua* figura, compressa, torulosa, articulata.
Dissepimentum parallelum, transuersum.
Legumen figura, articulata, 1-2 locularis, isthmis.
Folliculus uniuersalis, figura.
Drupa succulenta, sicca.
Pomum figura, loculamenta.
Bacca monosperma etc. nidulantia femina.
Sirobilis figura totius, squamarum.
- SEMEN** numero, figura, loculis, superficie, consistentia.
Hilum, *Corculum*.
Corona: *Pappus* stipitatus, capillaris, plumosus,
Cauda, hamus, calyculus.
Nux unilocularis, bilocularis etc.
Arillus cartilagineus, succulentus.
- RECEPTACULUM** fructificationis, floris, fructus.
Commune a. nudum, punctatum, pilosum, paleaceum.
b. planum, conuexum, unicum, subulatum.
- Compositus* flos ex *Flosculis*.
Aggregatus flos.
Vmbella a. simplex, composita ex *Vniuersali Partiatique*, prolifera.
b. concaua, fastigiata, conuexa.
c. erecta, nutans.
- Cyma* nuda, bracteata.
Spadix a. uniflorus, multiflorus.
b. simplex, ramosus.
c. *Rachis spica*.

III. HABITVS.

- GEMMATIO** *Bulbus* solidus, tunicatus, squamatus, caulinus.
Gemma origine petiolaris, stipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.
- VERNATIO** conduplicata, conuoluta, inuoluta, reuoluta,
 imbricata, equitans, obuoluta, plicata,
 circinalis.
- AESTIVATIO** conuoluta, imbricata, conduplicata, valuata, in-
 aequiualuis.
- TORSIO** a. conformis, difformis.
 b. dextra, sinistra, reciproca.
 c. resupinata, circinalis.
- VARIATIO** coloris, magnitudinis, pubescentiae, aetatis.
Externa: plicata, fasciata.
 latifolia, tenuifolia, crispa.
 mutica.
Interna: a. mutilata, grandiflora.
 b. multiplicata, plena, prolifera, cristata.
 c. viuipara, bulbigera.
- SPONSALIA** Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
Generationis mysteria.
- SEMINATIO.** *Seminis* cauda, ala, pappus,
 hamuli, gluten, curuatio.
Pericarpium baccatio, inflatio, viscositas, elasticitas,
structura.
- PLACENTATIO** Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyle-
 donis.

IV. STATIO.

- CLIMA** boreale, mediterraneum, Alpinum.
 Marinum.
 orientale, australe, occidentale, indicum;
- SOLVM** lacustre; littorale, maritimum, falsum,
 palustre, inundatum, vliginosum, caespitosum,
 nemorosum, syluaticum, aruense,
 pratense, campestre, montanum,
 ruderales, cultum.
- TERRA** Humus, Argilla, Creta, Arena.
 Parasitica.

V. TEMPVS.

GERMINATIO dierum, mensium, annuum, bienne.

FRONDESCENTIA *Vernatio* praecox, aequalis, serotina.
Autumnatio praecox, lenta, cunctanea.

CALENDARIVM 1. Germinati. Frondescentiae, Florescentiae.
2. Grossificationis, Maturationis, Messis.
3. Exfoliationis, Defoliationis, Congelationis.
4. Brumalis, Glacialis, Regelationis.

HOROLOGIVM a. *Vigiliae* meteoricae, tropicae, aequinoctiales.

b. apertionis, reclusionis.

SOMNVS conuiuens, includens, circumsepiens, muniens; con-
duplicans, inuoluens, diuergens, dependens, in-
uertens, imbricans.

DVRATIO *Plantae* caducae, sensiles, perpetuae.
Flores ephemeri, tridui, menstrui.
Fructus praecoces, serotini, annui.

VI. QVALITAS.

ODOR: Ambrosiacus, Fragens, Spirans, Aromaticus, Orgasticus.
Hircosus, Nidorosus, Teter, Nauseosus, Virofus.

SAPOR: Aquosus, Acidus, Pinguis, Dulcis, Mucosus.
Siccus, Amarus, Stipticus, Acris, Salsus.

COLOR Hyalinus, Ruber, Purpureus, Albus, Tristis.
Niger, Luteus, Viridis, Cinereus, Testaceus.

TACTVS Humidus, Tomentosus, Succosus, Carnosus, Viscidus.
Aridus, Lucidus, Scariosus, Membranaceus, Scaber.

MENSVRA Linearis, Pollicaris, Spithamaeus, Pedalis,
Vngicularis, Palmaris, Dodrantalis, Orgyalis.

VII. VSVS.

NATVRALIS *Oeconomia* naturae eiusque *Politia*.
sympathia l. antipathia.

Pan mammalium phytiphagorum domesticorum.
Pandora infestorum.

ARTIFICIALIS *Culinaris*: Radices, Olera, Fructus.
Officinalis a. simplicia, praeparata.
 b. pretium, locus.
Medica: Vires, Vfus.
Oeconomica instrumentalis
 pastoralis
 tinctoria
 culturae: Cerealia.
 Macellum.
 Officinalis.
 Arboretum, Frutetum.
 Pomona.
 Pascua.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXVALIS.

NUPTIAE PLANTARVM.

Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.

Florescentia.

[PUBBLICAE.

Nuptiae, omnibus manifestae, aperte celebrantur.

Flores unicuique visibiles.

[MONOCLINIA.

Mariti et vxores vno eodemque thalamo gaudent.

Flores omnes hermaphroditii: stamina cum pistillis in eodem flore.

[DIFFINITAS.

Mariti inter se non cognati.

Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

[INDIFFERENTISMVS.

Mariti absque subordinatione.

Stamina longitudine indeterminata.

- | | |
|----------------|------------------|
| 1. MONANDRIA. | 7. HEPTANDRIA. |
| 2. DIANDRIA. | 8. OCTANDRIA. |
| 3. TRIANDRIA. | 9. ENNEANDRIA. |
| 4. TETRANDRIA. | 10. DECANDRIA. |
| 5. PENTANDRIA. | 11. DODECANDRIA. |
| 6. HEXANDRIA. | 12. ICOSANDRIA. |
| | 13. POLYANDRIA. |

[SUBORDINATIO.

Mariti certi reliquis praeferuntur.

Stamina duo semper reliquis breuiora sunt.

14. DIDYNAMIA. | 15. TETRADYNAMIA.

[AFFINITAS.

Mariti propinqui et cognati sunt.

Stamina cohaerent vel inter se, vel cum pistillo.

- | | |
|-------------------|-----------------|
| 16. MONADELPHIA. | 19. SYNGENESIA. |
| 17. DIADELPHIA. | 20. GYNANDRIA. |
| 18. POLYADELPHIA. | |

[DICLINIA (a *dis* bis et *κλίση* thalamus) duplex thalamus.)

Mariti et Feminae distinctis thalamis gaudent.

Flores masculi et feminei in eadem specie.

- | | |
|---------------|----------------|
| 21. MONOECIA. | 23. POLYGAMIA. |
| 22. DIOECIA. | |

[CLANDESTINAE.

Nuptiae clam insituntur.

Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.

24. CRYPTOGAMIA.

CLAS-

CLASSIVM CHARACTERES.

- I. MONANDRIA. a *μόνος* vnicus, et *ἀνής* maritus.
 Maritus vnicus in matrimonio.
Stamen vnicum in flore hermaphrodito.
- II. DIANDRIA.
 Mariti duo in eodem coniugio.
Stamina duo in flore hermaphrodito.
- III. TRIANDRIA.
 Mariti tres in eodem coniugio.
Stamina tria in flore hermaphrodito.
- IV. TETRANDRIA.
 Mariti quatuor in eodem coniugio.
Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.
 (*Si Stamina 2 proxima breuiora sunt, referatur ad Cl. 14.*)
- V. PENTANDRIA.
 Mariti quinque in eodem coniugio.
Stamina quinque in flore hermaphrodito.
- VI. HEXANDRIA.
 Mariti sex in eodem coniugio.
Stamina sex in flore hermaphrodito.
 (*Si ex his Stamina 2 opposita breuiora, pertinet ad Cl. 15.*)
- VII. HEPTANDRIA.
 Mariti septem in eodem coniugio.
Stamina septem in flore eodem cum pistillo.
- VIII. OCTANDRIA.
 Mariti octo in eodem thalamo cum femina.
Stamina octo in eodem flore cum pistillo.
- IX. ENNEANDRIA.
 Mariti nouem in eodem thalamo cum femina.
Stamina nouem in flore hermaphrodito.
- X. DECANDRIA.
 Mariti decem in eodem coniugio.
Stamina decem in flore hermaphrodito.
- XI. DODECANDRIA.
 Mariti duodecim ad nouendecim in eodem coniugio.
Stamina duodecim ad nouendecim in flore hermaphrodito.
- XII. ICOSANDRIA ab *εἰκοσι* viginti et *ἀνής*.
 Mariti viginti communiter, saepe plures.
Stamina (non receptaculo) calycis lateri interno adnata.
- XIII. POLYANDRIA. a *πολύς* et *ἀνής*.
 Mariti viginti et vltra in eodem cum femina thalamo.
Stamina receptaculo inserta a 20 ad 1000 in eodem, cum pistillo, flore.

- XIV. DIDYNAMIA. a *δύς* bis, et *δύναμις* potentia.
 Mariti quatuor, quorum 2 longiores, et 2 breuiores.
Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora sunt.
- XV. TETRADYNAMIA.
 Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito.
Stamina sex: quorum 4 longiora, 2 autem opposita breuiora.
- XVI. MONADELPHIA. a *μόνος* vnicus, et *ἀδελφός* frater.
 Mariti, vt fratres, ex vna basi proueniunt.
Stamina filamentis in vnum corpus coalita sunt.
- XVII. DIADELPHIA.
 Mariti e duplici basi, tamquam e duplici matre, oriuntur.
Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.
- XVIII. POLYADELPHIA.
 Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt.
Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.
- XIX. SYNGENESIA. a *σύν* simul, et *γένεσις* generatio.
 Mariti genitalibus foedus constituerunt.
Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.
- XX. GYNANDRIA. a *γυνή* femina, et *ἀνής* maritus,
 Mariti cum feminis monstruose connati.
Stamina pistillis (non receptaculo) insident.
- XXI. MONOECIA. a *μόνος* vnicus, et *οἶκος* domus.
 Mares habitant cum feminis in eadem domo, sed diuerso thalamo.
Flores masculi et feminei in eadem planta sunt.
- XXII. DIOECIA.
 Mares et feminae habitant in diuersis thalamis et domiciliis.
Flores masculi in diuersa planta a femineis prognascuntur.
- XXIII. POLYGAMIA. a *πολύς*, et *γάμος* Nuptiae.
 Mariti cum vxoribus et inuuptis cohabitant in distinctis thalamis.
Flores hermaphroditi et masculi aut feminei in eadem specie.
- XXIV. CRYPTOGAMIA. a *κρυπτός* occultus, et *γάμος* Nuptiae.
 Nuptiae clam celebrantur.
Flores intra fructum vel singulari modo occultati.

ORDINES a Feminis seu Pistillis, vt classes a Maribus seu Stamini-
 bus, desumuntur; in Classe Syngenesiae autem a caeteris
 differunt Ordines, e. gr.

MONOGYNIA, Digynia, Trigynia, etc. a γυνή femina, praepo-
 sitis numeris graecis μόνος, δις, τρεις, τέσσαρες, etc.

i. e. Pistillum 1. 2. 3. 4. etc. Numerus hic pistilli desumitur a Basi
 styli; si stylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.

POLYGAMIA AEOVALIS constat multis nuptiis, coniugia
 pura contrahentibus.

i. e. ex multis flosculis staminibus et pistillis instructis.

Flores eiusmodi maximam partem vulgo Flosculosi dicuntur.

POLYGAMIA SPURIA, vbi thalami vere nuptorum discum
 occupant, et ambitum cingunt thalami concubinarum maritis
 destitutarum, vt a maritis vxorasis foecundentur.

i. e. vbi flosculi hermaphroditi discum occupant, et marginem cingunt
 flosculi feminei, staminibus destituti, idque triplici modo;

(a) SUPERFLVA, cum feminae maritatae fertiles sunt,
 et familiam propagare queunt; adeo vt concubinarum
 auxilium videatur superfluum.

i. e. cum flores disci hermaphroditi stigmatate instruuntur et semina
 proferunt; flores quoque feminei radium constituentes similiter
 semina ferunt.

(b) FRVSTRANEA, cum feminae maritatae fertiles
 sunt et speciem propagare queunt; concubinae autem ob
 defectum vuluae, veluti castratae, impraegnari nequeunt.

i. e. cum flores disci hermaphroditi stigmatate instruuntur et semi-
 na proferunt; flosculi vero radium constituentes, quum stigma-
 te careant, semina proferre nequeunt.

(c) NECESSARIA, cum feminae maritatae, ob geni-
 talium labem et vuluae defectum steriles, familiam pro-
 pagare nequeunt; concubinis a maritis feminarum foecundatis,
 vxorum locum suppleantibus, sobolemque lacte
 propagantibus.

i. e. cum flores hermaphroditi ob defectum stigmatate pistilli, se-
 mina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio semina
 perfecta proferunt.

(d) SEGREGATA, cum thalami plurium, cuiuscumque
 sexus et coniugii, ita vniuntur, vt vnicum Thalamum
 communem constituent.

i. e. cum calyces floriferi plures comprehenduntur a communi ca-
 lyce, vt vnicum florem conficiant.

CLASSIVM GENERA.

I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Canna.	1
Amomum.	2
Costus.	3
Alpinia.	4
Maranta.	5
Curcuma.	6
Kaempferia.	7
Thalia.	8
Boerhauia.	9
Salicornia.	10
Hippuris.	11

DIGYNIA.

Corispermum.	12
Callitriche.	13
Blitum.	14
Cinna.	15

II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Nyctanthes.	16
Iasminum.	17
Ligustrum.	18
Phillyrea.	19
Olea.	20
Syringa.	21
Dialium.	22
Eranthemum.	23
Circaea.	24
Veronica.	25
Paederota.	26
Iusticia.	27
Dianthera.	28
Gratiola.	29
Schwenkia.	1233
Pinguicula.	30
Vtricularia.	31
Verbena.	32
Lycopus.	33
Amethyftea.	34
Cunila.	35
Ziziphora.	36
Monarda.	37
Rosmarinus.	38
Saluia.	39
Collinsonia.	40
Morina.	41

DIGYNIA.

Anthoxanthum.	42
---------------	----

TRIGYNIA.

Piper.	43
--------	----

III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Valeriana.	44	Phleum.	77
Olax.	45	Alopecurus.	78
Tamarindus.	46	Milium.	79
Rumphia.	47	Agrostis.	80
Cneorum.	48	Aira.	81
Camocladia.	49	Melica.	82
Melothria.	50	Poa.	83
Ortega.	51	Briza.	84
Loeflingia.	52	Vniola.	85
Polycnemum.	53	Dactylis.	86
Hippocratea.	54	Cynofurus.	87
Crocus.	55	Festuca.	88
Ixia.	56	Bromus.	89
Gladiolus.	57	Stipa.	90
Antholyza.	58	Auena.	91
Iris.	59	Lagurus.	92
Moraea.	60	Arundo.	93
Wachendorfia.	61	Aristida.	94
Commelina.	62	Lolium.	95
Callisia.	63	Elymus.	96
Xyris.	64	Secale.	97
Schoenus.	65	Hordeum.	98
Cyperus.	66	Triticum.	99
Scirpus.	67		
Eriophorum.	68	TRIGYNIA.	
Nardus.	69	Eriocaulon.	100
Lygeum.	70	Montia.	101
		Proserpinaca.	102
		Triplaris.	103
DIGYNIA.		Holosteum.	104
Bobartia.	71	Koenigia.	1241
Cornucopiae.	72	Polycarpon.	105
Saccharum.	73	Mollugo.	106
Phalaris.	74	Minuartia.	107
Paspalum.	75	Queria.	108
Panicum.	76	Lechea.	109

IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Leucadendron.	110	Sanguiforba.	146.
Protea.	111	Cissus.	147
Globularia.	112	Epimedium.	148
Cephalanthus.	113	Cornus.	149
Dipsacus.	114	Fagara.	150
Scabiosa.	115	Tomex.	151
Knautia.	116	Ptelea.	152
Allionia.	117	Ludwigia.	153
Hedyotis.	118	Oldenlandia.	154
Scabrita.	1242	Ammannia.	155
Spermacoce.	119	Isnarda.	156
Sherardia.	120	Trapa.	157
Asperula.	121	Dorstenia.	158
Diodia.	122	Cometes.	1243
Knoxia.	123	Elaeagnus.	159
Houstonia.	124	Struthiola.	1244
Galium.	125	Brabeium.	160
Crucianella.	126	Krameria.	161
Rubia.	127	Riuna.	162
Fuchsia.	128	Saluadora.	163
Siphonanthus.	129	Camphorosma.	164
Catesbaea.	130	Alchemilla.	165
Ixora.	131		
Pauetta.	132	DIGYNIA.	
Petefia.	133	Aphanes.	166
Mitchella.	134	Crucita.	167
Callicarpa.	135	Bufonia.	168
Aquartia.	136	Hamamelis.	169
Polypremum.	137	Cuscuta.	170
Penaea.	138	Hypecoon.	171
Blaeria.	139		
Buddleia.	140	TETRAGYNIA.	
Exacum.	141	Ilex.	172
Plantago.	142	Coldenia.	173
Scoparia.	143	Potamogeton.	174
Rhacoma.	144	Ruppia.	175
Centunculus.	145	Sagina.	176
		Tillaea.	177
		Myginda.	178

V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

		Convolvulus.	215
		Ipomoea.	216
Heliotropium.	179	Polémónium.	217
Myosotis.	180	Campanula.	218
Lithospermum.	181	Roëlla.	219
Anchusa.	182	Phyteuma.	220
Cynoglossum.	183	Trachelium.	221
Pulmonaria.	184	Samolus.	222
Symphytum.	185	Nauclea.	223
Cerithe.	186	Rondeletia.	224
Onosma.	187	Macrocnemum.	225
Borago.	188	Bellonia.	226
Asperugo.	189	Portlandia.	227
Lycopsis.	190	Cinchona.	228
Echium.	191	Psychotria.	229
Messersmidia.	1245	Coffea.	230
Tournefortia.	192	Chiococca.	231
Nolana.	193	Hamellia.	232
Diapensia.	194	Lonicera.	233
Aretia.	195	Triostëum.	234
Androsace.	196	Morinda.	235
Primula.	197	Conocarpus.	236
Cortusa.	198	Kuhnia.	237
Soldanella.	199	Erithalis.	238
Dodecatheon.	200	Menais.	239
Cyclamen.	201	Mussaenda.	241
Menyanthes.	202	Genipa.	240
Hottonia.	203	Mathiola.	1231
Hydrophyllum.	204	Mirabilis.	242
Lyfimachia.	205	Coris.	243
Anagallis.	206	Brossaëa.	1229
Theophrasta.	207	Ellisia.	244
Spigelia.	209	Verbascum.	245
Ophiorrhiza.	210	Datura.	246
Lisianthus.	1248	Hyoscyamus.	247
Randia.	211	Nicotiana.	248
Azalea.	212	Atropa.	249
Plumbago.	213	Physalis.	250
Nigrina.	1246	Solanum.	251
Phlox.	214	Capficunr.	252
		Strychnos.	253

Iacquinia.	254	Rauwolfia.	293
Chironia.	255	Paederia.	1252
Cordia.	256	Cariffa.	1251
Patagonula.	208	Cerbera.	294
Ehretia.	257	Gardenia.	296
Varronia.	258	Vinca.	295
Laugeria.	259	Nerium.	297
Brunsfelfia.	260	Echites.	299
Ceftrum.	261	Plumieria.	298
Lycium.	262	Cameraria.	300
Chryfophyllum.	263	Tabernaemontana.	301
Sideroxylon.	264	Ceropegia.	302
Rhamnus.	265		
Phylica.	266		
Ceanothus.	267	DIGYNIA.	
Arduina.	1250	Pergularia.	1253
Buttneria.	268	Periploca.	303
Myrsine.	269	Cynanchum.	304
Celastrus.	270	Apocynum.	305
Euonymus.	271	Asclepias.	306
Diosma.	272	Stapelia.	307
Brunia.	274	Herniaria.	308
Cyrilla.	1247	Chenopodium.	309
Itea.	275	Beta.	310
Galax.	276	Salsola.	311
Cedrela.	277	Anabafis.	312
Mangifera.	278	Creffa.	313
Hirtella.	280	Steris.	1254
Plectronia.	1249	Gomphrena.	314
Ribes.	281	Bofea.	315
Gronouia.	282	Vlmus.	316
Hedera.	283	Nama.	317
Vitis.	284	Hydrolea.	318
Lagoecia.	285	Schrebera.	319
Sauuagefia.	286	Heuchera.	320
Roridula.	1234	Velezia.	447
Claytonia.	287	Swertia.	321
Achyranthes.	288	Gentiana.	322
Celofia.	289	Phyllis.	323
Illecebrum.	290		
Glaux.	291		
Thefium.	292		

Eryngium.	324	TRIGYNIA.	
Hydrocotyle.	325	Rhus.	369
Sanicula.	326	Viburnum.	370
Afrantia.	327	Cassine.	371
Bupleurum.	328	Sambucus.	372
Echinophora.	329	Spathelia.	373
Tordylium.	330	Staphylea.	374
Caucalis.	331	Tamarix.	375
Artemisia.	332	Turnera.	376
Daucus.	333	Telephium.	377
Ammi.	334	Corrigiola.	378
Bunium.	335	Pharnaceum.	379
Conium.	336	Alfina.	380
Selinum.	337	Drypis.	381
Athamanta.	338	Basella.	382
Peucedanum.	339	Sarothra.	383
Crithmum.	340		
Cachrys.	342	TETRAGYNIA.	
Hasselquistia.	341	Parnassia.	384
Ferula.	343	Euoluulus.	385
Laserpitium.	344		
Heracleum.	345	PENTAGYNIA.	
Ligusticum.	346	Aralia.	386
Angelica.	347	Statice.	388
Sium.	348	Linum.	389
Sifon.	349	Aldrouanda.	390
Bubon.	350	Drosera.	391
Cuminum.	351	Crassula.	392
Oenanthe.	352	Mahernia.	1255
Phellandrium.	353	Sibbaldia.	393
Cicuta.	354		
Aethusa.	355	POLYGYNIA.	
Coriandrum.	356	Myosurus.	394
Scandix.	357	Apium.	367
Chaerophyllum.	358	Aegopodium.	368
Imperatoria.	359		
Seseli.	360		
Thapsia.	361		
Pastinaca.	362		
Smyrniolum.	363		
Anethum.	364		
Carum.	365		
Pimpinella.	366		

VI.

HEXANDRIA:

MONOGYNIA.			
Bromelia.	395	Yucca.	429
Tillandsia.	396	Aloë.	430
Burmannia.	397	Agave.	431
Tradescantia.	398	Alströméria.	432
Pontedera.	399	Hemerocallis.	433
Hacmanthus.	400	Acorus.	434
Galanthus.	401	Orontium.	435
Ieucoium.	402	Calamus.	436
Narcissus.	403	Iuncus.	437
Panocratium.	404	Achras.	438
Crinum.	405	Richardia.	439
Amaryllis.	406	Bursera.	440
Bulbocodium.	407	Prinos.	441
Aphyllanthes.	408	Berberis.	442
Allium.	409	Loranthus.	443
Lilium.	410	Hillia.	444
Fritillaria.	411	Frankenia.	445
Vuularia.	412	Peplis.	446
Gloriosa.	413		
Erythronium.	414	DIGYNIA.	
Tulipa.	415	Oryza.	448
Albuca.	416	Atraphaxis.	449
Hypoxis.	417		
Ornithogalum.	418	TRIGYNIA.	
Scilla.	419	Flagellaria.	450
Cyanella.	420	Rumex.	451
Asphodelus.	421	Scheuchzeria.	452
Anthericum.	422	Triglochin.	453
Leontice.	423	Melanthium.	454
Asparagus.	424	Medeola.	455
Dracaena.	425	Trillium.	456
Conuallaria.	426	Colchicum.	457
Polianthes.	427	Helonias.	458
Hyacinthus.	428		
Aletris.		TETRAGYNIA.	
		Petiueria.	459
		POLYGYNIA.	
		Alisma.	460

VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

Trientalis.	461
Aesculus.	462

DIGYNIA.

Limeum.	463
---------	-----

TETRAGYNIA.

Saururus.	464
-----------	-----

HEPTAGYNIA.

Septas.	465
---------	-----

VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

Tropaeolum.	166
Osbeckia.	467
Rhexia.	468
Oenothera.	469
Gaura.	470
Epilobium.	471
Antichorus.	1257
Combretum.	475
Griflea.	474
Allophyllus.	476
Ximenia.	477
Mimusops.	478
Iambolifera.	479
Melicocca.	472
Amyris.	473
Santalum.	480
Memecylon.	481
Chlora.	1258
Lawsonia.	482
Vaccinium.	483
Erica.	484
Daphne.	485
Dirca.	486
Gnidia.	487
Stellera.	488
Passerina.	489
Lachnaea.	490
Baeckea.	491

DIGYNIA.

Schmidelia.	1259
Galenia.	492
Weinmannia.	493
Moehringia.	494

TRIGYNIA.

Polygonum.	495
Coccoloba.	496
Paullinia.	497
Cardiospermum.	498
Sapindus.	499

TETRAGYNIA.

Paris.	500
Adoxa.	501
Elatine.	502

IX.

X.

ENNEANDRIA.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

MONOGYNIA.

Laurus.	503	Sophora.	508
Tinus.	504	Anagyris.	509
Cassya.	505	Cercis.	510
		Bauhinia.	511
		Hymenaea.	512
		Parkinsonia.	513
		Cassia.	514
		Poinciana.	515
		Caesalpinia.	516
		Guilandina.	517
		Guaiacum.	518
		Cynometra.	519
		Anacardium.	520
		Codon.	1285
		Dictamnus.	522
		Ruta.	523
		Toluifera.	524
		Haematoxylon.	525
		Profopis.	1260
		Chalcas.	1261
		Adenantha.	526
		Trichilia.	528
		Swietenia.	521
		Melia.	527
		Zygophyllum.	530
		Quassia.	529
		Fagonia.	531
		Tribulus.	532
		Thryallis.	533
		Limonia.	534
		Monotropa.	536
		Trianthes.	537
		Iussiaea.	538
		Heisteria.	535
		Quisqualis.	539
		Dais.	540

Melaftoma.	544		
Kalmia.	545		
Ledum.	546		
Rhododendrum.	548		
Andromeda.	549		
Epigaea.	550		
Gaultheria.	551		
Arbutus.	552		
Clethra.	553		
Pyrola.	554		
Styrax.	591		
Samyda.	543		
Copaifera.	542		
Bucida.	541		

DIGYNIA.

Royena.	555
Hydrangea.	557
Cunonia.	556
Chryfoplenium.	558
Saxifraga.	559
Tiarella.	560
Mitella.	561
Scleranthus.	562
Gypfophila.	563
Saponaria.	564
Dianthus.	565

TRIGYNIA.

Cucubalus.	566
Silene.	567
Stellaria.	568
Arenaria.	569
Cherleria.	570
Garidella.	571
Malpigia.	572
Banifteria.	573
Triopteris.	574
Erythroxyton.	575

PENTAGYNIA.

Auerrhoa.	576
Spondias.	577
Cotyledon.	578
Sedum.	579
Penthorum.	580
Suriana.	581
Grielum.	1235
Oxalis.	582
Agroftemma.	583
Lychnis.	584
Ceraftium.	585
Spergula.	586
Forskohlea.	1262

DECANDRIA.

Neurada.	587
Phytolacca.	588

XI. XII.
DODECANDRIA. ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Afarum,	589
Bocconia.	591
Gethyllis.	590
Rhizophora.	592
Blakea.	593
Garcinia.	594
Halefia.	596
Decumaria.	597
Winterania.	598
Crataeua.	599
Triumfetta.	600
Peganum.	601
Hudsonia.	1203
Nitraria.	662
Portulaca.	903
Lythrum.	604
Ginora.	605

DIGYNIA.

Heliocarpus.	606
Agrimonia.	607

TRIGYNIA.

Reseda.	608
Euphorbia.	609

PENTAGYNIA.

Glinus.	610
---------	-----

OCTAGYNIA:

Illicium.	611
-----------	-----

DODECAGYNIA.

Semperuium.	612
-------------	-----

MONOGYNIA.

Cactus.	613
Philadelphus.	614
Psidium.	615
Eugenia.	616
Myrtus.	617
Punica.	618
Amygdalus.	619
Prunus.	620
Chrysobalanus.	621

DIGYNIA.

Crataegus.	622
------------	-----

TRIGYNIA.

Sorbus.	623
Sesuium.	624

PENTAGYNIA.

Mespilus.	625
Pyrus.	626
Tetragonia.	627
Mesembryanthemum.	628
Aizoon.	629
Spiraea.	630

POLYGYNIA.

Rosa.	631
Rubus.	632
Fragaria.	633
Potentilla.	634
Tormentilla.	635
Geum.	636
Dryas.	637
Comarum.	638
Calycanthus.	639

XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

Marcgravia. 640
 Rheedia. 641
 Capparis. 643
 Actaea. 644
 Sanguinaria. 645
 Podophyllum. 646
 Chelidonium. 647
 Papauer. 648
 Argemone. 649
 Canibogia. 650
 Muntingia. 651
 Saracenia. 652
 Nymphaea. 653
 Bixa. 654
 Sloanea. 655
 Trewia. 1239
 Mammea. 656
 Ochra. 657
 Grias. 659
 Calophyllum. 658
 Tilia. 660
 Laetia. 661
 Microcos. 662
 Elaeocarpus. 663
 Lecythis. 664
 Delima. 672
 Vateria. 666
 Lagerstroemia. 667
 Thea. 668
 Caryophyllus. 669
 Mentzelia. 670
 Plinia. 671
 Cistus. 673
 Prockia. 674
 Corchorus. 675
 Seguiera. 676
 Symplocos. 677

DIGYNIA.

Paeonia. 678
 Curatela. 679
 Calligonum. 680

TRIGYNIA.

Delphinium. 681
 Aconitum. 682

TETRAGYNIA.

Tetracera. 683

PENTAGYNIA.

Aquilegia. 684
 Nigella. 685
 Reaumuria. 686

HEXAGYNIA.

Stratiotes. 687

POLYGYNIA.

Dillenia. 688
 Liriodendrum. 689
 Magnolia. 690
 Michelia. 691
 Vuaria. 692
 Annona. 693
 Anemone. 694
 Atragene. 695
 Clematis. 696
 Thalictrum. 697
 Adonis. 698
 Ranunculus. 699
 Trollius. 700
 Isopyrum. 701
 Helleborus. 702
 Caltha. 703
 Hydrastis. 704

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

ANGIOSPERMIA.

Aiuga.	705	Bartsia.	739
Teucrium.	706	Rhinanthus.	740
Satureia.	707	Euphrasia.	741
Thymbra.	708	Melampyrum.	742
Hyssopus.	709	Lathraea.	743
Nepeta.	710	Schwalbea.	744
Lauandula.	711	Tozzia.	745
Sideritis.	712	Pedicularis.	746
Mentha.	713	Gerardia.	747
Perilla	1236	Chelone.	748
Glecoma.	714	Gefnera.	749
Lamium.	716	Antirrhinum.	750
Galeopsis.	717	Cymbaria.	751
Betonica.	718	Craniolaria.	752
Stachys.	719	Martynia.	753
Ballotta.	720	Torenia.	754
Marrubium.	721	Besleria.	755
Leonurus.	722	Scrophularia.	756
Philomis.	723	Celsia.	757
Molucella.	724	Digitalis.	758
Clinopodium.	725	Bignonia.	759
Origanum.	726	Citharexylon.	760
Thymus.	727	Halleria.	761
Melissa.	728	Crescentia.	762
Dracocephalum.	729	Gmelina.	763
Horminum.	730	Petraea.	764
Melittis.	731	Lantana.	765
Ocimum.	732	Cornutia.	766
Trichostema.	733	Loeselia.	767
Scutellaria.	734	Capraria.	768
Prunella.	735	Selago.	769
Cleonia.	736	Manulea.	1264
Prasium.	737	Hebenstretia.	770
Phryma.	738	Erinus.	771
		Buchnera.	772

CLASSIVM GENERA.

39

Browallia.	773	Ruellia.	784
Linnaea.	774	Barleria.	785
Sibtorpia.	775	Duranta.	786
Limosella.	776	Ouieda.	787
Vandellia.	1265	Volkameria.	788
Stemodia.	777	Clerodendrum.	789
Obollaria.	778	Vitex.	790
Orobanche.	779	Boutia.	791
Dodartia.	780	Columnnea.	792
Lippia.	781	Acanthus.	793
Sesamum.	782	Pedaliium.	794
Mimulus.	783	Melianthus.	795

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSA.

SILIQVOSA.

Myagrūm.	796	Ricotia.	810
Vella.	797	Dentaria.	811
Anastatica.	798	Cardamine.	812
Subularia.	799	Sisymbrium.	813
Draba.	800	Erysimum.	814
Lepidium.	801	Cheiranthus.	815
Thlaspi.	802	Heliophila.	816
Cochlearia.	803	Hesperis.	817
Iberis.	804	Arabis.	818
Alyssum.	805	Turitis.	819
Clypeola.	807	Brassica.	820
- aethiopica.* 3. A corollis incuruatis: labii quinquepartiti lobis duobus alternis patulis maioribus lanceolatis.

Meriania. 4. A. flor. infundibuliformibus. *Watsonia*. *Mill. ic.* t. 276.

minor. β. *Watsonia humilis*, fol. lineari ensiformibus., tubo floris longissimo. *Mill. ic.* 198. t. 297. f. 2. floribus pallidis, longe tenuior. *Meriana differt facie, sed limites a Gladiolis et Ixiis separantes non succurrunt.*

59. IRIS. Cor. 6-partita : Petalis alternis reflexis.
55. Stigmata petaliformia.

* *Barbatae: nectariis petalorum reflexorum.*

susana. 1. I. corolla barbata, caule foliis longiore uniflora.

florentina. 2. I. corollis barbatis, caule foliis altiore subbiflora, floribus sessilibus.

germanica. 3. I. corollis barbatis, caul. foliis altiore multiflora, floribus inferioribus pedunculatis.

aphylla. 6. I. coroll. barbatis, scapo nudo longitudine foliorum multiflora.

sambucina. 4. I. coroll. barbatis, caul. foliis altiore multiflora, petalis deflexis planis; erectis emarginatis.

squalens. 5. I. coroll. barbatis, caule foliis altiore multiflora, petalis deflexis replicatis; erectis emarginatis.

variegata 7. I. coroll. barbatis, caul. subfolioso longitudine foliorum multiflora.

biflora. 8. I. coroll. barbatis, caul. foliis brevioris triflora.
Caulis teres. Folia extrorsum subfalcata. Germen teres, exaratum 3 striis. Corollae violaceae, non emarginatae. Petala erecta barba alba adiectis striis albis ramosis. Floret quotannis bis.

pumila. 9. I. coroll. barbatis. caul. foliis brevioris uniflora.
ε. *Iris angustifolia maritima minor*. *Bauh. pin.* 33.
η. *Chamaeiris flore luteo & pallide luteo*. *Bauh. pin.* 34.

δ. *Chamae Iris saxatilis gallica*. *Bauh. pin.* 34.
Caulis interdum foliis longior euadit.

** *Imberbes: petalis deflexis laevibus.*

pseud-A-corus 10. I. coroll. imberbibus, petalis interioribus stigmatibus minoribus, fol. ensiformibus.

- versicolor.* 13. I. coroll. imberbibus, germinibus subtrigonis, caul. tereti flexuoso, fol. ensiformibus.
- virginie.* 14. I. coroll. imberbibus, germinibus trigonis, caul. ancipiti.
- martini-censis.* 15. I. coroll. imberbibus, germinibus trigonis, petalis basi foueolis glandulosis. *Jacq. amer. 7. t. 7.*
- spuria.* 16. I. coroll. imberbibus, germinibus sexangularibus: caul. tereti, fol. sublinearibus.
- graminea.* 17. I. coroll. imberbibus, germinibus sexangularibus, caule ancipiti, fol. linearibus.
- verna.* 18. I. coroll. imberbibus, caul. vnifloro foliis breviorre, rad. fibrosa.
- tuberosa.* 19. I. coroll. imberbibus, fol. tetragonis.
- Xiphium.* 20. I. coroll. imberbibus, flor. binis, fol. subulato-canaliculatis caule brevioribus.
- persica.* 21. I. corolla imberbi, petalis interioribus brevissimis patentissimis. I. bulbosa praecox minus odora persica variegata. *Morif. hist. 2. p. 357. Foliis subulato-canaliculatis caule longioribus.*
- Sisyrinchium.* 22. I. coroll. imberbibus, fol. canaliculatis, bulb. geminis superimpositis.

60. MORAEA. Cor. hexapetala; Petala 3 interiora patentia; reliqua Ireos.

- vegeta.* 1. M. fol. canaliculatis.
 α. Moraea spatha biflora, caule planifolio, flor. minoribus. *Mill. ic. 159. t. 138. f. 1.*
 β. Moraea spatha vniflora, caul. planifolio, flor. maioribus. *Mill. ic. 159. t. 138. f. 2.*
- iuncea.* 2. M. fol. subulatis.
- iridioides.* 3. M. fol. ensiformibus. *Mant. 28. differt haec ab Iridibus corolla tota patente; modo haec suffieiant.*
- foetidissima.* 11. I. coroll. imberbibus: petalis interioribus patentissimis, caul. vnangulato, foliis ensiformibus.
- sibirica.* 12. I. coroll. imberbibus, germinibus trigonis, caul. tereti, fol. linearibus.

61. WACHENDORFLA. *Cor.* hexapetala, inaequalis, infera. *Capsf.* trilocularis, supra.

59.

thyrsiflor. 1. *W.* scapo simplici.

paniculat. 2. *W.* scapo polystachyo. *Erythrobulbus hellebori albiplicatis foliis.* *Pluk. mant.* 70.

62. COMMELINA. *Cor.* 6-petala. *Nectaria.* 3, cruciata, filamentis propriis inserta.

60.

* *Dipetalae ob duo petala maiora.*

commun. 1. *C.* coroll. inaequalibus, fol. ovato-lanceolatis acutis, caul. repente glabro.

africana. 2. *C.* coroll. inaequalibus, fol. lanceolatis glabris, caule decumbente.

benghalensis. 3. *C.* corollis inaequalibus, fol. ovatis obtusis, caule repente.

erecta. 4. *C.* coroll. inaequalibus, fol. ovato-lanceolatis, caule erecto subhirsuto simplicissimo.

** *Tripetalae: Zanoniae Pl. petalis 3 maioribus.*

virginica. 5. *C.* corollis subaequalibus, fol. lanceolatis subpetiolatis ore barbatis, caul. erectis.

tuberosa. 6. *C.* coroll. aequalibus, fol. sessilibus ovato-lanceolatis subciliatis.

Zanonias. 7. *C.* coroll. aequalibus, pedunc. incrassatis, fol. lanceolatis: vaginis tumidis margine hirsutis, bracteis geminis.

nudiflora. 8. *C.* coroll. aequalibus, pedunc. capillaribus, fol. lineari-lanceolatis, involucri nullo.

axillaris. 9. *C.* coroll. aequalibus, flor. sessilibus, fol. linearibus.

63. CALLISIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Antherae* geminae. *Capsf.* bilocularis.

62.

repens. 1. CALLISIA. *Hapalanthus repens.* *Iacq. amer.* 12. t. 11.

64. XYRIS. *Cor.* 3-petala, aequalis, crenata. *Glumae.* 2-values in capitulum. *Capsf.* supera.

62.

indica. XYRIS.

65. SCHOE-

65. SCHOENVS. *Glumae* paleaceae, vniualues, congestae. Cor. o. Sem. I. subrotundum inter glumas.

62.

* *Culmo tereti.*

- Mariscus.* 1. S. culmo tereti, fol. margine dorsoque aculeatis.
aculeatus. 2. S. culmo tereti ramoso, capit. terminalibus, inuolucro triphylo breuissimo rigido patente.
mucronatus. 3. S. culmo tereti nudo, spiculis ouatis fasciculatis, inuolucro subhexaphyllo, fol. canaliculatis. *Barr. ic. 203. f. 1. Radix repens. Folia plurima radicalia, in fasciculum collecta, longissima, canaliculata, subteretia, margine scabra (non carnosae s. stuposa; nec plana. (Culmus nudus, teres, firmus, laeuis, foliis crassior longeque breuior. Inuolucrum triphyllum, foliis simile sed breuius; interius adhuc tria folia breuiora. Spicae plurimae, sessiles in capitulum, acutiusculae, imbricatae squamis ouatis, concavis, acutis. Filamenta 3, linearia. Germen obouatum. Stylus simplex. Stigmata 3, oblonga.*
nigricans. 5. S. culmo tereti nudo, capit. ouato, inuolucris triphylli valvula altera subulata longa.
ferrugin. 6. S. culmo tereti nudo, spica duplici, inuolucris valvula maiore spicam aequante.
capensis. 7. S. culmo tereti ramosissimo vaginato, spicis ouatis nudis dichotomis pendulis. *Fructificationem obscure vidi. Fructus inferus, triangulus, trilocularis.*

* * *Culmo triquetro.*

- coloratus.* 8. S. culmo triquetro, capitulo subrotundo: inuolucro longissimo plano variegato.
compress. 10. S. culmo subtriquetro nudo, spica disticha, inuolucro monophyllo.
glomeratus. 11. S. culmo triquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. planis, pedunc. lateralibus geminis.
albus. 12. S. culmo subtriquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. fetaceis.
fuscus. 9. S. culmo tereti folioso, spiculis subfasciculatis, fol. filiformibus canaliculatis. *Sp. pl. 1664.*

66. CYPERVS. *Glumae* paleaceae, distiche imbricatae, *Cor. o. Sem. i. nudum.*

66.

* *Culmo tereti.*

- articulat.* 1. *C. culmo tereti nudo articulato.*
minimus. 2. *C. culmo tereti nudo, spicis sub apice.*

* * *Culmo triquetro.*

- squarros.* 3. *C. culmo triquetro folioso, umbella foliosa glomerata, spic. striatis squarrosis.*
Haspani. 4. *C. culmo triquetro folioso, umbella supradecomposita, spiculis umbellato-sessilibus.*
longus. 5. *C. culmo triquetro folioso, umbella foliosa supradecomposita, pedunc. nudis, spicis alternis.*
esculent. 7. *C. culmo triquetro nudo, umbella foliosa, radicum tuberibus ovatis: zonis imbricatis.*
rotundus. 6. *C. culmo triquetro subnudo, umbella decomposita, spic. alternis linearibus.*
difformis. 8. *C. culmo triquetro subnudo, umbella diphylla simplici trifida, spicis cuspidatis: intermedia sessili.*
Iria. 9. *C. culmo triquetro seminudo, umbella foliosa decomposita, spiculis alternis, granis distinctis.*
elatus. 10. *C. culmo triquetro nudo, umbella foliosa supradecomposita, spicis digitalibus imbricatis, spiculis subulatis.*
glomerat. 12. *C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla supradecomposita, spicis glomerato-rotundatis, spiculis subulatis.*
elegans. 11. *C. culmo triquetro nudo, umbella foliosa, pedunc. nudis proliferis, spicis confertis: mucronibus patulis.*
odoratus. 13. *C. culmo triquetro nudo, umbella decomposita simpliciter foliosa, pedicellis distiche spicatis.*
compressus. 14. *C. culmo triquetro nudo, umbella uniuersali triphylla, glumis mucronatis: lateribus membranaceis.*
flauesc. 15. *C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceolatis.*
fuscus. 16. *C. culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis linearibus. Jacq. vind. 206.*

- pumilus.* 17. *C.* culmo triquetro nudo, umbella diphylla composita, spiculis alterno-digitatis lanceolatis, glumis mucronatis. *Cent. 110.*
- strigosus.* 18. *C.* culmo triquetro nudo, umbella simplici, spiculis linearibus confertissimis horizontalibus.
- ligularis.* 19. *C.* culmo triquetro, umbellae spiculis capitatis oblongis sessilibus involucris longissimis ferrato-asperis. *Sloan. iam. t. 9.*
- Papyrus.* 20. *C.* culmo triquetro nudo, umbella simplici involucro breuiore, involucellis triphyllis fetaceis longioribus, spiculis ternis.
Involucrum 8-phyllum, umbella breuius: foliis exterioribus 4 latioribus. Umbella vniuersalis subaequalis, copiosissima, radiis basi vaginatis. Involucella triphylla, fetacea, erecta, longitudine involucris vniuersalis: Umbellulae pedunculis ternis, breuissimis. Spiculae plures, alternae, subulatae, sessiles.
- alternifolius.* 21. *C.* culmo triquetro nudo apice alternatim folioso, pedunc. lateralibus proliferis. *Mant. 28.* * Schoenus spathaceus. *Sp. pl. 63. est omnino Cyperi species.*

67. SCIRPVVS. *Glumae* paleaceae, vndique imbricatae. *Cor. o. Sem. I, imberbe.*

* *Spica vnica.*

- mutatus.* 4. *S.* culmo triquetro nudo, spica cylindrica terminali.
- articulatus.* 1. *S.* culmo tereti nudiusculo semigeniculato, capitulo glomerato laterali.
- palustris.* 2. *S.* culmo tereti nudo, spica subouata terminali.
- geniculatus.* 5. *S.* culmo tereti nudo, spica oblonga terminali.
- caespitosus.* 6. *S.* culmo striato nudo, spica bivalui terminali longitudine calycis, radicibus squamula interstinctis. *Oed. dan. t. 167.*
- capitatus.* 3. *S.* culmo tereti nudo fetiformi, spica subglobosa terminali.
- articularis.* 7. *S.* culmo tereti nudo fetiformi, spica ouata bivalui, seminibus nudis.
- fluitans.* 8. *S.* culmis teretibus nudis alternis, caule folioso flacido.

* * *Culmo tereti polyflachio.*

- lacustris.* 9. S. culmo tereti nudo, spicis ouatis pluribus pedunculatis terminalibus.
- Holofchoenus.* 10. S. culmo tereti nudo, spicis subglobosis glomeratis pedunculatis, inuolucro diphylo inaequali mucronato. *Pluk. phyt. 40. f. 4.*
- romanus.* 11. S. culmo tereti nudo, capitulo laterali conglobato, bractea reflexa.
- setaceus.* 12. S. culmo nudo setaceo, spic. lateralibus subsolitariis sessilibus.
- supinus.* 13. S. culmo tereti nudo, spic. sessilibus in medio culmo glomeratis.
- capillaris.* 14. S. culmo nudo capillari, spicis pedunculatis sessilibusque lateralibus.

* * * *Culmo triquetro, Panicula nuda.*

- triqueter.* 28. S. culmo triquetro nudo, spicis subsessilibus pedunculatisque, mucronem aequantibus. *Mant. 29. **
- mucronatus.* 15. S. culmo triangulo nudo acuminato, spicis conglomeratis sessilibus lateralibus. Scirpo-Cyperus panicula glomerata e spicis imbricatis composita. *Scheuch. gram. 404. t. 9. f. 14. Culmi triquetri, trianguli, tricarinati angulis compressis. Mucro floribus multo longior, ad latus reflexus.*
- dichotomus.* 16. S. culmo triquetro nudo, umbella decomposita, spic. dichotomiae sessilibus.
- echinatus.* 17. S. culmo triquetro nudo, umbella simplici, spicis ouatis.
- retrofractus.* 18. S. culmo triquetro, umbella simplici, spicarum flosculis retrofractis.
- ferrugin.* 19. S. culmo triquetro subnudo, inuolucris longitudine paniculae ciliatis.
- spadiceus.* 20. S. culmo triquetro nudo, umbella subnuda; spic. oblongis sessilibus terminalibusque.

* * * * *Culmo triquetro, Panicula foliacea:*

- miliaceus.* 22. S. culmo triquetro nudo, umbellâ supradecomposita, spicis intermediis sessilibus inuolucro setaceo.

- maritim.* 21. *S. culmo triquetro*, panicula conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata. *Cyperus rotundus vulgaris. Bauh. pin. 13. Gerard.*
- luzulae.* 23. *S. culmo triquetro nudo*, umbella foliosa proliфера, spiculis subrotundis.
- sylvatic.* 24. *S. culmo triquetro folioso*, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spic. confertis.
- corymbosus.* 25. *S. culmo triquetro folioso*, corymbis lateralibus simplicibus: terminali proliifero, spic. subulatis. *Cent. 112.*
- nichelinus.* 26. *S. culmo triquetro*, capitulo globofo, inuolucro polyphylo longo.
- * * * * * *Culmo triquetro. Capitulo terminali.*
- cephalotes.* 27. *S. culmo triquetro nudo*, capitulo ouato squarroso, inuolucro triphylo longo.

68. ERIOPHORVM. *Glumae* paleaceae, vndique imbricatae. *Cor. o. Sem. I. Lana longissima cinctum.*

- vaginatum.* 1. *E. culmis vaginatis teretibus*, spica scariofa.
- polystach.* 2. *E. culm. teretibus, fol. planis*, spicis pedunculatis.
- virginic.* 3. *E. culm. foliosis teretibus, fol. planis*, spica erecta.
- cyperinum.* 4. *E. culm. teretibus foliosis*, panic. supradecomposita proliфера, spiculis subternis.
- alpinum.* 5. *E. culm. nudis triquetris*, spica pappo breuiore.

69. NARDVS. *Cal. o. Cor. 2-valuis.*

77.

- stricta.* 1. *N. spica setacea recta secunda.*
- gangitis.* 2. *N. spica recurua. Obscura, an N. aristati varietas?*
- aristatus.* 3. *N. calycibus aristatis. Nardus incuruus* spica incurua aequali, calycibus gluma exteriori aristato-acuminata, floribus distantibus alternis. *Gouan. monsp. 33. Nardus spica subulata articulata incurua tereti. Ger. prou. 73.*
- ciliaris.* 4. *N. spica incurua ciliata.*

70. LYGEVM. *Spatha* 1-phylla. *Corollae* binae supra idem germen. *Nux* bilocularis.

spartum. 1. LYGEVM.

DIGYNIA.

71. BOBARTIA. *Cal.* imbricatus. *Corolla* gluma; bivalui supera.

indica. 1. BOBARTIA.

72. CORNVCOPIAE. *Involucr.* 1-phyllum, infundibulif. crenatum, multiflorum. *Calyx* 2-valuis. *Cor.* 1. valuis.

cucullat. 1. spica mutica, cucullo crenato.

*alopécuroi-*2. *C.* spica aristata, cucullo hemisphaerico recepta.
des. *Mant.* 29. * *Alopecuro pratensi* valde affinis.

73. SACCHARVM. *Cal.* o. fed lanugo longa. *Cor.* 2-valuis.

officinar. 1. *S.* floribus paniculatis.

spicatum. 2. *S.* floribus spicatis, fol. vndatis. *Cal.* nullus. *Cor.* valuula utraque aristata.

74. PHALARIS. *Cal.* 2-valuis, carinatus, longitudine aequalis, corollam includens.

canarien. 1. *Ph.* panicula subovata speciformi, glumis carinatis.

bulbosa. 2. *Ph.* panic. cylindrica, glumis carinatis.

aquatica. 3. *Ph.* panic. spiciformi, ovato-oblonga, glumis carinatis lanceolatis.

- phleoides*. 5. Ph. panic. cylindrica spiciformi, glabra passim viuipara. Gramen typhoides, spica purpurascente toliacea. Scheuch. gram. 67. *excluso Graminis typh. asper* r. synonymo.
Spica pallens in lobos diuisibilis, adpersa hinc inde glumis viuiparis.
- panicula- 4. Ph. panic. spicata, petalis arista articulata, vagina su-*
ta, premi folii spathiformi.
- paradoxa*. 9. Ph. panic. cylindrica, flosculis mucronatis: neutris plurimis; infimis praemorsis. *Sp. pl. 1665. Lin. dec. 35. t. 18.* Phalaris panicula ouato-oblonga apice dilatata. *Ger. prou. 75? praecedenti valde affinis.*
- arundina- 6. Ph. panic. oblonga ventricosa ampla.*
cea.
- erucaef.* 7. Ph. panic. secunda lineari, calycibus bifloris.
- oryzoides*. 8. Ph. panic. effusa, glumarum carinis ciliatis. Homalocenchrus. *Act. Helv. 4. p. 307. Petalis, corei.*

75. PASPALVM. *Cal.* 2-valuis, orbiculatus. *Cor.* eiusdem magnitudinis. *Stigmata* penicilliformia.

81.

- dissectum*. 1. P. spicis alternis, rachi membranacea, flor. alternis apice pilosis. *Folia vrinque pubescentia.*
- scrobiculatum*. 5. P. spicis alternis, rachi membranacea, flor. alternis, calyc. multineruiis scrobiculatis. *Mant. 29.**
- virgatum*. 2. P. spiculis paniculatis alternis basi villosis, flor. geminis. *Valuula calycis exterior breuissima margine hirsuta.*
- paniculatum*. 3. P. spicis paniculatis verticillato-aggregatis.
- distichum*. 4. P. spicis duabus altera sessili, flor. acuminatis.

76. PANICVM. *Cal.* 3-valuis: valuula tertia minima.

82.

* *Spicata.*

- alopecuroides*. 1. P. spica tereti, inuolucris fetaceis basi ciliatis fasciculatis vnifloris flosculo quadruplo longioribus.

poly-

- polystachion.* 2. P. spic. teretibus, inuolucellis unifloris fasciculato-fetosis, culmis erectis superne ramosis. *Culmus inferne radicans.*
- verticillatum.* 3. P. spic. verticillata, racemulis quaternis, inuolucell. unifloris bifetis, culmis diffusis.
- glaucum.* 4. P. spica tereti, inuolucellis bifloris fasciculato-pilosis, seminibus undulato-rugosis. *Pedunculus valde sulcatus.*
- viride.* 5. P. spica tereti, inuolucellis bifloris fasciculato-pilosis, seminibus nervosis.
- italicum.* 6. P. spica composita, spiculis glomeratis fetis immixtis, pedunc. hirsutis.
- Crus corui.* 9. P. spic. alternis secundis, spiculis subdivisis, glumis subaristatis hispidis, rachi trigona.
- Crus galli.* 8. P. spic. alternis coniugatisque, spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, rachi quinquangulari.
- coloum.* 10. P. spiculis alternis secundis muticis ouatis scabris, rachi teretiuscula.
- dimidiatum.* 12. P. spica dimidiata secunda, rachi lineari membranacea: extus flosculis aggregatis.
- hirtellum.* 7. P. spica composita: spiculis adpressis alternis, calycibus geminis: valuulis omnibus aristatis: extima longissima. *Panicum undulatifolium*, fol. lanceolatis undulatis, caule repente, geniculis radicatis. *Ard. spec. 2. p. 14. t. 4.* Gramen supinum, breui hirsuto folio, paniculis echinatis singularibus. *Bocc-mus. 2. p. 66. t. 55.* Culmi repentes. Folia undulata. *Florum Aristae filiformes, obtusae, sanguineae, glutinosae, demum uncinatae.* Stamina Pistillaque alba; *ex America facta Italica.*
- sanguinal.* 13. P. spic. digitatis basi interiore nodosis, floscul. geminis muticis, vaginis foliorum punctatis.
- dactylon.* 14. P. spicis digitatis patentibus: basi interiore villosis, flor. solitariis, sarmentis repentibus.
- filiforme.* 15. P. spic. subdigitatis approximatis erectis filiformibus, rachi flexuosa: dentibus bifloris: altero sessili. *Culmi subaphylli.*
- lineare.* 16. P. spicis digitatis subquaternis linearibus, flosc. solitariis secundis muticis.
- composit.* 11. P. spica composita, spiculis linearibus secundis, flosc. geminis remotis, calycibus aristatis.

* *Paniculata.*

- dichotom.* 17. *P. paniculis simplicibus, culmo ramofo dichotomo.*
ramosum. 29. *P. panicula ramis simplicibus, flor. subternis: inferiore subfessili, culmo ramofo. Mant. 29.**
coloratum. 30. *P. panicula patente, staminibus pistillisque coloratis, culmo ramofo. Mant. 30.**
miliaceum. 23. *P. panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis neruosis. Culmus ramofo.*
capillare. 20. *P. panicula capillari erecta patente, foliorum vaginis hirtis.*
grossarium. 18. *P. panicula ramis simplicibus, floribus geninis: pedicello altero breuissimo; altero longitudine floris.*
latifolium. 24. *P. panicula racemis lateralibus simplicibus, fol. ouato-lanceolatis collo pilosis.*
clandestinum. 19. *P. racemis occultatis intra foliorum vaginas.*
brevifolium. 25. *P. paniculatum, foliorum vaginis longitudinaliter ciliatis.*
arborescens. 26. *P. paniculatum ramosissimum, fol. ouato-oblongis acuminatis.*
virgatum. 28. *P. panicula virgata, glum. acuminatis laeuis: extrema dehiscente.*
repens. 27. *P. panicula virgata, fol. diuaticis.*
patens. 21. *P. panicula oblonga flexuosa capillari patente, calycibus bifloris, fol. lineari-lanceolatis, culmo radicante.*
diuaticatum. 22. *P. paniculis breuibus muticis, culmo ramosissimo diuaticatissimo, pedicellis bifloris: alterno breuiore.*

77. PHLEVM. *Cal.* 2-valuis, fessilis, linearis, truncatus, apice bicuspidato. *Cor.* inclusa.

- pratense.* 1. *P. spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto.*
alpinum. 3. *P. spica ouato-cylindracea. Spica nigra.*
nodosum. 2. *P. spica cylindrica, culmo ascendente, fol. obliquis, rad. bulbosa. Spica glabra. Antherae albae.*
arenarium. 4. *P. spic. ouata ciliata, culmo ramofo.*
choenoid. 5. *P. spic. ouatis obuolutis, fol. breuissimis mucronatis amplexicaulibus.*

78. ALOPECURVS. Cal. 2-valuis. Cor. 1-valuis.
88.

- bulbosus.* 7. A. culmo erecto, spica cylindrica, rad. bulbosa. *Sp. pl.* 1665.
- pratens.* 2. A. culmo spicato erecto, glumis villosis, coroll. aristatis.
- agrestis.* 2. A. culmo spicato erecto, glumis laevibus. *Ger. prou.* 74. Alopecurus myosuroides. *Huds. angl.* 23.
- geniculat.* 3. A. culmo spicato infracto, coroll. muticis *in lacubus natans est.*
- hordei-form.* 3. A. racemo simplici, flosc. aristis circumuallatis.
- monspeliensis.* 4. A. panicula subspicata, calycibus scabris, coroll. aristatis. Alopecurus aristatus. *Gouan. hort.* 37. Agrostis panicula oblonga calycibus aequalibus terminatis aristis longis rectis. *Ger. prou.* 80. *Sub Calyce est tuberculum. Corolla breuissima.*
- panicus.* 5. A. panicula subspicata, glumis villosis, corollis aristatis.

79. MILIVM. Cal. 2-valuis, vniflorus. Corolla breuissima. Stigmata penicilliformia.
90.

- punctatum.* 5. M. paniculae ramis simplicissimis, floribus alternis geminis secundis.
- lendigerum.* 4. M. panicula subspicata, flor. aristatis. Agrostis *ventricosa* calycibus inferne ventricosis: valuula exterioriore acuminata longitudine aristae. *Gouan. hort.* 39. 547. t. 1. f. 2.
- effusum.* 1. M. floribus paniculatis dispersis muticis.
- confert.* 2. M. floribus paniculatis confertis.
- paradox.* 3. M. floribus paniculatis aristatis. Agrostis panicula patente, petalorum arista terminali recurua. *Ger. prou.* 81. Agrostis racemis ternatis pendulis, spiculis aristatis: arista undulata longa. *Scop. carn.* 186. Agrostis flosculis aristatis gemellis: altero sterili; terminalibus ternatis. *Sauu. monsp.* 35.

80. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis, uniflorus, corolla paulo minor. *Stigmata* longitudinaliter hispida.

91.

* *Aristatae.*

- spica venti.* 1. A. petalo exteriori arista recta stricta longissima, panicula patula.
- interrupt.* 5. A. petalo exteriori aristato, panicula attenuata coarctata interrupta.
- miliacea.* 2. A. petalo exteriori arista terminali recta stricta mediocri.
- bromoides.* 16. A. panicula simplici angustata, corolla pubescente: arista recta calyce longiore. *Mant.* 30. *
- australis.* 17. A. panicula subspicata, seminibus ovatis pubescentibus: arista longitudine calycis. *Mant.* 30. *
- arundinacea.* 3. A. panicula oblonga, petalo exteriori basi villosa aristaque torta calyce longiore.
- Calamagrostis.* 4. A. panicula incrassata, petalo exteriori toto lanato apice aristato, culmo ramoso. *Scheuch. gram.* 140.
- serotina.* 18. A. panicula flosculis oblongis mucronatis, culmo obtecto foliis brevissimis. *Mant.* 30. * *Festuca serotina.* *Sp. pl.* 111.
- rubra.* 6. A. paniculae parte florente patentissima, petalo exteriori glabro: arista terminali tortili recurva. *Huds. angl.* 92.
- canina.* 7. A. calycib. elongatis, petalorum arista dorsali, recurva, culmis prostratis subramosis. *Panicula elongata saepius, ramulis coarctata, purpurascens, Arista setacea, alba, flosculo duplo longiore, recta, medio nota: ta geniculo fusco.*

* * *Muticae.*

- stolonifera.* 8. A. paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente, calyc. aequalibus.
- capillaris.* 9. A. panicula capillari patente, calyc. subulatis aequalibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis. *Stilling. misc.* 1. 3.

- sytiatica.* 16. *A. panicula* coarctata mutica, calyc. aequalibus: virgineis corolla brevioribus, foecundatis duplo longioribus. *Sp. pl. 1665.*
- alba.* 10. *A. panicula* laxa, calyc. muticis aequalibus. *Agrostis palustris* panicula coarctata mutica, calycibus aequalibus hispidiusculis, culmo repente. *Huds. angl. 27.*
- pumila.* 19. *A. panicula* mutica secunda, culmis fasciculatis erectis. *Mant. 31. **
- minima.* 11. *A. panicula* mutica filiformi. *Vernalis.*
- virginie.* 12. *A. panicula* contracta mutica, fol. inuoluto-subulatis rigidis exstantibus.
- mexicana.* 20. *A. panicula* oblonga congesta, calycibus corollisque acuminatis subaequalibus muticis. *Mant. 31. **
- indica.* 13. *A. panicula* contracta mutica, racem. lateralibus erectis alternis.
- cruciata.* 15. *A. spicis* quaternis cruciatis basi glabris, valuulis petaloideis aristatis.
- radiata.* 14. *A. spicis* subquinis cruciatis basi villosis, valuulis petaloideis aristatis.

§ I. AIRA. *Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Flosculi* absque interiecto rudimento.

94.

* *Muticae.*

- indica.* 1. *A. spica* subovata secunda, flosc. obtusis muticis, fol. planis.
- caerulea.* 3. *A. panic.* coarctata, flor. pedunculatis muticis conuoluto-subulatis, fol. planis.
- arundin.* 4. *A. panic.* oblonga secunda mutica imbricata, fol. planis.
- minuta.* 5. *A. panic.* laxa subfastigiata ramosissima, flosc. muticis.
- aquatica.* 6. *A. panic.* patente, flor. muticis laeuius calyce longioribus, fol. planis. *Variat in loco sicco calycibus 5-floris flosculis valde remotis. Schreber.*

* * *Aristatae.*

- subspicata.* 7. *A. fol.* planis, *panic.* spicata, flosc. medio aristatis: arista reflexa laxiore.

caespi-

- caespitosa*. 8. A. fol. planis, panicula patente, petalis basi villosis aristisque: arista recta breui. *Oed. dan.* 240.
- flexuosa*. 9. A. fol. setaceis, culmis subnudis, panicula diuarricata, pedunc. flexuosis. *Oed. dan.* 157.
- montana*. 10. A. fol. setaceis, panicula angustata, flosc. basi pilosis aristatis: arista tortili longiore *Varietas praecedentis secundum Hudf. angl.* 30, *sed differt glumis basi pilosis. Gerard.*
- alpina*. 11. A. fol. subulatis, panicula densa, flosculis basi pilosis aristatis: arista breui.
- canescens*. 12. A. fol. setaceis: summo spathaceo paniculam inferne obuolvente. *Panicula destorata longius e vagina exit.*
- praecox*. 13. A. fol. setaceis: vaginis angulatis, flor. paniculato-spicatis, flosc. basi aristatis. *Affinis praecedenti, sed pusilla.*
- caryophyll.* 14. A. fol. setaceis, panicula diuarricata, flor. aristatis distantibus. *Stillingf. miscell.* t. 5.

82. MELICA. *Cal.* 2-valuis, 2-florus. *Rudimentum*
97. floris inter flosculos.

- ciliata*. 1. M. flosculi inferioris petalo exteriore ciliato.
- nutans*. 2. M. petalis imberbibus, panicula nutante simplici.
- minuta*. 5. M. culmo ramoso, fol. setaceis, petalis imberbibus. *Mant.* 32. *
- papilionacea*. 4. M. calycis valuula inferiore maxima colorata, petalo exteriore subciliato. *Mant.* 31. *
- altissima*. 3. M. petalis imberbibus, panicula ramosissima.

83. POA. *Cal.* 2-valuis, multiflorus. *Spicula* ova-
98. ta: valuulis margine scariosis acutiusculis.

- aquatica*. 1. P. panicula diffusa, spicul. sexfloris linearibus. *Flosculi* 5-10.
- alpina*. 3. P. panicula diffusa ramosissima, spicul. sexfloris cordatis.

- trivialis*. 4. *P. panicula* diffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti.
- angustifolia*. 5. *P. panicula* diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti.
- pratensis*. 6. *P. panicula* diffusa, spicul. quinquefloris glabris, culmo erecto tereti.
- annua*. 7. *P. panicula* diffusa angulis rectis, spicul. obtusis, culmo obliquo compresso. *Stillingf. t. 7.*
- flava*. 8. *P. panicula* diffusa, spicul. ovato oblongis nitidis.
- pilosa*. 9. *P. panicula* patente stricta: ramificationibus primariis pilosis.
- palustris*. 2. *P. panicula* diffusa, spiculis subtrifloris pubescentibus, fol. subtus scabris.
- amabilis*. 10. *P. panicula* patente, spicul. octodecim-floris linearibus. *Maxime affinis P. Eragrostidi floribus purpureis, glumis trineruiis, quarum inferiores sensim cadunt.*
- Eragrostis*. 11. *P. panicula* patente, pedicellis flexuosis, spicul. ferratis decemfloris, glumis trineruiis.
- capillaris*. 12. *P. panicula* laxa patentissima capillari, fol. pilosis, culmo ramosissimo.
- malabarica*. 13. *P. paniculae* ramis simplicissimis, flor. sessilibus, sem. distantibus, culmo repente.
- chinensis*. 14. *P. paniculae* ramis simplicissimis, flor. sessilibus, sem. imbricatis, culmo erecto.
- tenella*. 25. *P. panicula* oblonga capillari subuerticillata, floscul. sexfloris minutissimis.
- rigida*. 16. *P. panicula* lanceolata subramosa secunda: ramulis alternis secundis. *Poa panicula* coarctata secunda, spiculis sexfloris linearibus alternis rigidis. *Ger. prou. 30. Culmus rigidus, breuissimus. Panicula lanceolata, rigida, decomposita: Ramis alternis, alternatim spiculatis, pedicellis rigidis, spica brevioribus. Spiculae suboctoflorae, lineares, acutae. Flosculi acutiusculi, apice subscariosi. Calyx cavatus.*
- compressa*. 17. *P. panicula* coarctata secunda, culmo obliquo compresso.
- nemoralis*. 18. *P. panicula* attenuata, spicul. subbifloris mucronatis scabris, culmo incuruo.
- bulbosa*. 19. *P. panicula* secunda patentiuscula, spiculis quadrifloris.

- spicata.* 22. P. panicula spicata, floribus subulatis, flosculis remotis. *Mant.* 32. *
- distans.* 23. P. panicula ramis subdivisis, flor. quinquefloris: flosculis distantibus obtusis. *Mant.* 32. *
- cristata.* 21. P. panicula spicata, calyc. subpilosis subquadrifloris pedunculo longioribus, petalis aristatis. *Aira cristata.* *Sp. pl.* 94. 21.
 β. *Festuca maritima.* *Sp. pl.* 110. cultura in hanc transit.
- ciliaris.* 20. P. panicula glomerata, glumarum valuulis interioribus piloso-ciliatis.

84. BRIZA. *Cal.* 2-valuis, multiflorus. *Spicula* disticha: valuulis cordatis, obtusis: inferiore minuta.

102.

- minor.* 1. B. spicul. triangulis, calyce flosculis longiore.
- virens.* 2. B. spiculis ouatis, calyce flosculis aequali.
- media.* 3. B. spicul. ouatis, calyce flosculis breuiore.
- maxima.* 4. B. spicul. cordatis: flosculis septendecim. *Panicula potius Racemus est.*
- Eragrost.* 5. B. spicul. lanceolatis: floscul. viginti. *Culmi decumbentes ramosi rigidi geniculis rubris. Ora folio opposita barbata. Spiculae fuscae.*
Conf. Gramen filiceum, paniculis integris. *Morif. hist.* 3. p. 204. f. 8. t. 6. f. 53. vix specie diuersum, sed magis glabrum, panicula fere in spicam conglomerata, calycibus 20-floris.
 Poae Eragrostidi maxime affinis; an solo loco diuersa?

85. VNIOLA. *Cal.* multiualuis. *Spicula* ouata, carinata.

163.

- panicul.* 1. V. paniculata, spiculis ouatis.
- bipinnata.* 2. V. panicula subspicata, racemis pinnatis subtus imbricatis.
- mucronata.* 3. V. spica disticha, spiculis ouatis, calycibus subaristatis.
- spicata.* 4. V. subspicata, fol. inuolutis rigidis.

86. DACTYLIS. *Cal.* 2-valuis, compressus: altera
104. valuula maiore carinata.

cynosuroides. 1. *D.* spic. sparsis secundis scabris numerosis.

glomerata. 2. *D.* panicula secunda glomerata. *Calyx* 4-florus, vix
tamen *Festucis* associanda.

lagopoides. 3. *D.* spicis subrotundis pubescentibus, culmo prostrato
ramoso. *Mant.* 33. *

87. CYNOSVRVS. *Cal.* 2-valuis, multiflorus; Re-
105. cept. proprium vnilaterale,
foliaceum.

cristatus. 1. *C.* bracteis pinnatifidis. *Stillingfl. miscell.* t. 11.

echinatus. 2. *C.* bracteis pinnato-paleaceis aristatis. Racemus glo-
meratus, secundus. Bracteae ad flores tantum exterius,
alternim pinnatae, vniflorae, radiis in aristam desinen-
tibus. *Cal.* 2-valuis, 2-florus, membranaceus, apice
valde attenuatus. *Cor.* 2-valuis apice exteriori *Arista*
recta. *Stylus* bifidus.

Lima. 3. *C.* spica secunda, calycis gluma interiore spiculis
subiecta.

durus. 4. *C.* spiculis secundis alternis sessilibus rigidis obtusis
appressis. *Sp. pl.* 1677.

caeruleus. 5. *C.* bracteis integris. *Sesleria.* *Ard. spec.* 2. p. 18.
t. 6. f. 3, 4, 5.

Coracanus. 9. *C.* spicis digitatis incuruatis, culmo compresso ere-
cto, fol. suboppositis. *Spicularum Raches* depres-
sae, latere interiore *Floribus* alternis, extrorsum sessi-
libus. Flores ovato-oblongi, compressi, mutici, ra-
chi adpressi. *Calyces* 4-flori valuula interiore infe-
riore et minore, viraque vero compressa carinata, uti
corolla.

aegyptius. 7. *C.* spic. digitatis quaternis obtusis patentissimis, ca-
lycibus mucronatis, caule repente, fol. opposi-
tis. *Caulis* laevis, geniculatus, in genua procumbens.
Spiculae 4 f. 5, horizontales rachi mucronata ultra
flores protensa. Flores alterni, distichi. *Calyces*
biflori, mutici.

- indicus.* 8. C. spic. digitatis linearibus, culmo compresso declinato basi nodoso, fol. alternis. *Calyces subquadri-flori.*
- virgatus.* 6. C. panicula ramis simplicibus, floribus sessilibus subsexflores: ultimo sterili; infimis subaristatis.
- aureus.* 10. C. paniculae spiculis sterilibus pendulis ternatis, flor. aristatis.

88. FESTUCA. *Cal.* 2-valuis. *Spicula* oblonga, teretiuscula, glumis acuminatis.

108

* *Panicula secunda.*

- ouina.* 1. F. panicula secunda coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, fol. setaceis. *Stillingf. misc. t. 8.*
- bromoides.* 10. F. panicula secunda, spiculis erectis laevibus, calycis valuula altera aristata. *Similis F. ouinae, sed foliis latioribus.*
- reptatrix.* 2. F. paniculae ramis simplicibus, spiculis subseffilibus.
- duriuscula.* 3. F. panicula secunda oblonga, spicul. oblongis laevibus, fol. setaceis. Gramen foliis iunceis brevibus minus. *Bauh. pin. 5. Conuenit cum F. dumetorum Foliis radicalibus filiformibus canaliculatis; caulinis planis gramineis; differt vero Glumis laevibus. 24.*
- dumetor.* 4. F. panicula spiciformi pubescente, foliis filiformibus.
- rubra.* 5. F. panicula secunda scabra, spicul. sexfloris aristatis: flosculo ultimo mutico, culmo semitereti.
- amethystina.* 6. F. panicula flexuosa, spicul. secundis inclinatis submuticis, foliis setaceis.
- myurus.* 8. F. panicula spicata nutante, calyc. minutissimis muticis, flor. scabris: aristis longis.
- phoenicoides.* 16. F. racemo indiuiso, spiculis alternis subseffilibus teretibus, fol. inuolutis mucronato-pungentibus. *Mant. 33. **

** *Panicula aequali.*

- fusca.* 7. F. panicula erecta ramosa, spicul. sessilibus carinatis muticis.

- decumbens.* 12. F. panicula erecta, spicul. subouatis muticis, calyce flosculis maiore, culmo decumbente.
- elatior.* 13. F. panicula secunda erecta, spicul. subaristatis: exterioribus teretibus. Gramen arundinaceum, locustis viridi-spadiceis loliaceis brevius aristatis. *Scheuch. gram.* 266.
- fluitans.* 14. F. panicula ramosa erecta, spicul. subsessilibus teretibus muticis. *Stillingf. misc.* t. 20.
- cristata.* 15. F. panicula spicata lobata, spicul. ouatis latis sexfloris hirsutis.
- calycina.* 11. F. panicula contracta, spiculis linearibus, calyce flosculis longiore, foliis basi barbatis.

89. BROMVS. Cal. 2-valuis. Spicula oblonga, teres, disticha: arista infra apicem:

112.

- secalinus.* 1. B. panicula patente, spic. ouatis: aristis rectis, fem. distinctis.
- mollis.* 2. B. panicula erectiuscula, spic. ouatis pubescentibus: aristis rectis, fol. mollissime villosis.
- squarros.* 3. B. panicula nutante, spic. ouatis: aristis diuaticis.
- purgans.* 4. B. panicula nutante crispa, fol. vtrinque nudis: vaginis pilosis, glumis villosis.
- ciliatus.* 5. B. panicula nutante, fol. vtrinque vaginisque subpilosis, glumis ciliatis.
- sterilis.* 6. B. panicula patula, spicul. oblongis distichis, glumis subulato-aristatis.
- aruensis.* 7. B. panicula nutante, spicul. ouato-oblongis.
- geniculatus.* 19. B. panicula erecta, flosculis distantibus, pedunculis angulatis, culmo genu procumbente: *Mant.* 33.*
- tectorum.* 8. B. panicula nutante, spicul. linearibus.
- giganteus.* 12. B. panicula nutante. spicul. quadrifloris: aristis brevioribus.
- rubens.* 10. B. panicula fasciculata, spicul. subsessilibus villosis: aristis erectis.
- scoparius.* 11. B. panicula fasciculata, spicul. subsessilibus glabris: aristis patulis.
- rigens.* 18. B. panicula spicata: spiculis subsessilibus erectis pubescentibus subquadrifloris. *Mant.* 33.*

- racemosus*. 13. B. racemo simplicissimo, pedunc. vnifloris, flor. sex-floris laeuibus aristatis.
- triflorus*. 16. B. panicula patente, flor. subtrifloris.
- madritensis*. 9. B. panicula rariore patulo-erecta, spiculis linearibus: intermediis geminis, pedicellis superne incrassatis.
- ramosus*. 20. B. culmo ramosissimo, spiculis sessilibus, foliis inuoluto-subulatis. *Mant.* 34.*
- pinnatus*. 14. B. culmo indiuiso, spicul. alternis subsessilibus teretibus subaristatis. *Oed. dan. t.* 164. folia plana.
- cristatus*. 15. B. spicul. distiche imbricatis sessilibus depressis.
- distachyos*. 17. B. spicis duabus erectis alternis. Bromus spiculis subbinatis compressis sessilibus. *Ger. prou.* 98. t. 3. f. 1. Festuca *ciliata* valuulis interioribus glumae corollinae ciliatis, panicula stricta secunda simplici. *Gouan. hort.* 48. 547. Gramen festuceum myurum elatius, spica heteromalla gracili. *Barr. ic.* 99. f. 2. Spiculae sessiles, plano obuersae scapo, ut in Triticis, calyce acuto; in spontaneo spiculae 2, in culto 3, aristatae.

90. STIPA. *Cal.* 2-valuis, vniflorus. *Cor.* valuula
115. exteriore arista terminali: basi articu-
 culata.

- pennata*. 1. S. aristis lanatis.
- iuncea*. 3. S. aristis nudis rectis, calyc. femine longioribus, fol. intus laeuibus.
- capillata*. 2. S. aristis nudis curuatis, calyc. femine longioribus, fol. intus pubescentibus.
- tenacissima*. 4. S. aristis basi pillofis, panicula spicata, fol. filiformibus.
- auenacea*. 5. S. aristis nudis, calyc. semen aequantibus.
- membran.* 6. S. pedicellis dilatatis membranaceis. *Sp. pl.* 650.
- arguens*. 7. S. aristis nudis, bracteis basi barbatis, floscul. sessili-fasciculatis.
- spinifex*. 8. S. flosculis muticis, bracteis capitulorum fasciculatis maximis mucronatis, *Mant.* 34.*

91. AVENA. *Cal.* 2-valuis, multiflorus: arista dorsali contorta.

117.

- sibirica.* 1. A. paniculata, calyc. vnifloris, sem. hirsutis, aristis calyce triplo longioribus.
- elatior.* 2. A. paniculata, calyc. bifloris, flosc. hermaphrodito submutico, masculino aristato.
- stipiformis.* 15. A. paniculata, calyc. bifloris, aristas femine duplo longioribus, culmo ramoso. *Mant.* 34.*
- pensylvanica.* 3. A. panicula attenuata, calyc. bifloris, sem. villosis, aristas calyce duplo longioribus.
- loeflingiana.* 4. A. panicula contracta, flosc. binis, altero pedunculato, apice biaristatis, dorso arista reflexa. *Habität vsque in Cap. b. spei.*
- fatua.* 5. A. paniculata, calycib. dispermis, sem. laeuibus altero aristato.
- rudis.* 6. A. paniculata, cal. trifloris, receptaculo calycem excedente, petalis, dorso aristatis.
- fatua.* 7. A. paniculata, calyc. trifloris, flosc. omnibus basi pilosis: aristas totis laeuibus.
- sesquiteriia.* 15. A. paniculata, calyc. subtrifloris, flosc. omnibus aristatis, receptaculis barbatis. *Mant.* 34.*
- pubescens.* 13. A. subspicata, calyc. subtrifloris basi pilosis, fol. planis pubescentibus. *Sp. pl.* 1155.
- sterilis.* 8. A. paniculata, calyc. quinquefloris: exterioribus flosculis aristisque basi pilosis; interioribus muticis.
- flauescens.* 9. A. panicula laxa, calyc. trifloris breuibus, flosc. omnibus aristatis.
- fragilis.* 10. A. spicata, calyc. quadrifloris flosculo longioribus.
- pratensis.* 11. A. subspicata, calyc. quinquefloris.
- spicata.* 12. A. spicata, calyc. sexfloris longioribus: petalo exteriore apice aristato furcatoque.
- bromoides.* 14. A. subspicata, spicul. binatis: altera pedunculata, aristas diuaticatis, calyc. octofloris. *Sp. pl.* 1666.

92. LAGVRVS. *Cal.* 2-valuis: arista villosa. *Cor.* petalo exteriore aristas 2 terminalibus: tertia dorsali retorta.

119.

- ouatus.* 1. L. spica ouata aristata.

cylindricus. A. L. spica cylindrica mutica. Ger. prou. 104. Gramen pratense alopecurum, fericea panicula. Barr. ic. 11.

93. ARVUNDO. Cal. 2-valuis. Flosculi congesti, lana cincti.
120.

Bambos. 1. A. calyc. multifloris, spic. ternis sessilibus.
Douax. 2. A. calyc. quinquefloris, panicula diffusa.
phragm. 3. A. calyc. quinquefloris, panicula laxa.
epigeios. 4. A. calyc. vnifloris, panicula erecta, fol. subtus glabris.
Calamagrostis. 5. A. calyc. vnifloris, laeuibus, coroll. lanuginosis, culmo ramofo.
arenaria. 6. A. calyc. vnifloris, fol. inuolutis mucronato pungentibus.

94. ARISTIDA. Cal. biualuis. Cor. vnialuis: aristis 3 terminalibus.
121.

adscension. 1. A. panicula ramofo, spicis sparfis.
american. 2. A. paniculae ramis simpliciffimis, spicis alternis.
plumosa. 3. A. paniculata, arista intermedia longiore lanata, culm. villosis. Sp. pl. 1666.

95. LOLIVM. Cal. 1-phyllus, fixus, multiflorus.
122.

perenne. 1. L. spica mutica, spicul. compressis multifloris.
tenu. 2. L. spica mutica tereti: spiculis trifloris.
temulent. 3. L. spica aristata, spicul. compressis multifloris.

96. ELYMVS. Cal. lateralis, 2-valuis, aggregatus, multiflorus.
122.

arenarius. 1. E. spica erecta arcta, calyc. tomentosus flosculo longioribus.
sibiric. 3. E. spica pendula arcta, spicul. binatis calyce longioribus.
philadelphicus. 2. E. spica pendula patula, spiculis sexfloris: inferioribus ternatis.

- canadensis*. 4. E. spica nutante patula, spiculis inferioribus ternatis; superioribus binatis.
- caninus*. 8. E. spica nutante arcta, spiculis rectis inuolucro destitutis: infimis geminis.
- virginic*. 5. E. spica erecta, spiculis 3-floris, inuolucro striato
- europaeus*. 9. E. spica erecta: spiculis bifloris inuolucro aequalibus. *Mant.* 35. *
- Cap. med.* 6. E. spiculis bifloris, inuolucris fetaceis patentissimis.
- Hystrix*. 7. E. spica erecta, spiculis inuolucro destitutis patentibus. *Sp. pl.* 560.

97. SECALE. *Cal.* oppositus, 2-valuis, 2-florus,
124. solitarius.

- cereale*. 1. S. glumarum ciliis scabris. *Habitat in Creta.*
- villosum*. 2. S. glumarum ciliis villosis, squamis calycinis cunei-formibus.
- orientale*. 3. S. glumis hirsutis, squamis calycinis subulatis.
- creticum*. 4. S. glumis extrorsum ciliatis.

98. HORDEVM. *Cal.* lateralis, bivaluis, vniflorus,
125. ternus.

- vulgare*. 1. H. flosculis omnibus hermaphroditis aristatis: ordinibus duobus erectioribus.
- hexasticon*. 2. H. flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, fem. sexariam aequaliter positis.
- distichon*. 3. H. flosculis lateralibus masculis muticis, fem. angularibus imbricatis. *Habitat ad Samaram Tatariae fluum.*
- Zeocriton*. 4. H. flosculis lateralibus masculis muticis, fem. angularibus patentibus corticatis.
- bulbosum*. 5. H. flosculis omnibus ternis fertilibus aristatis, inuolucris fetaceis ciliatis.
- nodosum*. 7. H. flosculis lateralibus masculis muticis, inuoluc. fetaceis laeuibus: *Rad. x bulbosa, copiosa. Flosculi laterales mutici: intermedio aristato. Inuolucella sunt vere aristata, aristis purpurascensibus, flosculo suo longioribus (ergo minimo deletur.)*

- murinum*, 6. H. flosculis lateralibus masculis aristatis, inuolucris intermediis ciliatis.
iubatum. 8. H. aristis inuolucrisque fetaceis longissimis.

99. TRITICVM. Cal. 2-valuis, solitarius, subtriflorus. Flos obtusiusculus, acutus.

126.

* *Annua.*

- aestiuum*. 1. T. calyc. quadrifloris ventricosis glabris imbricatis aristatis.
hybernum. 2. T. calyc. quadrifloris ventricosis laeuius imbricatis submuticis.
turgidum. 3. T. calyc. quadrifloris ventricosis villosis imbricatis obtusis.
polonicum. 4. T. calyc. bifloris nudis, flosculis longissime aristatis, racheos dentibus barbatis.
Spelta. 5. T. calyc. quadrifloris truncatis, flosculis aristatis hermaphroditis: intermedio neutro.
monococ. 6. T. calyc. subtrifloris: primo aristato, intermedio sterili.

* * *Perennia.*

- ivnceum*. 8. T. calyc. quinquefloris truncatis, fol. inuolutis.
repens. 9. T. calyc. quadrifloris subulatis acuminatis, fol. planis.
maritimum. 10. T. calyc. multifloris, flosculis mucronatis, spica ramosa. Festuca panicula coarctata secunda, spicul. rigidis, pedicell. acutangulis. *Ger. prou.* 94. Poa spicata, spicul. alternis fertilibus subsexflores. *Huds. angl.* 35. Gramen pumilum loliaceo simile, *Rai. angl.* 3. p. 395. Gramen exile duriusculum maritimum, foliol. circumuolutis subinunceis breuib. *Pluk. phyt.* 32. f. 7. Gramen maritimum, paniculis asperis loliaceis. *Bocc. mus.* 2. p. 135. t. 95. Gramen caninum maritimum paniculatum. *Rai. hist.* 1286.
tenellum. 7. T. calycibus subquadrifloris, flosc. muticis acutis, fol. fetaceis. Festuca spica secunda recta, spicul. compressis subaristatis. *Ger. prou.* 96.
virilatale. 11. T. calycibus unilateralibus alternis muticis. *Man-tiss.* 35.

TRIGYNIA.

100. ERIOCAVLON. *Cal.* communis, capitulum
128. imbricatum. *Petala* 3, ae-
qualia. *Stam.* supra ger-
men.

triangula- 1. *E.* culmo triangulari, fol. ensiformibus, capitulo
re. ouato.
quinquan. 2. *E.* culmo quinquangulari, fol. ensiformibus
sexangul. 3. *E.* culmo sexangulari, fol. ensiformibus.
setaceum. 4. *E.* culmo sexangulari, fol. setaceis.
decangul. 5. *E.* culmo decangulari, fol. ensiformibus.

301. MONTIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 1-petala, irregu-
129. laris. *Capsf.* 1-ocularis, 3-valuis.

fontana, 1. MONTIA. *Oed. dan. t.* 151.

102. PROSERPINACA. *Cal.* 3-partitus, superus.
129. *Cor.* 0. *Sem.* 1. trilocu-
lare.

palustris. 1. PROSERPINACA.

103. TRIPLARIS. *Cal.* maximus, tripartitus. *Cor.*
130. 0. *Antherae* lineares. *Nux* tri-
quetra intra calycis basin o-
uatam.

america. A. TRIPLARIS. *Triplaris pyramidalis* spicis erectis ter-
minalibus. *Lacq. amer. 13. t.* 173. *f.* 5.

104. HOLOSTEMM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala.* 5.
Capsf. 1-ocularis, subcylin-
dracea, apice dehiscens.

cordatum. 1. *H.* foliis subcordatis. *Fabr. helmst. 184.* *Petala* alba
subtrifida, calyce minima.

succulent. 2. *H.* foliis ellipticis carnosis.

hirsutum. 3. *H.* foliis orbiculatis hirsutis.

umbellat. 4. *H.* floribus umbellatis.

1241. KOENIGIA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.*
I, ouatum, nudum.

islandica. I. KOENIGIA. *Mant.* 35. *

105. POLYCARPON. *Cal.* 5-phyllus. *Petala.* 5,
131. minima, ouata. *Capsf.* I-
locularis, 3-valuis.

tetraphylla. I. POLYCARPON.

106. MOLLVGO. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capsf.*
132. 3-locularis, 3-valuis.

oppositi- I. M. fol. oppositis lanceolatis, ramis alternis, pe-
folia. duncul. lateralibus confertis vnifloris.

stricta. 2. M. fol. subquaternis lanceolatis, flor. paniculatis
nutantibus, caule erecto angulato. *Alfina* mul-
tiflora floribunda glabra bengalensis. *Pluk. phyt.*
21. t. 256. f. 2. *Alfina* erecta pentaphylla, flo-
re albo. *Burm. zeyl.* 13. t. 7. f. 1. *Paniculae* fo-
liis longiores, primo secundoque dichotomae. dein
racemosae. Flores nutantes; albi, sinillimi M. ver-
ticillatae. ☉.

Spergula. 4. M. fol. quinis obouatis, ramis alternis. pedunc.
vnifloris.

pentaph. 3. M. fol. quinis obouatis aequalibus, flor. paniculatis.

verticil- 5. M. fol. verticillatis cuneiformibus acutis, caule sub-
lata. diuifo decumbente, pedunc. vnifloris,

107. MINVARTIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capsf.*
132. I-locularis, 3-valuis. *Sem.*
nonnulla.

dichotoma. I. M. flor. confertis dichotomiae.

campe- 2. M. flor. terminalibus alternis, bractea longioribus.
stris.

montana. 3. M. flor. lateralibus alternis bractea breuioribus.

108. QVERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Caps.* 1-locularis, 3-valuis. *Sem.* 1.

132.

hispanica. 1. Q. floribus confertis.
canadens. 2. Q. flor. folitariis, caule dichotomo.

109. LECHEA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala.* 3, linearia. *Caps.* 3-locularis, 3-valuis: valvulis totidem inferioribus. *Sem.* 1

133.

minor. 1. L. fol. lineari-lanceolatis, flor. paniculatis.
maior. 2. L. fol. ovato-lanceolatis, flor. lateralibus vagis.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. monopetali f. dipetali, monospermi, inferi.*

110. LEUCADENDRON. *Corollulae* 2-petallae : altero trifido. *Sem.* pappo piloso. *Stamina* intra apices petali.

111. PROTEA. *Corollulae*. 1-petalae, regulares. *Sem.* pappo nudis.

112. GLOBULARIA. *Corollulae* 1-petallae, irregulares. *Sem.* pappo nudis.

** *Fl. monopetali, monospermi, superi, aggregati.*

113. CEPHALANTHUS. *Cal.* communis o. *Recept.* globosum, villosum. *Sem.* lanuginosa.

114. DIPSACVS. *Cal.* communis foliaceus. *Recept.* conicum, paleaceum. *Sem.* columnaria.

115. SCABIOSA. *Cal.* communis. *Recept.* eleuatum, subpaleaceum. *Sem.* coronata, inuoluta.

116. KNAVTIA. *Cal.* communis oblongus. *Recept.* planum, nudum. *Sem.* apice villosa.

117. ALLIONIA. *Cal.* commun. 3-phyllus, 3-florus, *Proprius* superus o. *Sem.* nuda.

* *Valeriana sibirica.*

*** *Fl. monopetali, monocarpi, inferi.*

136. AQUARTIA. *Cor.* rotata. *Cal.* subquadrifidus. *Bacca* polysperma.

135. CALLICARPA. *Cor.* tubulosa. *Cal.* 4-fidus. *Bacca* 4-sperma.

143. SCOPARIA. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-partitus. *Caps.* 1-locularis, 2-valuis.

145. CENTUNCVLVS. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-partitus. *Caps.* 1-locularis, circumscissa.

142. PLANTAGO. *Cor.* refracta. *Cal.* 4-partitus. *Caps.* 2-locularis, circumscissa.

137. POLYPREMVM. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-phyllus. *Caps.* 2-locularis, emarginata.

140. BUDDLEIA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 4-fidus. *Caps.* 2-locularis, bifulca.

141. EXACVUM. Cor. subcampanulata. Cal. 4-phyllus. Caps. 2-locularis, compressa.
 138. PENAEA. Cor. campanulata. Cal. 2-phyllus. Caps. 4-locularis, 4-valuis.
 139. BLAERIA. Cor. subcampanulata. Cal. 4-partitus. Caps. 4-locularis, angulis dehiscens.

* *Swertia corniculata, dichotoma.*

* *Gentianae quadrifidae.*

Fl. monopetali, monocarpi, superi.

128. FVCHSIA. Cor. 8-fida. Cal. integer. Bacca 4-locularis, polysperma.
 132. PAVETTA. Cor. tubulosa. Cal. 4-dentatus. Bacca 1-sperma.
 131. IXORA. Cor. tubulosa. Cal. 4-partitus. Bacca 2-locularis. Sem. 2.
 133. PETESIA. Cor. tubulosa. Cal. 4-dentatus. Bacca 2-locularis, polysperma.
 130. CATESBAEA. Cor. tubulosa. Cal. 4-dentatus. Bacca 1-locularis, polysperma.
 134. MITCHELLA. Cor. 2, tubulosa. Cal. 4-dentatus. Bacca 4-sperma, biflora, bifida.
 118. HEDYOTIS. Cor. tubulosa. Cal. 4-partitus. Caps. didyma, polysperma, apice dehiscens.
 154. OLDENLANDIA. Cor. tubulosa. Cal. 4-partitus. Caps. didyma, polysperma, dehiscens inter dentes.
daucoides. 2. C. vmbellis trifidis aphyllis, vmbellatis trispermis triphyllis. *Hort. cliff. 91. Hort. vps. 58. Ger. prou. 236.* *Echinophora 3 leptophylla purpurea. Col. eph. 1. p. 96. t. 87. Descriptio Cauc. platycarpi est.*
latifolia. 7. C. vmbella vniuersali trifida partialibus pentaspermis, fol. pinnatis ferratis. *Hort. cliff. 91. Caucalis involucris et involucellis pentaphyllis, foliis pinnatis. Ger. prou. 237. Caucalis aruensis echinata latifolia. Bauh. pin. 152. Lappula canaria latifolia. Bauh. hist. 1. p. 81.*
mauritana. 3. C. involucro vniuersali monophyllo; partialibus triphyllis.
platycarpus. 4. C. involucro multifido, vmbella conferta, petal. exterioribus maioribus longitudine involucelli. *Ger. prou. 238.*
orientalis. 5. C. vmbell. patentibus, foliolis partialibus supradecompositis laciniatis: lacinulis linearibus.
leptophylla. 6. C. involucro vniuersali subnullo, vmbella bifida, involucellis pentaphyllis. *Ger. prou. 236. exclusa Columna.*

329. ARTEDIA. *Involucra pinnatifida. Flosculi disci masculi. Fructus squamis hispida.*
 347.

squamata. 1. A. feminibus squamatis.

330. DAUCVS. *Corollae* subradiatae, omnes herma-
phroditae. *Fructus* pilis hispida

348.

- Carota*. 1. D. femin. hispida, petiolis subtus neruosis.
mauritanicus. 2. D. femin. hispida, flosculo centrali sterili, carnosus, receptaculo communi hemisphaerico. *Pastinaca tenuifolia*, radice et umbella lutea. *Morif. hist.* 3. p. 306. f. 9. t. 13. f. 5. *Pastinaca tenuifolia* sicula hirsuta crispa. *Morif. hist.* 3. p. 305. f. 9. t. 13. f. 3.
Vijnaga. 3. D. femin. laeuibus. - *Vmbella ampla*. *Inuolucella simplicia*. *Petala aequalia*.
Gingidium muricatus. 4. D. radiis inuolucris planis: laciniis recuruis. †
5. D. femin. aculeatis. β. *Caucalis umbella bifida*, umbellulis dispermis, inuolucris femine breuioribus linearibus. *Gouan. monsp.* 135. *Caucalis inuolucro vniuersali diphylo*, partialibus pentaphyllis. *Ger. prou.* 237. t. 10.

331. AMMI. *Inuolucra* pinnatifida. *Corollae* radiatae.
omnes hermaphroditae. *Fructus* laeuis.

349.

- maius*. 1. A. fol. inferioribus pinnatis lanceolatis ferratis; superioribus multifidis linearibus.
copticum. 3. A. fol. supradecompositis linearibus, sem. muricatis. *Mant.* 56.
glauicfol. 2. A. foliorum omnium lacinulis lanceolatis.

332. BVNIVM. *Corolla* vniformis. *Vmbella* conferta. *Fructus* ouati.

349.

Bulbocast. 1. BVNIVM.

333. CONIVM. *Inuolucella* dimidiata, subtriphylla,
Fructus subglobofus, 5-striatus,
vtrinque crenatus.

349.

- maculat.* 1. C. seminibus striatis.
ringens. 2. C. sem. submuricatis, pedunc. sulcatis, foliolis canaliculatis obtusis.

- african.* 2. C. seminibus muricatis, petiolis pedunculisque lae-
uibus. *Pedunculi oppositifolii, non sulcati. Floscu-
li plures steriles. Fructus centralis sessilis. Foliola
planiuscula.*
- Royeni.* 3. O. seminibus radiato-spinosis. *Caucalis orientalis ar-
uensiu tenuifolia, flore purpureo, magno fructu.
Buxb. cent. 3. p. 16. t. 28. Habitat in Aegypto.
Notante Dav. Royeno.*

334. SELINVM. *Fructus* ouali-oblongus, compres-
350, fo-planus, in medio striatus. *In-
uolucr. reflexum. Petala* cordata,
aequalia.

- syluestre.* 1. S. radice fusiformi multiplici. *Foliola linearia. Um-
bella patula; umbellulae remotae. Semina ouali-oblon-
ga: sulcis 3, eleuatis, obtusis, approximatis.*
- palustre.* 2. S. sublaetescens, radice vnica.
- Caruifolia.* 3. S. caule sulcato acutangulo, inuolucro vniuersali
caduco, pistillis fructus reflexis. *Ligusticum alpi-
num perenne, ferulae folio, floribus albis. Segu.
ver. 2. p. 41. t. 13. an Ligusticum alpinum, foliis
cicutae tenuioribus et glabris, radice breuiore.
Till. pis. 98. t. 39. f. 2. (sed paulo minor foliolis fe-
re latioribus). Semina ouata sulcis eleuatis, 3, com-
pressis, vii Laferpitiis; lateribus semina a se inuicem
hiant. Foliola omnia apice s. mucrone albo.*
- Monnieri.* 4. S. umbella conferta, inuolucro vniuersali reflexo,
sem. costis quinque membranaceis.

335. ATHAMANTA. *Fructus* ouato-oblongus,
351, striatus. *Pet. inflexa e-
marginata.*

- Libanotis.* 1. A. fol. bipinnatis planis, umbell. hemisphaerica,
semin. hirsutis. *Styli fructus purpurascens.*
- Ceruaria.* 3. A. fol. pinnatis decussatis inciso-angulatis, sem. nudis.
- sibirica.* A. fol. pinnatis inciso angulatis. *Mant. 56. Hort.
Vps. 60. sub selino. Flores subtus rubri.*
- condensa-
ta.* 2. A. fol. subbipinnatis, foliolis deorsum imbricatis, um-
bella lentiformi. *Inuolucella longitudine umbellulae.*

- Oreofelin.* 4. A. foliolis diuaticatis.
ficula. 5. A. fol. inferioribus nitidis, umbell. primordialibus subfessilibus, semin. pilosis.
cretenfis. 6. A. foliolis linearibus planis hirsutis, petal. bipartitis, semin. oblongis hirsutis. *Jacq. vind. 218. Caulis striatus, pubescens. Folia subhirsuta, lacinis ultimis linearibus, planiusculis, at in culta succulentis fragilibus, nitidissimis. Semina oblonga, hirsuta.*
annua. 7. A. fol. multipartitis: lacinis linearibus teretiusculis acuminatis.
chinesis. 8. A. femin. membranaceo-striatis, fol. supradecompositis laevibus multifidis.
Meum. 9. A. foliolis capillaribus, femin. glabris striatis.

336. PEUCEDANVM. *Fructus* ovatus, utrinque striatus, ala cinctus. *Inuolucra* brevissima.
 353.

- officinale.* 1. P. fol. quinque tripartitis filiformibus linearibus. *Peucedanum minus. Bauh. pin. 149.*
alpestre. 2. P. foliolis linearibus ramosis.
Silaus. 3. P. fol. pinnatifidis: lacinis oppositis, inuoluc. uniuersali diphylo.
alsaticum. 4. P. fol. pinnatifidis: lacinis trifidis obtusiusculis.
nodosum. 5. P. foliolis alternatim multifidis.

337. CRITHMVM. *Fructus* ovalis compressus. *Flosculi* aequales.
 354.

- maritim.* 1. C. foliolis lanceolatis carnosis.
pyrenaic. 2. C. foliolis lateralibus bis trifidis.

338, CACHRYIS. *Fructus* subovatus, angulatus, suberoso-corticatus.
 355.

- Libanotis.* 1. C. fol. bipinnatis: foliol. acutis multifidis, fem. sulcatis laevibus.
ficula. 2. C. fol. bipinnatis: foliol. linearibus acutis, fem. sulcatis hispidis.

339. HASSELQVISTIA. *Fructus* glabri. *Sem. Radii* ovalia, plana, marginata, medio conuexa, *Disci* hemisphærica, urceolata.

355.

ægyptiac. A. HASSELQVISTIA. *Cent.* 24.

340. FERULA. *Fructus* ovalis, compresso-planus, striis vtrinque 3.

355.

- commun.* 1. F. foliolis linearibus longissimis simplicibus.
glauca. 2. F. foliis supradecompositis: foliolis lanceolato-linearibus planis.
tingitana. 3. F. foliolis laciniatis: lacinulis tridentatis inæqualibus nitidis.
Ferulago. 4. F. foliis pinnatifidis: pinnis linearibus planis trifidis.
orientalis. 5. F. foliorum pinnis basi nudis: foliolis fetaceis.
meoides. 6. F. foliorum pinnis utrinque appendiculatis: foliolis fetaceis.
nodiflora. 7. F. foliolis appendiculatis, umbell. sessilibus.
canadens. 8. F. lucida canadensis.
Alja fat. 9. F. foliis alternatim sinuatis obtusis.

341. LASERPITIVM. *Fructus* oblongus: angulis 8 membranaceis. *Pet.* inflexa, emarginata, patentia.

356.

- latifolium.* 1. L. foliol. cordatis inciso-ferratis.
trilobum. 2. L. foliol. trilobis incisis.
gallicum. 3. L. foliol. cuneiformibus furcatis.
angustif. 4. L. foliol. lanceolatis integerrimis sessilibus.
prutenic. 5. L. foliol. lanceolatis integerrimis: extimis coalitis.
Caulis hirsutus pilis albis, præsertim versus basin. Folia facie Cicutæ virosæ, hirsuta petiolis & costis: Foliola cuneiformi-lanceolata, pinnatifida, non rigida. Umbellæ radii, involucra & Flores albi. Semina pubescentia, acri-aromatica.

- peucedanoidea*. 7. L. foliol. lineari-lanceolatis venoso-striatis distinctis.
Siler. 6. L. foliol. ovali-lanceolatis integerimis petiolatis.
Chironium. 7. L. foliol. oblique cordatis, petiolis hirsutis.
ferulaceum. 8. L. foliolis linearibus.
simplex. 10. L. scapo nudo aphylo simplici, fol. pinnatis multifidis acutis linearibus, umbella semiglobosa. *Mant.* 56.

342. HERACLEVM. *Fructus* ellipticus, emarginatus, compressus, striatus, marginatus. *Cor.* difformis. inflexo-emarginata. *Invo.* *lucv.* caducum.

- Sphordyl.* 1. H. foliolis pinnatifidis laevibus, flor. radiatis.
angustifolium. 6. H. fol. cruciatio-pinnatis: foliol. linearibus, coroll. flosculosis, *Mant.* 57. *Flores in hoc, ut in antecedenti, uniformes, virides, albi.*
sibiricum. 2. H. fol. pinnatis: foliol. quinis: intermediis sessilibus, corollulis uniformibus. *Foliorum vaginae basis larva alba densa.*
Panaces. 3. H. fol. pinnatis: foliol. quinis: intermediis sessilibus, flor. radiatis. *Folia subtus tomentosa.*
austriac. 4. H. fol. pinnatis vtrinque rugosis scabris, flor. subradiatis. *Jacq. vind.* 216. *Differt ab H. Panace Foliis vtrinque scabris, venoso-rugosissimis viridibusque, nec mollibus; subtomentosis, subtusve pallidis. Pedunculi scabri, in Panace laeves.*
alpinum. 5. H. fol. simplicibus, flor. radiatis. *Heracleum foliis pinnatifidis. Ger. prov.* 246. *Hanc cum praecedenti coniungit Segu, ver. 3. p. 224. cum H. austriacum spontaneum foliis scabris, alpinum satum foliis supra laevibus evadat.*

343. LIGVSTICVM. *Fructus* oblongus, 5-fulcatus vtrinque *Corollae* aequales. *Petalis* involutis, integris.

- Levistic.* 1. L. fol. multiplicibus: foliol. superne incis. *scoticum*. 2. L. fol. biternatis.

- pelopon.* 4. L. fol. multiplicato-pinnatis: foliol. pinnatim incis. *austricum.*
5. L. fol. bipinatis: foliol. confluentibus incis integerimis. *Jacq. vind. 221. Segu. veron. 3. p. 226.* Ligusticum alterum lobelii, *Dalech. hist. 744.*
cornubiense. 3. L. fol. decompositis incis: radicalibus ternatis lanceolatis integerrimis.
peregrinum. 6. L. umbellae primariae involucri subnullo; lateralium basi membranacea: radiis subramosis. *Petroselinum hortense latifolium. Bauh. pin. 157.* Apium hortense magnum, petroselini sapore. *Bauh. hist. 3. p. 99.* Simile Petroselino etiam sapore & odore, sed crassiora rigidioraque omnia.

344. ANGELICA. Fructus subrotundus, angulatus, solidus, stylis reflexis. Corollae aequales: petalis incuruis.

360.

- Archang.* 1. A. foliorum impari lobato.
sylvestris. 2. A. fol. aequalibus ovato-lanceolatis ferratis.
atropurpurea 3. A. foliorum extimi pari coadunato; folio terminali petiolato.
lucida. 4. A. fol. aequalibus ovatis inciso-ferratis.

345. SIVM. Fructus subovatus, striatus. Involucrum polyphyllum. Petala cordata.

361.

- latifol.* 1. S. fol. pinnatis, umbell. terminali.
angustifolium. 9. S. fol. pinnatis, umbell. axillaribus pedunculatis, involucri uniuersali pinnatifido. *Sp. pl. 1672.* Sium Berula. *Gouan, monsp. 218.* Foliorum pinnarum par secundum ita distat a primo, ut deficere videatur. *Umbellae oppositifoliae G.*
nodiflor. 2. S. fol. pinnatis, umbell. axillaribus sessilibus.
Sisarum. 3. S. fol. pinnatis; floralibus ternatis.
Ninfi. 4. S. fol. ferratis pinnatis; rameis ternatis.
rigidius. 5. S. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis subintegerrimis.
Falcaria. 6. S. foliol. linearibus decurrentibus connatis.
graecum. 7. S. fol. omnibus bipinnatis.
siculum. 8. S. fol. radicalibus ternatis; caulinis bipinnatis.

346. SISON. *Fructus* ovatus, striatus. *Involucr.* sub 4-
362. *phylla.*

Amomum. 1. S. foliis pinnatis, umbellis erectis.

segetum. 2. S. foliis pinnatis, umbellis cernuis.

canadens. 3. S. foliis ternatis.

Ammi. 4. S. fol. tripinatis: radicalibus linearibus; caulinis setaceis; stipularibus longioribus.

inundatum. 5. S. repens, umbellis bifidis. *Oed. dan. t. 89.*

verticill. 6. S. foliolis verticillatis capillaribus.

347. BVBON. *Fructus* ovatus, striatus, villosus.
364.

macedo- 1. B. foliol. rhombeo-ovatis crenatis, umbell. numero-
nicum. fissimis.

Galbanum. 2. B. foliol. rhombicis dentatis striatis glabris, umbell. paucis.

gummife- 3. B. foliol. glabris: inferioribus rhombicis ferratis; supe-
rum. rioribus pinnatifidis tridentatis.

rigidius. 4. B. foliolis linearibus.

348. CVMINVM. *Fructus* ovatus, striatus. *Vmbel-*
365. *lula* 4: *Involucra* 4-fida.

Cuminum. I. CVMINVM.

349. OENANTHE. *Flosculi* difformes: in disco
365. sessiles, steriles. *Fructus* calyce coronatus.

fistulosa. 1. OE. stolonifera, fol. caulinis pinnatis filiformibus fistulosis.

erocata. 2. OE. fol. Omnibus multifidis obtusis subaequalibus. *Caulis rufus. Folia alia pinnata, alia sed saepius bipinnata. Foliola cuneata, incisa, laevia, lineata. Pedunculi angulati, striati. Involucr. uniuersale nullum. Petala alba, inflexa, tamen acuta. Antherae fuscae.*

prolifera. 3. OE. umbellarum pedunculis marginalibus longioribus ramosis masculis.

globu-

globulosa. 4. OE. fructibus globosis.
pimpinel. 5. OE. foliol. radicalibus cuneatis fissis; caulinis integris
loides. linearibus longissimis canaliculatis.

350. PHELLANDRIVM. *Flosculi* disci minores.
 366. *Fructus* ovatus, laevis,
 coronatus perianthio &
 pistillo.

aquaticum. 1. P. foliorum ramificationibus divaricatis.
Mutellin. 2. P. caule subnudo, foliis pinnatis.

351. CICVTA. *Fructus* subovatus, sulcatus.
 366.

virosa. 1. C. umbell. oppositifoliis, petiol. marginatis obtusis.
bulbifera. 2. C. ramis bulbiferis.
maculata. 3. C. foliorum serraturis mucronatis, petiol. membrana-
 ceis apice bilobis. Myrrha. *Mitch. gen. 18.*

352. AETHVSA. *Imvolucella* dimidiata, 3-phylla,
 367. pendula. *Fructus* striatus.

Cynapium. 1. AETHVSA.

353. CORIANDRVM. *Cor.* radiata: *Pet.* inflexo-
 367. emarginata. *Imvolucr.* uni-
 versale 1-phyllum: *Par-*
tialia dimidiata. *Fructus*
 sphaericus.

satiuum. 1. C. fructibus globosis.
testiculat. 2. C. fructibus didymis.

354. SCANDIX. *Cor.* radiata. *Fructus* subulatus.
 368. *Petala* emarginata, *Flosculi* disci
 saepe masculi.

odorata. 1. S. seminibus sulcatis angulatis.
Pecten. 2. S. semin. rostro longissimo.

- Cerfolium*. 3. S. semin. nitidis ovato-subulatis, umbellis sessilibus lateralibus.
- Anthriscus australis*. 4. S. femin. ovatis hispidis, coroll. uniformibus, caule laevi.
5. S. Semin. subulatis hispidis, flor. radiatis, caul. laevibus.
- nodosa*. 6. S. femin. subcylindricis hispidis, caule hispido: geniculis tumidis.
- trichosperma*. 9. S. femin. hirsutissimis pilis semine duplo longioribus. *Mani.* 57.
- grandiff.* 7. S. femin. pedunculo villoso brevioribus.
- praecumb.* 8. S. femin. nitidis ovato-subulatis, fol. decompositis.

355. CHAEROPHYLLVM. *Involucr. reflexum, concavum. Petala inflexo-cordata. Fructus oblongus, laevis.*

369.

- sylvestre*. 1. C. caul. laevi striato, geniculis tumidiusculis
- bulbosum*. 2. C. caule geniculis tumido, basi hirto.
- temulum*. 3. C. caule scabro: geniculis tumidis.
- hirsutum*. 5. C. caule aequali: foliol. incisif acutis, fruct. biaristatis. *Planta pubescens (Folia punctis albis supra serraturas. Gouan.). Fructus subcylindrici, laeviter striati, terminati aristis 2, distinctis, rectis, apice obtusatis, magis rigidis quam in C. aromatico. Caulis fistulosus.*
- aromatic.* 6. C. caule aequali, foliol. ferratis integris, fruct. biaristatis. *Caulis petiolique hirti.*
- coloratum.* 8. C. caule aequali, fol. supradecompositis, involuclis collaratis. *Mani.* 57.
- aureum.* 4. C. caule aequali, foliol. incisif, sem. coloratis sulcatis muticis. *Myrrhis minor. Bauh. pin. 160. Myrrhis perehnis alba minor, fol. hirsutis, sem. striato aureo. Morif. hist. 3. p. 301. Planta pubescens. Folia supraglabra. Fructus fusiformi-cylindrici, Sem. sulcis 4, obtusis, remotis. Caulis fractus.*
- arboresc.* 7. C. fruticosum.

356. IMPERATORIA. *Fructus* subrotundus, compressus, medio gibbus, margine cinctus. *Petala* inflexo, emarginata.

371.

Ostruth. I. IMPERATORIA.

357. SESELI. *Umbellae* globosae. *Involucr.* foliolo vno alteroue. *Fructus* ouatus, striatus.

372.

- Pimpinella*. 1. S. caule declinato, umbell. nubilibus nutantibus.
montanum. 2. S. petiol. ramiferis membranaceis oblongis integris, fol. caulinis angustissimis.
glaucum. 3. S. petiol. ramiferis membranaceis oblongis integris: foliol. singularibus binatisque canaliculatis laevis petiolo longioribus. Sefeli petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis filiformibus petiolo longioribus. *Ger. prov.* 253.
pumilum. 6. S. umbellis numerosissimis compositis simplicibusque. *Ger. prov.* 253. *Pimpinella pumila* - - *Jacq. vind.* 227. *Foeniculum montanum pumilum.* *Clus. hist.* 2. p. 200. *Petala longius lanceolata, nec incurvato-emarginata; an planta dioica? Involucella in hac nulla.* (*Jacquin*); *minuta caduca.* *Gerard.*
annuum. 4. S. petiol. rameis membranaceis ventricosis emarginatis. *Jacq. vind.* 225.
Anmoid. 5. S. petiol. membrana destituta.
tertuosum. 7. S. caule alto rigido, foliol. linearibus fasciculatis.
Turbith. 8. S. involucre vniuersali monophyllo, semin. striatis villosis stylatis.
Hippomarathrum. 9. S. involucre connato-monophyllis. *Jacq. vind.* 224.
pyrenaicum. 10. S. fol. duplicato-pinnatis: foliolis incisus acutis, involucre fetaceis umbellula longioribus.
saxifraga. 11. S. caule filiformi divaricato, fol. duplicato-ternatis linearibus, umbell. subsexfidis.
elatum. 12. S. caule elongato geniculis callosis, fol. bipinnatis: pinnis linearibus distantibus.

358. THAPSIA. *Fructus* oblongus, membrana
375. cinctus.

- villosa*. 1. T. foliol. dentatis villosis basi coadunatis.
foetida. 2. T. foliol. multifidis basi angustatis.
Asclepium. 3. T. fol. digitatis: foliol. bipinnatis fetaceo-multifidis.
gargani- 5. T. fol. pinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis lan-
ca. ceolatis. *Mant.* 57.
trifoliata. 4. T. fol. ternatis ovatis. *Semina Selini carvisoliae f.*
monieri, sed inuolucra nlla.

359. PASTINACA. *Fructus* ellipticus, compresso-
376. planus. *Petala* inuoluta, in-
tegra.

- lucida*. 3. P. fol. simplicibus cordatis lobatis lucidis acute cre-
natis. *Mant.* 58.
sativa. 1. P. fol. simpliciter pinnatis.
Opopanax. 2. P. fol. bipinnatis.

360. SMYRNIVM. *Fructus* oblongus, striatus. *Pe-*
376. *tala* acuminata, carinata.

- perfoliat.* 1. S. fol. caulinis simplicibus amplexicaulibus.
aegyptia- 2. S. fol. floralibus binis simplicibus cordatis integer-
cum. rimis. *Cent.* 25.
Olusatrum 3. S. fol. caulinis ternatis petiolatis crenatis.
aureum. 4. S. fol. pinnatis ferratis: pisticis ternatis, floscul.
omnibus fertilibus.
integerr. 5. S. fol. caulinis duplicato-ternatis integerrimis.

361. ANETHVM. *Fructus* subovatus, compres-
377. sus, striatus. *Petala* involuta,
integra.

- graveol.* 1. A. fructibus compressis.
Foeniculum. 2. A. fructibus ovatis.

362. CARVM. *Fructus* ovato-oblongus, striatus.
378. *Inuolucr.* 1-phyllum. *Petala* carinata,
inflexo-emarginata.

- Carui.* 1. CARVM.

363. PIMPINELLA. *Fructus* ouato-oblongus. *Petala* inflexa. *Stigm.* subglobosa.

378.

saxifraga. 1. P. fol. pinnatis : foliol. radicalibus subrotundis ; summis linearibus.

glauca 2. P. fol. supradecompositis, caule angulato ramosissimo.

peregrina. 3. P. fol. radicalibus pinnatis crenatis ; summis cuneiformibus incisif, umbell. nubilibus nutantibus.

Anisum. 4. P. fol. radicalibus trifidis incisif. *Involucella depauperata.*

dichotoma. 5. P. pedunc. oppositifoliis , fol. floriferis bitrifidis , petiol. alato-membranaccis. *Mant. 58.*

364. APIVM. *Fructus* ouatus , striatus. *Involucr.* I-phyllum. *Petala* aequalia.

379.

Petrof. 1. A. fol. caulinis linearibus , involucell. minutis.

graveol. 2. A. fol. caulinis cuneiformibus.

365. ÆGOPODIVM. *Fructus* ouato - oblongus , striatus.

379.

Podagr. 1. Ae. fol. caulinis summis ternatis.

TRIGYNIA.

366. RHVS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* I-sperma.

379.

Coriaria. 1. R. fol. pinnatis obtusiuscule crenatis ovalibus, subtus villosis.

typhina. 2. R. fol. pinnatis argute ferratis lanceolatis , subtus tomentosis. *Cent. 139.*

javanica. 3. R. fol. pinnatis ovatis acuminatis ferratis, subtus tomentosis.

glabra. 4. R. fol. pinnatis ferratis lanceolatis, vtrinque nudis.

Vernix, 5. R. fol. pinnatis integerrimis, petiolo integro aequali.

- Copallun.* 6. R. fol. pinnatis integerrimis, petiolo membranaceo articulato.
- Metopiaradicans.* 7. R. fol. pinnatis quinatis integerrimis subrotundis glabris.
8. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis ovatis nudis integerrimis, caul. radicante.
- Toxicodendr.* 9. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis angulatis pubescentibus, caul. radicante.
- Cominia.* 10. R. fol. ternatis; foliol. petiolatis ovatis. subtus tomentosus, remotissime ferratis.
- Cobbe.* 12. R. fol. ternatis: foliolis ovatis acuminatis ferratis, pedunc. tomentosus.
- tomentosum.* 11. R. fol. ternatis: foliol. subpetiolatis rhombeis angulatis, subtus tomentosus.
- angustifolium.* 13. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis lineari-lanceolatis integerrimis, subtus tomentosus.
- laevigatum.* 16. R. fol. ternatis: foliol. sessilibus lanceolatis laevibus. *Sp. pl. 1672.*
- lucidum.* 14. R. fol. ternatis: foliol. sessilibus cuneiformibus laevibus.
- Cotinus.* 15. R. foliis simplicibus obovatis.

367. VIBVRNVM. *Cal.* 5-partitus, superus. *Cor-*
383. *5-fida. Bacca 1-sperma.*

- Tinus.* 1. V. fol. integerrimis ovatis: ramificationibus venarum subtus villosoglandulosus.
- nudum.* 2. V. fol. integerrimis lanceolato-ovatis. *Mill. ic. 183, t. 274.*
- prunifol.* 3. V. fol. subrotundis crenato-ferratis glabris.
- dentatum.* 4. V. fol. ovatis dentato-ferratis plicatis.
- Lantana.* 5. V. fol. cordatis ferratis venosis, subtus tomentosus.
- acerifol.* 6. V. fol. lobatis, petiolis laevibus.
- Opulus.* 7. V. fol. lobatis, petiolis glandulosus.
- Lentago.* 8. V. fol. ovatis ferrulatis acuminatis glabris, petiol. marginatis undulatis.

Cassinoi- 9. V. fol. ovatis crenatis glabris, petiolis carinatis
des. eglandulatis.

368. CASSINE. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca*
384. 3-sperma.

Peragua, 1. C. foliis oblongis ferratis. *In hortis europaeorum sunt*
Folia oblonga, viridia, serrata, minora, acutiuscula;
ad Cap. b. spei Folia ovata, glauca, subdentata, ob-
tusa. Baccæ saepius dispermae.

Mauroc. 2. C. foliis obouatis integerrimis.

369. SAMBUCVS. *Cal.* 5-partitus. *Cor* 5-fida.
385. *Bacca* 3-sperma.

Abulus. 1. S. cymis tripartitis, stipul. foliaceis, caul. herbaceo.
canadenj. 2. S. cymis quinquepartitis, fol. subbipinnatis, caul.
frutescente.

virgra. 3. S. cymis quinquepartitis, caule arboreo.

racemosa. 4. S. racem compositis ovatis, caule arboreo.

370. SPATHELIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capsf.*
386. 3-gona, 3-locularis. *Sem.* so-
litaria.

simplex. 1. SPATHELIA.

371. STAPHYLEA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5.
386. *Capsf.* inflatæ, connatæ. *Sem.*
2, globosa cum cicatrice.

pinnata. 1. S. foliis pinnatis.

trifolia. 2. S. foliis ternatis.

372. TAMARIX. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capsf.*
386. 1-locularis, 3-valvis. *Semina*
papposa.

gallica. 1. T. floribus pentandris. *Mill. ic. t. 262. f. 1.*

germanic. 2. T. floribus decandris. *Mill. ic. t. 262. f. 2.*

373. TVRNERA. *Cal.* 5-fidus, infundibulif. exterior 2-phyllus. *Petala* 5, calyci inserta. *Stigmata* multifida. *Capsf.* 1-ocularis, 3-ualuis.

387.

ulmifolia. 1. T. flor. sessilibus petiolaribus, fol. basi biglandulosis
 β *Corolla minor petalis mucronatis. Bractee absque glandulis. Folia obusiora. Antherae fulvae, nec flavae. Mill. ic. t. 269. f. 2.*

Pumilea. 2. T. flor. sessilibus petiolaribus, fol. eglandulosis.

fidoides. 4. T. pedunc. axilaribus bifetis, fol. obovato-cuneatis ferratis, *Mant. 58.* —

cistoides. 3. pedunc. axilaribus aphyllis, fol. apice ferratis.

374. TELEPHIVM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, receptaculo inserta. *Capsf.* 1-ocularis, 3-ualuis.

388.

imperati. 1. T. fol. alternis.

oppositifol. 2. T. fol. oppositis. †

375. CORRIGIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Semen* 1, triquetrum.

388.

litoralis. 1. CORRIGIOLA.

376. PHARNACEVM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* O. *Capsf.* 3-ocularis, poly-sperma.

388.

Cevuiana. 1. P. peduncul. subumbellatis lateralibus, folia linearia aequantibus.

Mollugo. 3. P. peduncul. vnifloris lateralibus, fol. linearibus.

incanum. 2. P. pedunc. communibus longissimis, fol. linearibus.

sordifolium. 4. P. racemis bipartitis terminalibus, fol. obcordatis. Spergula e cap. b. sp. foliis portulacae minoribus stellatis. *Pet. musf. 478.*

377. ALSINE. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia.
389. *Caps.* 1-ocularis, 3-valvis.

media. 1. A. petal. bipartitis, fol. ovato-cordatis.

segetalis. 2. A. petal. integris, fol. subulatis.

mucronata. 3. A. petal. integris brevibus, fol. setaceis, calyc. aristatis.

378. DRYPIS. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Caps.*
390. circumscissa, monosperma.

spinosa. 1. DRYPIS. *Rami ultimi floriferi. Pedunculi flore brevis.*
res. Calyx semiquinquefidus, erectus. Petala alba,
angustissima, patentia. Stamina erecta.

379. BASELLA. *Cal.* 0. *Cor.* 7-fida: laciniis 2 op-
390. positis latioribus, tandem bac-
cata. *Sem.* 1.

rubra. 1. B. fol. planis, pedunculis simplicibus. *Rumph. amb.*
5. t. 154.

alba. 2. B. fol. undatis ovatis, pedunculis simplicibus folio
longioribus.

lucida. 3. B. fol. subcordatis, pedunculis confertis ramosis.

380. SAROTHRA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala
391. *Caps.* 1-ocularis, 3-valvis
colorata.

Gentian. 1. SAROTHRA.

TETRAGYNIA.

381. PARNASSIA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Ni-*
391. *ctaria* 5, cordata, ciliata
apicibus globosis. *Caps.* 4-
valvis.

palustris. 1. PARNASSIA.

382. **EVOLVULUS.** *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-fida,
391. rotata. *Capsf.* 3 - locularis.
Sem. folitaria.

- rummu-* 1. *E.* fol. subrotundis, caul. repente, flor. sessilibus.
larius.
gangeti- 2. *E.* fol. cordatis obtusis mucronatis villosis petiola-
cus. tis caul. diffuso, pedunc. unifloris.
alpinoides. 3. *E.* fol. obcordatis obtusis pilosis petiolatis, caul.
diffuso, pedunc. trifloris.
linifolius. 4. *E.* fol. lanceolatis villosis sessilibus, caul. erecto,
pedunc. trifloris longis.
tridenta- 5. *E.* fol. lineari-cuneiformibus tricuspидatis basi dilatata
tus dentatis, pedunc. unifloris. *Burm. ind. t. 16. f. 3.*

PENTAGYNIA.

383. **ARALIA.** *Involucr.* umbellulæ. *Cal.* 5-den-
392. tatus, superus. *Cor.* 5-petala. *Bac-*
ca 5-sperma.

- arborea.* 1. *A.* arborea, fol. simplicibus, umbellæ vniuersalis
radiis vnglandulosis.
spinosa. 2. *A.* arborescens, caule foliisque aculeata.
chinensis. 3. *A.* caule petiolisque aculeatis, foliol. inermibus vil-
lofis.
racemosa. 3. *A.* caule folioso herbaceo laevi.
nudicaul. 4. *A.* caule subnudo, foliis binis ternatis.

384. **STATICE.** *Cal.* 1-phyllus, integer, plicatus,
394. scariosus. *Petala* 5. *Sem.* 1, su-
perum.

- Arneria.* 1. *S.* scapo simplici capitato, fol. linearibus.
Linoniu n. 2. *S.* scapo paniculato tereti, fol. læuibus enerviis,
subtus mucronatis.
incana. 14. *S.* scapo paniculato, fol. lanceolatis trineruiis subun-
dulatis apice mucronatis, paniculæ ramis tri-
quetris. *Mant. 59.*

- cordata*. 3. S. scapo paniculato, fol. spathulatis retusis. *an varietas S. Limonii.*
- reticulat.* 5. S. scapo paniculato prostrato, ram. sterilibus retroflexis nudis, fol. cuneiformibus muticis.
- echioides.* 4. S. scapo paniculato tereti articulato, fol. scabris. *Folia lingulato-cuneiformia, obtusiuscula, non perfecte laevia. Scapi panicula articulata articulis divaricatis subtuberculatis, bifaria: ramulis dichotomis. Calyces parvi, acuti. Petala emarginata, pallide caerulea stria purpurea.*
- speciosa.* 6. S. scapo dichotomo ancipiti, fol. ovatis mucronatis, florib. aggregatis.
- tatarica.* 7. S. scapo dichotomo, fol. lanceolatis mucronatis, flor. alternis distantibus.
- Echinus.* 8. S. scapo paniculato, fol. subulatis mucronatis.
- flexuosa.* 9. S. scapo ramoso flexuoso, corymb. terminalibus, fol. neruosis.
- purpurata.* 16. S. caule subfoliato, fol. obovato-cuneatis trinerviis mucronatis. *Mant. 59.*
- minuta.* 15. S. caule suffruticoso folioso, fol. confertis cuneatis glabris muticis, scapis paucifloris. *Mant. 59.*
- suffruticosa.* 10. S. caule fruticoso: superne nudo ramoso, capitul. sessilibus, fol. lanceolatis vaginantibus.
- monopetal.* 11. S. caule fruticoso folioso, flor. solitariis, fol. lanceolatis vaginantibus.
- aurea,* 13. S. caule fruticoso folioso ramoso, fol. subulatis.
- ferulacea.* 12. S. caule fruticoso ramoso, ramulis imbricatis, paleis apice pilo terminatis.
- pruinosa.* 17. S. caule flexuoso ramoso furfuraceo. *Mant. 59.*
- sinuata.* 14. S. caule herbaceo fol. radicalibus alternatim pinnato-sinuatis: caulinis ternis triquetris subulatis decurrentibus.

385. LINVM. Cal. 5-phyllus. Petala 5. Caps. 5-valvis, 10-ocularis. Sem. solitaria.

397.

* *Foliis alternis.*

visitatissimum. 1. L. calycibus capsulisque mucronatis, petal. crenatis, fol. lanceolatis alternis, caule subfolitario.

peren-

- perenne*. 2. *L.* calycibus capsulisque obtusis, fol. alternis lanceolatis integerrimis.
- viscosum*. 3. *L.* fol. lanceolatis pilosis quinquenerviis.
- hirsutum*. 3. *L.* calycibus hirsutis acuminatis sessilibus alternis, fol. alternis: rameis oppositis.
- narbonense*. 4. *L.* calycibus acuminatis, fol. lanceolatis sparsis strictis scabris acuminatis, caule tereti basi ramoso.
- tenuifol.* 5. *L.* calycibus acuminatis, fol. sparsis lineari-setaceis retrorsum scabris.
- gallicum*. 15. *L.* calycibus subulatis acutis, fol. lineari-lanceolatis alternis, paniculae pedunculis bifloris, flor. subsessilibus. *Ger. prou. 421. t. 16. f. 1.*
- alpinum*. 22. *L.* calycibus rotundatis obtusis, fol. linearibus acutiusculis, caulibus declinatis. *Sp. pl. 1672. Linum tenuifolium. β. Sp. pl. 398. Linum sylvestre caeruleum perenne (nostras. Rai. hist. 1073.) procumbens, flore & capitulo minore. Rai. angl. 3. p. 362. Linum perenne minus caeruleum, capitulo minore. Moris hist. 3. p. 573. n. 4. Linum sylv. 5 angustifolium alterius generis. Clus. hist. 1. p. 318. Planta tota laevis: Caules teretes, inclinati, ut fere prostrati, simplices. Folia adscendentia. Flores caerulei, non parvi.*
- austriac.* 6. *L.* calycibus rotundatis obtusis, fol. linearibus acutiusculis.
- virginianum*. 7. *L.* calycibus acutis alternis, capsul. muticis, panicula filiform. fol. alternis lanceolatis: radicalibus ovatis.
- flauum*. 9. *L.* calycibus subserrato-scabris lanceolatis subsessilibus, panicula ramis dichotomis.
- strictum*. 10. *L.* calycibus subulatis, fol. lanceolatis strictis mucronatis: margine scabris.
- suffrutic.* 11. *L.* fol. linearibus acutis scabris, caul. suffruticosis.
- arboresc.* 12. *L.* fol. cuneiformibus, caul. arborescentibus.
- campanul.* 13. *L.* foliorum basi vtrinque punctata glandulosa.
- maritimum*. 14. *L.* calycibus ovatis acutis muticis, fol. lanceolatis: inferioribus oppositis.
* * *Foliis oppositis.*
- africanum*. 15. *L.* fol. oppositis lineari-lanceolatis, flor. terminalibus pedunculatis.
- nodiflor.* 16. *L.* fol. floriferis oppositis lanceolatis, flor. alternis sessilibus, calycibus longitudine foliorum.

- catharticum.* 17. L. fol. oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, coroll. acutis.
Radiola. 18. L. foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis.
quadrif. verticill. 19. L. foliis quaternis.
 20. L. foliis verticillatis.

386. ALDROVANDA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5.
 402. *Caps.* 5-valuis, 1-ocularis, 10-sperma.

vesiculos. 1. ALDROVANDA. *Viriculos gerit fere vt Vtricularia.*

387. DROSERA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Caps.* 1-ocularis apice 5-valuis. *Sem.* plurima.
 402.

- rotundif.* 1. D. scap. radicatis, fol. orbiculatis.
longifolia. 2. D. scap. radicatis, fol. oblongis.
lusitanica. 3. D. scap. radicatis, fol. subulatis subtus conuexis, flor. decandris.
capensis. 4. D. scap. radicatis, fol. lanceolatis.
cistiflora. 5. D. caule simplici folioso, fol. lanceolatis. *Florum fundus ater. Stamina 5, nigra, longitudine calycis. Antherae luteae, cordatae. Pistillum nigrum: Germen ouatum. cui circum apicem, nec in ipso apice, insident Styli 5, nigri, longitudine corollae, apice dichotomi vsque in capillos.*
indica. 6. D. caule ramoso folioso, fol. linearibus.
 * *Roridula. Xandr. Ilyn.*

388. CRASSULA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Squamae* 5 nectariferae ad basin germinis. *Caps.* 5.
 404.

- coccinea.* 1. C. fol. planis cartilagineo-ciliatis basi connato-vaginantibus.
flava. 19. C. fol. planis connato-perfoliatis lacuibus, flor. corymbofo-paniculatis. *Mant. 60.*

- perfoliat.* 2. C. fol. lanceolato-subulatis sessilibus connatis canaliculatis: subtus conuexis. *Mill. fig. t. 108.*
- fruticulosa.* 20. C. fol. oppositis subulatis acutis patentibus subrecuruatis, caul. fruticoso. *Mant. 61.*
- tetragona.* 4. C. fol. subulatis obsolete tetragonis patentibus, caul. erecto radicante.
- subulata.* 3. C. fol. subulatis teretibus patentibus, caule herbaeo.
- obuallata.* 21. C. fol. oppositis sublanceolatis cultratis approximatis. *Mant. 61. Flores omnino sequentis.*
- cultrata.* 9. C. fol. oppositis obtuse ouatis integerrimis subcultratis obliquis: paribus remotis.
- centauroides.* 5. C. caule herbaceo dichotomo, fol. cordatis sessilibus, pedunc. vnifloris.
- dichotoma.* 6. C. caule herbaceo dichotomo, fol. ouato-lanceolatis, pedunc. vnifloris.
- glomerata.* 21. C. caule herbaceo dichotomo scabro, fol. lanceolatis, floribus vltimis fasciculatis. *Mant. 60.*
- strigosa.* 7. C. caule herbaceo erecto dichotomo, fol. obouatis strigosis, pedunc. vnifloris.
- muscosa.* 8. C. caule herbaceo prostrato, fol. oppositis ouatis gibbis imbricatis, flor. sessilibus solitariis.
- pruinosa.* 20. C. caule fruticoso dichotomo, fol. subulatis pruinoso-scabris, flor. corymbosis. *Mant. 61.*
- ciliata.* 10. C. fol. oppositis oualibus planiusculis distinctis ciliatis, corymb. terminalibus.
- punctata.* 14. C. fol. oppositis ouatis punctatis ciliatis: inferioribus oblongis.
- scabra.* 11. C. fol. oppositis patentibus connatis scabris ciliatis, caul. retrorsum scabro.
- alternifolia.* 12. C. fol. serrato-dentatis planis alternis, caule simplicissimo, flor. pendulis.
- rubens.* 18. C. fol. fusiformibus subdepressis, cyma quadrifida foliosa, flor. sessilibus, staminibus reflexis. *Sedum rubens. Spec. plant. 619. vtraque genera connectens. Descriptio et Synonyma β in Speciebus data, ad hanc speciem pertinent.*
- nudicaul.* 13. C. fol. subulatis radicalibus, caule nudo.
- orbicularis.* 15. C. caule flaccido prolifero determinato-foliofo, fol. patentissimis imbricatis.
- pellucida.* 16. C. caule flaccido repente, fol. oppositis.

2255. MAHERNIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, obcordata, filamentis supposita. *Caps.* 5-locularis.

verticill. 1. M. fol. verticillatis linearibus. *Mant.* 59.
pinnata. 2. M. fol. tripartito-pinnatifidis. *Hermannia pinnata.*
Sp. pl 943.

389. SIBALDIA. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5, calyci inserta. *Styli* e latere germinis. *Sem.* 5.

procumb. 1. S. foliolis tridentatis.
erecta. 2. S. foliolis linearibus multifidis.

POLYGYNIA.

390. MYOSVRVS. *Cal.* 5-phyllus, basi adnatus. *Nectaria* 5, subulata, petaliform. *Sem.* numerosa.

minimus. 1. MYOSVRVS.

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Calyculati calyce corollaque instructi.*

395. BROMELIA. Cor. 3-partita. Cal. 3-partitus, superus.
Bacca.
396. TILLANDSIA. Cor. 3-petala. Cal. 3-partitus, inferus.
397. BURMANNIA. Cor. 3-petala. Cal. 1-phyllus, inferus,
triquetro-alatus, coloratus.
398. TRADESCANTIA. Cor. 3-petala. Cal. 3-phyllus, inferus.
Filamenta barbata.
440. BURSERA. Cor. 3-petala. Cal. 3-phyllus, inferus.
Caps. baccata, monosperma.
445. FRANKENIA. Cor. 5-petala. Cal. 1-phyllus, inferus.
Caps. 1-ocularis, polysperma.
443. LORANTHVS. Cor. 6-partita. Cal. margo superus.
Bacca 1-sperma.
444. HILLIA. Cor. 6-fida. Cal. 6-phyllus, superus.
Fructus 2-ocularis, polyspermus.
439. RICHARDIA. Cor. 6-fida. Cal. 6-fidus, superus.
Sem. 3, nuda.
442. BERBERIS. Cor. 6-petala. Cal. 6-phyllus, inferus.
Bacca 2-sperma.
423. LEONTICE. Cor. 6-petala. Cal. 6-phyllus, inferus.
Bacca inflata.
441. PRINOS. Cor. 6-fida. Cal. 6-fidus, inferus.
Bacca 6-sperma.
438. ACHRAS. Cor. 12-fida. Cal. 6-phyllus, inferus.
Bacca 12-sperma.

* *Portlandia hexandra.*

* *Fl. Spathacei. j. Glumacei.*

400. HAEMANTHVS. Cor. supera, 6-partita. Involuerum 6-phyllum, maximum.
402. LEVCOJVM. Cor. supera, 6-petala, campanulata.
Stam. aequalia.
401. GALANTHVS. Cor. supera. 6-petala: Petalis 3 interioribus breuioribus, emarginatis.

403. NARCISSVS. *Cor.* supera, 6-petala. *Nectarium* campanulatum, extra stamina.
404. PANCRATIVM. *Cor.* supera, 6-petala. *Nectarium* campanulatum, staminibus terminatum.
406. AMARYLLIS. *Cor.* supera, 6-petala, campanulata.
Stam. inaequalia.
405. CRINVM. *Cor.* supera, 6-fida, basi tubulosa.
Stam. distantia.
399. PONTEDERIA. *Cor.* supera, 6-fida, ringens.
407. BVLBOCODIVM. *Cor.* infera, 6-petala: vnguibus longissimis staminiferis.
409. ALLIVM. *Cor.* infera, 6-petala. *Pet.* ovata, sessilia.
408. APHYLLANTHES. *Cor.* infera, 6-petala. *Spathae* dimidiatae, glumosae.
431. HYPOXIS. *Cor.* supera, 6-petala. *Spathae* glumaceae.
- * *Fl. nudi.*
432. ALSTROEMERIA. *Cor.* supera, 6-petala, vnguibus 2 tubulosis.
433. HEMEROCALLIS. *Cor.* infera, 6-partita. *Stam.* declinata.
431. AGAVE. *Cor.* supera, 6-fida, limbo erecto, Filamentis brevior.
430. ALOE. *Cor.* infera, 6-fida. *Filam.* receptaculo inserta!
428. ALETRIS. *Cor.* infera, 6-fida, rugosa.
426. POLIANTHES. *Cor.* infera, 6-fida: Tubo curuato.
425. CONVALLARIA. *Cor.* infera, 6-fida. *Bacca* 3-sperma.
427. HYACINTHVS. *Cor.* infera, 6-fida. *Germinis* ad apicem pori 3-melliferi.
421. ASPHODELVS. *Cor.* infera, 6-partita: nectarii valuulis 6-staminiferis.
422. ANTHERICVM. *Cor.* infera, 6-petala, plana.
418. ORNITHOGALVM. *Cor.* infera, 6-petala. *Filam.* alternis basi dilatatis.
419. SCILLA. *Cor.* infera, 6-petala, decidua. *Filam.* filiformia.
420. CYANELLA. *Cor.* infera, 6-petala: petalis exterioribus propendentibus.
1256. DRACAENA. *Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* 3-sperma.
424. ASPARAGVS. *Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* 6-sperma.
413. GLORIOSA. *Cor.* infera, 6-petala, reflexa, caudata.
414. ERYTHRIVM. *Cor.* infera, 6-petala, reflexa petalis basi 2-callis.

412. VVULARIA. Cor. infera, 6-petala, basi fouea nectari-
fera, erecta.
411. FRITILLARIA. Cor. infera, 6-petala, basi fouea nectari-
fera, ouata.
410. LILIVM. Cor. infera, 6-petala: petalis basi canali-
culato-tubulosis.
415. TVLIPA. Cor. infera, 6-petala campanulata.
Stylus o.
429. YVCCA. Cor. infera, 6-petala, patens. Stylus. o.
416. ALBVCA. Cor. infera, 6-petala. Stamin. sterilia 3.
Stigm. cinctum cuspidibus 3.

* *Fl. incompleti.*

435. ORONTIVM. Spadix multiflorus. Follic. 1-spermus.
434. ACORVS. Spadix multiflorus. Caps. 3-locularis.
436. CALAMVS. Cal. 6-phyllus. Feric. retrorsum imbri-
catum, 1-spermum.
437. IVNCVS. Cal. 6-phyllus. Caps. 1-locularis.
446. PEPLIS. Cal. 12-fidus. Caps. 2-locularis.

DIGYNIA.

449. ATRAPHAXIS. Cal. 2-phyllus. Cor. 2-petala. Sem. 1,
compressum.
448. ORYZA. Glum. 1-flora. Cor. 2-glumis. Sem. 1,
oblongum.

TRIGYNIA.

* *Fl. inferi.*

457. COLCHICVM. Cal. spatha. Cor. 6-petaloidea.
454. MELANTHIVM. Cal. o. Cor. 6-petala: petalis stami-
niferis.
455. MEDEOLA. Cal. o. Cor. 6-petala. Bacca 3-coc-
ca.
458. HELONIAS. Cal. o. Cor. 6-petala. Caps. 3-locu-
laris.
456. TRILLIVM. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Bacca 3-lo-
cularis.
453. TRIGLOCHIN. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Caps. basi
dehiscens.
451. RVMBX. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Sem. 1, tri-
quetrum,

HEXANDRIA.

231

452. SCHEVCHZERIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6. *Capf.* 3, 1-sper-
mae.
* *Fl. superi.*
450. FLAGELLARIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 6. *Pericarp.* 1-sper-
mum.

TETRAGYNIA.

459. PETIVERIA. *Cal.* 4-phyllus, *Cor.* 6. *Sem.* 1, aristis
vincinatis.

POLYGYNIA.

460. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Pericarp.*
plura.

MONOGYNIA.

291. BROMELIA. *Cal.* 3-fidus, superus. *Petala* 3:
408. *Squama* nectarifera ad basin
petali. *Bacca* 3-locularis.

- Ananas.* 1. *B.* fol. ciliato-spinosis mucronatis, spica comosa.
Pinguin. 2. *B.* fol. ciliato-spinosis mucronatis, racemo terminali.
Jacq. amer. 91. *Trew. ebr.* t. 51.
Karatas. 3. *B.* fol. erectis, floribus acaulibus sessilibus aggrega-
tis. *Jacq. amer.* 90.
lingulata. 4. *B.* fol. serrato-spinosis obtusis, spicis alternis.
nudicaulis. 5. *B.* fol. radicalibus dentato-spinosis; caulinis inte-
gerrimis.
humilis. 6. *B.* subacaulis, floribus aggregatis sessilibus, axillis
stoloniferis. *Jacq. vind.* 306. *
Acanga. 7. *B.* panicula diffusa, fol. ciliato-spinosis mucronatis
curvatis. *Sp. plant.* 1. p. 285. Bromelia foliis
spinosis oblique recurvis, fructibus dispersis ra-
cemosis. *Hort. vps.* 73. Caraguata. *Pis. bras.* 90.
t. 91. Mexocotl. s. Manguel. *Hern. mex.* 272.
Morif. hist. 2. f. 4. t. 22. f. 7. distinguenda itaque a
Br. karatas,

292. TILLANDSIA. *Cal.* 3-fidus, persistens. *Cor.*
409. 3-fida, campanulata. *Caps.*
1-locularis. *Sem.* papposa.

- vtriculata.* 1. *T.* culmo paniculato.
serrata. 2. *T.* fol. superne serrato-spinosis, spica comosa.
lingulata. 3. *T.* fol. lanceolato-lingulatis integerrimis basi ventri-
cosis. *Jacq. amer.* 91. t. 62.
tenuifol. 4. *T.* fol. filiformibus integerrimis, spica simplici laxa.
paniculata. 5. *T.* fol. radicalibus brevissimis, caule subnudo, ram.
subdivisis ascendentibus.
polystach. 6. *T.* culmo spicis imbricatis lateralibus.
monostachya. 7. *T.* fol. linearibus canaliculatis reclinatis, culmo sim-
plici imbricato, spica simplici.

recurvata. 8. T. fol. subulatis scabris reclinatis, culmis unifloris, gluma biflora.

vsneoides. 9. T. filiformis ramosa intorta scabra.

393. **BVRMANNIA**. *Cal.* prismaticus, coloratus, 3-fidus: angulis membranaceis *Petala* 3. *Capsf.* 3-ocularis, recta. *Sem.* minuta.

411.

disticha. 1. B. spica gemina.

biflora. 2. B. flore gemino.

394. **TRADESCANTIA**. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villosa. *Capsf.* 3-ocularis.

411.

virginica. 1. T. erecta laevis, floribus congestis. *Stigma esse tubulosum, Filamenta pilosa pilis articulatis, in genere obseruetur.*

malabarica. 2. T. erecta laevis, pedunc. solitariis longissimis.

geniculata. 3. T. procumbens hirsuta. *Tradescantia caule geniculato, basi repente. Jacq. amer. 24. t. 64.*

cristata. 4. T. repens laevis, spathis diphillis imbricatis.

Commelina cristata. Sp. pl. 64.

Radix annua. Caules teretes, laeves, ramosi, diffusi, repentes. Folia lanceolata, recurvata, laevis, basi vaginantia, vaginis striatis. Spathae imbricatae, diphyllae, biflorae floribus sessilibus, lunatae, sex partium, secundae. Cal. corolla breuior. Petala 3, ouata, sessilia, caerulea. Filamenta pilosa extus: pilis caeruleis articulatis. Stylus clauatus. Stigma tubulosum, crenatum.

papilionacea. 5. T. repens laevis, spathis triphyllis imbricatis. *Mant. 61.*

395. **PONTEDERIA**. *Cor.* 1-petala, 6-fida, bilabiata. *Stamina* 3 apici, 3 tubo corollae inserta. *Capsf.* 3-ocularis.

412.

ouata. 1. P. fol. ouatis, flor. capitatis.

P 5

corda.

- cordata.* 2. P. fol. cordatis, flor. spicatis. *Loefl. it.* 54.
hastata. 3. P. fol. hastatis, flor. umbellatis. *Olus palustre.*
Rumph. amb. 6. p. 178. t. 75. f. 1. huic *Germen superum, ouatum. Corolla 6-partita aequalis.*

396. HAEMANTHVS. *Inuolucr.* 6-phyllum, multiflorum *Cor.* 6-partita, supera. *Bacca* 3-locularis.

412.

- coccineus.* 1. H. fol. linguiformibus planis laeuibus.
ciliaris. 2. H. fol. linguiformibus ciliatis.
puniceus. 3. H. fol. lanceolato-ouatis vndulatis erectis.
carinatus. 4. H. fol. linearibus carinatis.

397. GALANTHVS. *Petala* 3, concaua. *Nectarium* ex petalis 3, paruis, emarginatis. *Stigma* simplex.

413.

nivalis. I. GALANTHVS.

398. LEVCOJVM. *Cor.* campaniformis, 6-partita, apicibus incrassata. *Stigma* simplex.

414.

- vernum.* 1. L. spatha vniflora, stylo clauato.
aeslium. 1. L. spatha multiflora, stylo clauato.
autumn. 2. L. spatha multiflora, stylo filiformi.

399. NARCISSVS. *Petala* 6: *Nectario* infundibuliformi, 1-phylo. *Stam.* intra nectarium.

414.

- poeticus.* 1. N. spatha vniflora, nectario rotato breuissimo scarioso crenulato.
Pseudo-Narcissus. 2. N. spatha vniflora, nectario campanulato erecto crispo, aequante petala ouata.
bicolor. 3. N. spatha vniflora, nectario campanulato, margine patulo crispo aequante petala.

minor.

- minor.* 4. N. spatha uniflora, nectario obconico erecto crispo sexfido, aequante petala lanceolata.
- moschatus.* 5. N. spatha uniflora, nectario cylindrico truncato subrepando, aequante petala oblonga.
- triandrus.* 9. N. spatha subuniflora, nectario campanulato crenato dimidio petalis brevioribus, stamin. ternis.
- orientalis.* N. spatha subbiflora, nectario campanulato trifido emarginato petalis triplo brevioribus. *Mant.* 62.
- odorus.* 8. N. spatha subbiflora, nectario campanulato sexfido laevi dimidio petalis brevioribus.
- calathinus.* 6. N. spatha multiflora, nectario campanulato subaequante petala, fol. planis.
- Tazetta.* 7. N. spatha multiflora, nectario campanulato truncato brevioribus petalis, fol. planis.
- Bulbocodium.* 13. N. spatha uniflora, nectar. turbinato petalis maiore, genitalibus declinatis.
- serotinus.* 12. N. spatha uniflora, nectar. sexpartito brevissimo.
- Ionquilla.* 11. N. spatha multiflora, nectar. campanulato brevis, fol. subulatis.
- trilobus.* 10. N. spatha submultiflora, nectario campanulato subtrifido integerrimo petalis dimidio brevioribus.

400. PANCRATIVM. *Petala 6: Nectario 12-fido.*
Stam. nectario imposita.

417.

- Zeylanic.* 1. P. spatha uniflora, petal. reflexis.
- mexican.* 2. P. spatha biflora.
- caribaeum.* 3. P. spatha multiflora, fol. lanceolatis.
- maritim.* 4. P. spatha multiflora, petalis planis, fol. lingulatis: *Petala lanceolata, subtus linea viridi: exteriora 3 apice introrsum uncinata. Nectarium angulis bipartitis, acuminatis, longitudine filamentorum, et diuarcatis ad latitudinem petalorum. Germina media umbellae sessilia. Stylus declinatus. Filamenta inflexa.*
- carolinianum.* 5. P. spatha multiflora, fol. linearibus, stamin. nectarii longitudine.
- illyricum.* 6. P. spatha multiflora, fol. ensiformibus, stamin. nectario longioribus.

amboinen- 7. P. spatha multiflora, fol. ouatis neruosis petiolatis.
se. Stamina in α petalis breuiora, in β longiora; hinc
distincta Millero.

401. CRINVM. Cor. infundibulif. monopetala, 6-
419. partita: laciniis 3 alternis vncina-
tis. Germen fundo corollae tectum.
Stamina distantia.

latifolium. 1. C. fol. ouato-lanceolatis acuminatis sessilibus planis.

asiaticum. 2. C. fol. carinatis.

zeylani- 4. C. foliis scabro.dentatis, scapo compressiusculo.
cum.

Amaryllis zeyllanica. Sp. pl. 321.

Amaryllis spatha multiflora, corollis campanulatis
aequalibus, scapo tereti ancipiti. Mill. dict.

Lilio Narcissus africanus, scillae foliis, flore niueo
linea purpurea striato. Ehret. pict. 5. f. 2. Trew.
chret. t. 13.

Lilio Narcissus zeylanicus latifolius, flore niueo ex-
terne linea purpurea striato. Comm. hort. 1. p. 73.
t. 37. Rudh. elyph. 2. p. 181. f. 2.

Ha'itat in India orientali.

Statura Crini americani. Folia Scillae officinalis, ear-
nosa, margine denticulato-scabra. Spatha binchuis.
praeter ramenta aliquot interiora. Germina sessilia.
Corollae tubus scapo concolor, rufescens. Limbus
albus petalis lanceolatis, recuruis, subtus rubro-cari-
natis. Filamenta et Stylus sanguinea.

american. 3. C. corollarum apicibus introrsum vncinatis.

african. 4. C. fol. sublanceolatis planis, corollis obtusis.

402. AMARYLLIS. Cor. 6-petala, campanulata.
420. Stigma 3-fidum.

capensis. 1. A. spatha vniflora remotissima, corolla aequali, sta-
minibus pistilloque rectis.

lutea. 2. A. spatha vniflora, coroll. aequali, stamin. strictis,

Atamase. 3. A. spatha vniflora, coroll. aequali, pistillo declinato.

formosus. 3. A. spatha vniflora, coroll. inaequali, petalis tribus
fima. genitalibusque declinatis. Raro biflora euadit.

Bella-

- Belladonna.* 6. A. spatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus vngue reflexis, genitalibus declinatis.
- reginae.* 5. A. spatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus vndulatis: genitalibus declinatis.
- vndulata.* A. spatha multiflora, corollis patulis, petalis vndulatis mucronatis basi dilatatis. *Habitat* - - 2. *Dau. Koyen.* Scapus cum vmbella magnitudine vmbellae cum pedunculo Geranii zonalis. Spatha profert circiter 12. flores purpureos petalis angustolanceolatis, apice valde mucronatis; basi ipsa ouata. Stamina declinata.
- sarniensis.* 7. A. spatha multiflora, coroll. reuolutis, genitalibus erectis.
- longifolia.* 9. A. spatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus, genitalibus declinatis, scapo compresso longitudine vmbellae.
- orientalis.* 10. A. spatha multiflora, coroll. inaequalibus, foliis linguiformibus.
- guttata.* 11. A. spatha multiflora, fol. ciliatis.

403. **BVLBOCODIVM.** *Cor.* infundibulif. hexapetala: vnguibus angustis staminiferis. *Caps.* supera.

422.

vernium. I. B. foliis lanceolatis.

404. **APHYLLANTHES.** *Cor.* hexapetala *Filamenta* fauci corollae inserta. *Caps.* supera. *Glumae* calycinae vniuales imbricatae.

422.

monsipel. I. APHYLLANTHES.

405. **ALLIVM,** *Cor.* 6-partita, patens. *Spatha* multiflora. *Vmbella* congesta. *Caps.* supera.

423.

* *Fol. caulina plana. Vmbell. capsulifera.*

Ampeloprasum. I. A. caule planifolio vmbellifero, vmbella globosa, stamin. tricuspидatis, petal. carina scabris.

Por-

- Porrum.* 2. A. caule planifolio umbellifero, stamin. tricuspida-
tis, radice tunicata.
- lineare.* 3. A. caule planifolio umbellifero, umbell. globosa,
stam. tricuspидatis corolla duplo longioribus.
- rotundum.* 4. A. caule planifolio umbellifero, stamin. tricuspida-
tis, umbella subglobosa, flor. lateralibus nutan-
tibus.
- Victoria-* 5. A. caule planifolio umbellifero, umbell. rotundata,
lis. stamin. lanceolatis corolla longioribus, fol. elli-
pticis.
- subhirsu-* 6. A. caule planifolio umbellifero, fol. inferioribus
tum. hirsutis, stamin. subulatis. *Osbeck. it. 49.*
- magicum.* 7. A. caule planifolio umbellifero, ramulo bulbifero,
stamin. simplicibus.
- obliquum.* 8. A. caule planifolio umbellifero, stamin. filiformibus
flore triplo longioribus, fol. obliquis.
- ramosum.* 9. A. caule planifolio umbellifero, stamin. subulatis
longioribus, umbella globosa, fol. linearibus
subconuexis.
- roseum.* 33. A. caule planifolio umbellifero, umbella fastigiata,
petal. emarginatis, stamin. brevissimis simplici-
bus. - Allium caule planifolio umbellifero, um-
bella fastigiata, filamentis simplicibus basi dilata-
tis. *Ger. prou. 150. * Gouan. monsp. 166.*

* * *Fol. caulin. plana. Umbella bulbifera.*

- sativum.* 10. A. caule planifolio bulbifero, bulbo composito,
stamin. tricuspидatis.
simplex. 5. **G.** fol. omnibus linearibus acutis, flor. terminalibus sessilibus. *Mant. 67.*

tomentosa. 2. **G.** fol. sparsis ouato-oblongis glabris, margine scabris. *Ramulorum apices lanati vt congeneres. Folia suprema subpubescentia. Stamina 4 exserta; 4 in fauce. Petala parua, emarginata.*

sericea. 6. **G.** fol. ouatis tomentosiss: floralibus quaternis, caul. hirsuto, florum corona setis octo. *Passerina sericea. Sp. pl. 513. Faux floris coronata filis 8 coloratis, longitudine corollae, extra petala. Stamin. in fauce 4, in tubo 4.*

oppo-

oppositif. 3. G. fol. oppositis lanceolatis, thymeleae africanae sanamundae prioris clusii facie. *Pluk. alm.* 367. t. 323. f. 7. β Passerina laeuigata. *Sp. pl.* 513. *Cultu in hortis Petala acquirit. Folia suprema apice sanguinea. Flores terminales, extus villosi. Stamina, praeter callos istos 4 supra faucem, sunt 4 sub fauce, 4 in medio tubi.*

483. STELLERA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida: *Stam.* breuissima. *Sem.* 1, rostratum.
512.

Passerin. 1. S. fol. linearibus, flor. quadrifidis.
Chamaeias. 2. S. fol. lanceolatis, coroll. quinquefidis.

484. PASSERINA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Stam.* tubo imposita. *Sem.* 1, corticatum.
513.

filifor.nis. 1. P. fol. linearibus conuexis quadrifariam imbricatis, ramis tomentosis. *Corollae tubus longitudine germinis. Folia floralia basi margine lato membranaceo, quod non in reliquis.*

hirsuta. 2. P. fol. carnosis extus glabris, caul. tomentosis.

capitata. 7. P. fol. linearibus glabris, capitulis pedunculatis tomentosis. *Folia sparsa, linearia, laeuia. Capitula terminalia, globosa, pedunculata, tomentosa. Pedunculi tomentosi, incrassati. Flores multi, absque tubo, sessiles. Stamina supra faucem 16, quorum 8 interiora castrata.*

ciliata. 3. P. fol. lanceolatis subciliatis erectis, ramis nudis.

uniflora. 4. P. fol. linearibus oppositis, flor. terminalibus solitariis, ramis glabris. *Flores caerulei. Stamina 8 ad faucem floris. Antherarum rudimenta 8 latent in fundo floris.*

485. LACHNAEA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida: limbo inaequali. *Sem.* 1, subbaccatum.
514.

eriocephala. 1. L. capitulis solitariis lanatis, fol. quadrifariam imbricatis.

conglom. 2. L. capitulis confertis, fol. laxis.

486. **BAECKEA.** *Cal.* infundibulif. 5-dentatus. *Cor.*
514. 5-petala. *Capsf.* globosa, 4-locu-
laris, coronata.

frutesc. I. **BAECKEA.**

DIGYNIA.

1259. **SCHMIDELIA.** *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 4-pe-
tala. *Germina* pedicellata,
flore longiora.

racemosa. **SCHMIDELIA.** *Mant.* 67.

487. **GALENIA.** *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Capsf.* sub-
515. rotunda, 2-sperma.

africana. I. **GALENIA.** Frutex afric. folio rosmarini tenuiore,
flore et fructu chenopodii. *Boerh. Lugd.* 2. p.
267. Frutex rusticus, habitu *Tetragoniae*, licet mi-
nuta omnia, et totus obsolete papillofus. Caulis teres
setulis raris reflexis. Folia opposita, linearia, sessi-
lia, perennia. Flores sessiles, albi, in panicula di-
chotoma.

488. **WEINMANNIA.** *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-pe-
515. tala. *Capsf.* 2-ocularis,
birostris.

pinnata. **WEINMANNIA.** Arbuscula Ramis oppositis: ultimis subpu-
bescentibus. Folia opposita, pinnata cum impari: Pe-
tiolo communi alato, articulis subovatis; Foliola
11-13, parva, nuda, obtusa, opposita, sessilia, obo-
uata, latere interiore versus basin angustiora, serratu-
ris utrinque 3 s. 4. Stipulae ovatae, magnitudine
foliorum, deciduae, inter paria petiolorum solitariae.
Racemi terminales, solitarii, pedunculati, foliis lon-
giores, erecti, simplices. Floribus numerosis, albis,
magnitudine *Tiarellae*. Pedicellis unifloris, e singu-
lis punctis pedunculi pluribus. Calyx foliolis oblongis,
quatuor, patentibus, albis. Petala 4, lanceolata, ca-
lyce triplo longiora. Stamina capillaria, corolla du-
plo longiora. Germen ovatum, bifidum. Styli 2,
albi, filiformes. Stigmata capitata. Copiose in In-
sula S. Crucis a D. Browne.

489. MOEHRINGIA. Cal. 4-phyllus. Petala 4.
515. Caps. 1-locularis, 4-valuis.

muscosa. 1, MOEHRINGIA.

TRIGYNIA.

490. POLYGONVM. Cal o. Cor. 5-partita, caly-
516. cina. Sem. 1, angulatum.

* *Atraphaxoides caule frutescente.*

frutesc. 1. P. caule fruticoso, calycinis foliolis duobus reflexis.

* * *Bistortae spica vnica.*

Bistorta. 2. P. caule simplicissimo monostachyo, fol. ouatis in petiolum decurrentibus.

viuiparum. 3. P. caule simplicissimo monostachio, fol. lanceolatis. *Spicae Flores inferiores in bulbos transeunt saepe viuiparos.*

*** *Perficariae pistillo bifido, aut stamina minus 8.*

virginiana. 4. P. flor. pentandris semidigynis, corollis quadrifidis inaequalibus, fol. ouatis.

lapathifolium. 5. P. flor. pentandris semidigynis, stamin. corollae regulari aequalibus. Caulis erectus, firmus, laeuis. *Vaginae pubescentes, ciliatae. Folia ouata, petiolata, magnitudine Phytolaccae. Pedunculi oppositifolii, longitudine foliorum, spicato-racemosi.*

amphibium. 6. P. flor. pentandris semidigynis, spica ouata. *Varietas Aquatica staminibus flore breuioribus, Terrestribus longioribus. lacq.*

ocreatum. 8. P. flor. pentandris trigynis, fol. lanceolatis.

Hydropiper. 9. P. flor. hexandris semidigynis, fol. lanceolatis, stipul. submuticis.

Persicaria. 10. P. flor. hexandris digynis, spicis ouato-oblongis, fol. lanceolatis, stipulis ciliatis.

barbatum. 14. P. flor. hexandris trigynis, spicis virgatis, stipul. truncatis fetaceo-ciliatis, fol. lanceolatis. *Pluk phyt. 210. f. 7.*

orientale. 12. P. flor. heptandris digynis, fol. ouatis, caule erecto, stipul. hirtis hypocrateriformibus.

penſylvanicum. 13. P. flor. octandris digynis, pedunc. hispidis, fol. lanceolatis, ſtipul. muticis.

**** *Polygona foliis indiuiſis, floribus octandris.*

maritim. 14. P. fol. octandris trigynis axillaribus, fol. ovali lanceolatis ſemperuidentibus, caul. ſuffruſcente.

auiculari. 15. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. lanceolatis, caule procumbente herbaceo.

erectum. 16. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovalibus, caule erecto herbaceo.

articulatum. 17. P. flor. octandris trigynis, ſpiciſ articulatis paniculatis, ſtipul. vaginalibus truncatis.

diuaricatum. 18. P. flor. octandris trigynis racemofiſ, fol. lanceolatis, caule diuaricato patulo.

ferratum. 7. P. foliis crenatis. *

***** *Helxine foliis ſubcordatis.*

chinenſe. 19. P. flor. octandris trigynis, pedunc. ſcabris, fol. ovalis.

ſagittatum. 21. P. fol. ſagittatis, caule aculeato.

ariſolium. 22. P. fol. haſtatis, caule aculeato.

perfoliatum. 20. P. fol. triangularibus, caule aculeato, ſtipul. perfoliato-folioſis patentibus ſubrotundis. *Burm. ind. t. 29. f. 2.*

tataricum. 23. P. fol. cordato-ſagittatis, caule inermi erecto, ſemin. ſubdentatis.

Fagopyrum. 24. P. fol. cordato-ſagittatis, caule erectiusculo inermi, ſemin. angulis aequalibus.

Conuoluulus. 25. P. fol. cordatis, caule volubili angulato, flor. obtuſatis. *Antherae violaceae.*

dumetorum. 26. P. fol. cordatis, caule volubili laeui, flor. carinato-alatis. *Antherae albae.*

ſcandens. 27. P. fol. cordatis, caule erecto ſcandente. *Petiolorum baſis ſubtus poro perforata in P. ſcandenti, dumetorum, conuoluulo.*

491. COCCOLOBA. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.*

523.

o. *Bacca calycina, monoſperma.*

Vuiſera. 1. C. fol. cordato-ſubrotundis nitidis. *Plum, t. 145.*

- pubescens.* 2. C. fol. orbiculatis pubescentibus.
excoriat. 4. C. fol. ouatis, ramis quasi excorticatis. *Iacq. amer.*
 115. t. 78.
punctata. 3. C. fol. lanceolato-ouatis. *Iacq. amer. t. 114. t. 77.*
emarginata. 5. C. fol. coriaceis subrotundis exciso-ermarginatis. *Iacq.*
amer. 37. obs. 18. t. 9. in America calidiore. †
barbadenfis. 6. C. fol. cordato-ouatis vndulatis. *Iacq. obs. t. 8. in*
Barbados. †
tenuifol. 4. G. fol. ouatis membranaceis.

492. PAVLLINIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 4-phyllum, inaequale.
 524. *Capsf.* 3, compressae, membranaceae, connatae.

- asiatica.* 1. P. fol. ternatis, caule aculeato, cirrhis nullis.
Seriana. 2. P. fol. ternatis: foliol. ouato oblongis, petiolis teretiusculis.
Cururu. 3. P. fol. ternatis: foliolis cuneiformibus obtusis subdentatis, petiolis marginatis.
mexicana. 4. P. fol. biternatis: foliol. ouatis integris, petiolis marginatis.
curassauica. 5. P. fol. biternatis, foliol. ouatis subsinuatis.
polyphyll. 6. P. fol. triternatis.
pinnata. 7. P. fol. pinnatis: foliolis incisif, petiolis marginatis.

493. CARDIOSPERMUM. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectarium,* 4-phyllum, inaequale. *Capsf.* 3, connatae, inflatae.
 525.

- Halicacab.* 1. C. fol. laeuibus.
Corindum. 2. C. fol. subtus tomentosif.

494. SAPINDUS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capsf.* carnosae, connatae, ventricosae.
 526.

- Saponar.* 1. S. fol. impari-pinnatis, caul. inermi.

trifoliatuſ. 2. S. fol. ternatis. *Fl. zeyl.* 603.

ſpinofuſ. 3. S. fol. abrupte pinnatis, caul. ſpinofiffimo

TETRAGYNIA.

495. PARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4, anguſtiora,
526. *Bacca* 4-locularis.

quadrifol. 1. PARIS.

496. ADOXA, *Cal.* 2-fidus, inferus. *Cor.* 4-f. 5-fi-
527. da, ſupera. *Bacca* 4-f. 5-locularis,
calyce coalita,

Mofchatel. 1. ADOXA. (*Flores latexales 5-fidi, partium numero qui-*
lina. nario.)

497. ELATINE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.*
527. 4-locularis, 4-valuis, depreſſa.

Hydrop. 1. E. foliis oppoſitis. *Oed. dan. t.* 156.

Alſinaſt. 2. E. foliis verticillatis.

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

504. TINVS. Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala. Bacca 3-locularis. Sem. 1.
503. LAURVS. Cal. 0. Cor. 6-petala, calycina. Bacca 1-sperma. Nectarii glandulae 2-fetae.
505. CASSYTA. Cal. 0. Cor. 6-partita, calycina. Bacca 1-sperma. Nectarii glandulae truncatae.
* *Anacardium* 520 *stamine decimo castrato.*

TRIGYNIA.

506. RHEVM. Cal. 0. Cor. 6-fida. Sem. 1, triquetrum.

HEXAGYNIA.

507. BVTOMYS. Cal. 0. Cor. 6-petala. Caps. 6, polyspermae.

MONOGYNIA.

498. LAVRVS. *Cal.* o. *Cor.* calycina, 6-partita.
528. *Nectarium* glandulis 3, bifetis,
germen cingentibus. *Filamenta*
interiora glandulifera. *Drypa* 1-
sperma.
- Cinnamo-* 1. L. fol. trineruiis ouato-oblongis: neruis versus api-
mum. cem euanescentibus. *Iacq. amer.* 117.
Cassia. 2. L. fol. triplineruiis lanceolatis.
Camphor. 3. L. fol. triplineruiis lanceolato-ouatis.
Chloroxy- 4. L. fol. trineruiis ouatis coriaceis: neruis apicem at-
lon. tingentibus.
nobilis. 5. L. fol. lanceolatis, venosis perennantibus, flor. qua-
drifidis.
indica. 6. L. fol. lanceolatis perennantibus planis, ramulis tu-
berculatis cicatricibus, flor. racemosis.
Persea. 7. L. fol. ouatis coriaceis transuerse venosis perennan-
tibus, flor. corymbosis. *Iacq. obs.* 37. Laurus foli-
is oblongo-ouatis, fructu obouato pericarpio
butyraceo. *Brown. iam.* 214. *Stamina huic 6 Mil-*
ler, Fructus gratissimus.
Borbonia. 8. L. fol. lanceolatis perennantibus, calyc. fructus bac-
catis. Laurus foliis lanceolatis perennantibus,
marginibus reflexis, transuerse venosis, floribus
racemosis. *Mil. dict.* 5. *Stamina 5: antheris fuscis.*
Germen globosum. Stylus breuis. Stigma tubercula-
tum. Baccae purpureae. Pedunculis longis rubris. Fabr.
helmst. 389. *Mihi vero visa. Cal. 3-phyllus, bre-*
uissimus. Petala 3, lanceolata. Stamina 9: tribus
interioribus vtrinque glandula ad basin. Antherae
utroque latere polliniferae et apice bivalues introrsum
deorsum. Staminis decimi rudimentum. Stylus sti-
gmatic crassiusculo.
aestiuales. 9. L. fol. venosis oblongis acuminatis annuis, subtus
rugosis ramis supra-axillaribus.
Benzoin. 10. L. fol. eneruiis ouatis vtrinque acutis integris an-
nuis.
Sassafras. 11. L. fol. trilobis integrisque. *caln. canad.* 2. p. 270.
434.

499. TINVS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Nectarium*
 530. *vrceolatum*, includens germen. *Bac-*
ca 3-ocularis. *Sem.* solitaria.

occident. A, TINVS.

500. CASSYTA. *Cor.* calycina 6-partita. *Nectarium*
 530. *glandulis* 3, truncatis, germen
cingentibus. *Filamenta* interiora
glandulifera. *Drupa* 1-sperma.

filiformis. I. CASSYTA. *Herba Cuscutae: Fructificatio Lauri.*

TRIGYNIA.

501. RHEVM. *Cal.* 0. *Cor.* 6-fida, persistens. *Sem.*
 531. I, triquetrum.

Rhapont. 1. R. fol. glabris, petiolis subfulcatis.

Rhabarb. 2. R. fol. subuillofis, petiolis aequalibus.

palmatum. 3. R. fol. palmatis acuminatis. *Act. angl.* 1765. p. 292.
 t. 12. *Rhabarb.* *Brun. orient.* 192. t. 73. *Rhevm*
officinale genuinum.

compa- 4. R. fol. sublobatis obtusissimis glaberrimis lucidis
flum. denticulatis.

Ribes. 5. R. fol. granulatis; petiolis aequalibus.

HEXAGYNIA.

502. BVTOMVS. *Cal.* 0. *Petala* 6. *Capsf.* 6, poly-
 532. *spermae.*

umbellat. I. BVTOMVS.

CLASSIS X.
DECANDRIA.
MONOGYNIA.

* *Fl. Polypetali irregularcs.*

508. SOPHORA. *Cor.* papilion: Vexillo adscendente. *Legum.*
torulis remotis.
509. ANAGYRIS. *Cor.* papilion: Vexillo breui recto. *Carina*
alis longiore.
510. CERCIS. *Cor.* papilion: Alis vexilliformibus. *Nectar.*
gland. styliformis, sub germine.
511. BAVHINIA. *Cor.* patens, vnguiculata, adscendens. *Petala*
lanceolata.
512. HYMENAEA. *Cor.* subaequalis. *Legum.*
lignosum pulpa farinosa.
515. POINCIANA. *Cor.* petalo summo maiore. *Legum.*
compressum.
513. PARKINSONIA. *Cor.* petalo infimo reniformi. *Legum.*
teres, tortuosum.
516. CAESALPINIA. *Cor.* petalo infimo pulchriore. *Legum.*
rhombeum. *Sem.* rhombea.
524. TOLVIFERA. *Cor.* petalo infimo maiore. *Cal.*
campanulatus.
514. CASSIA. *Cor.* inaequal. *Anth.* rostratae. *Legum.*
isthmis interceptum.
517. GVILANDINA. *Cor.* subaequal. calyci insidens. *Legum.*
rhombeum. *Sem.* ossea.
522. DICTAMNVS. *Cor.* patula. *Filam.* pulueracea. *Caps.*
5, connexae. *Sem.* arillata.

* * *Fl. Polypetali aequales.*

519. CYNOMETRA. *Cal.* 4-partitus: lacin. oppos. maior. *Legum.*
1-spermum, carnosum.
1260. PROSOPIS. *Cal.* hemisphaericus. *Legum.*
poly spermum.
526. ADENANTHERA. *Antheris* glandula insidens. *Legum.*
compressum membranaceum.
525. HAEMATOXYLON. *Pistilli* stigma emarginatum. *Siliqu.*
valvis nauicularibus.
528. TRICHILIA. *Nectar.* tubulosum, 5-dentatum. *Caps.*
3-ocularis, 3-valvis. *Sem.* baccata.

527. MELIA. *Nectar. tubulosum, 10-dentatum. Drupa*
Nucleo, 5-loculari,
521. SWIETENIA. *Nectar. tubulosum, 10-dentatum. Caps.*
lignosa, 5-valuis. *Sem. imbricata, mar-*
gine membranaceo.
520. ANACARDIVM. *Petala reflexa. Drupa*
nucleo supero, nudo.
518. GVAIACVM. *Cal. lacin. 2 exteriores minores. Caps.*
carnosa, 3-f. 5-locularis, angulata.
523. RVTA. *Germen punctis 10-melliferis. Caps.*
5-fida, 5-locularis, polysperma.
532. TRIBVLVS. *Pistilli styllus nullus. Caps.*
5, connexae, polyspermae.
531. FAGONIA. *Cor. unguis calyci insertae. Caps.*
5-locularis, 10-valuis, 1-sperma.
530. ZYGOPHYLLVM. *Nectar. squamae 10 baseos stamin. Caps.*
5-locul. polysperma.
529. QVASSIA. *Caps. 5, bivalues, 1-spermae, insertae re-*
ceptaculo carnofo.
433. THRYALLIS. *Cor. 5-petala. Caps.*
tricoeca.
534. LIMONIA. *Cor. 5-petala. Bacca.*
3-sperma.
535. HEISTERIA. *Cor. 5-petala. Drupa.*
insidens calyci colorato grandefacto.
539. QVISQVALIS. *Cor. 5-petala, calyci insidens filiformi.*
Drupa sicca.
536. MONOTROPA. *Cal. corollinus, basi gibbus. Caps.*
5-locul. polysperma.
553. CLETHRA. *Pistilli stigmata tria. Caps.*
3-locul. polysperma.
554. PYROLA. *Antherae sursum bicornes. Caps.*
5-locul. polysperma.
546. LEDVM. *Cor. plana, 5-partita. Caps.*
5-locul. polysperma.
537. TRIANTHEMA. *Caps. circumscissa.*
1261. CHALCAS. *Bacca 2-sperma. Cor. campanulata.*
544. MELASTOMA. *Cor. calyci insid. Anth. refractae. Bacca*
5-locul. calyce vestita.
538. IVSSIEA. *Cor. 4-f. 5-petala. Caps.*
infera.

* *Rhexia Acisanthera.*

Gerania. Conocarpus racemosa.

*** *Fl.*

* * * *Fl. Monopetali aequales.*

1285. CODON. Cor. campanulata, 10-fida. Cal. 10-partitus. Caps. polysperma.
549. ANDRŌMEDA. Cor. campanulata rotundata. Caps. 5-locularis.
548. RHODODENDRON. Cor. infundibulif. Stamina declinata. Caps. 5-locularis.
545. KALMIA. Cor. limbo subtus 5-corniculato. Caps. 5-locularis.
550. EPIGAEA. Cal. exter. 3-phyllus; inter. 5-phyllus. Caps. 5-locularis.
551. GUALTERIA. Cal. exter. 2-phyllus; inter. 5-fidus. Caps. 5-locul. calyce baccato.
552. ARBUTVS. Cor. ouata, basi diaphana. Bacca 5-locularis.
595. STYRAX. Cor. infundibulif. Drupa disperma.
520. ANACARDIVM. Cor. laciniis reflexis. Drupa nucleo supero, nudo.
- * *Vaccinia nonnulla.*

* * * *Fl. Apetali s. incompleti.*

540. DAIS. Cor. monopetala. Involucr. 4-phyllum, multiflorum.
543. SAMYDA. Cal. 5-partitus. Nectar. 10-fidum cingens germen. Caps. baccata, 3-locul.
541. BVCIDA. Cal. 5-partitus. Bacca 1-sperma.
542. COPAIFERA. Cal. 0. Cor. 4-petala.
- * *Stellera Chamæiasme.*

DIGYNIA.

562. SCLERANTHVS. Cor. nulla. Cal. 5-fidus, superus. Sem. 2.
558. CHRYSOSPEN. Cor. nulla. Cal. superus. Caps. 2-locularis, 2-rostris.
555. ROYENA. Cor. 1-petala. Cal. ventricosus. Caps. 4-sperma, 4-valuis.
557. HYDRANGEA. Cor. 5-petala. Cal. 5-fidus, superus. Caps. bilocularis, 2-rostris, circumscissa.
559. SAXIFRAGA. Cor. 5-petala. Cal. 5-partitus. Caps. 1-locularis, 2-rostris.
560. TIARELLA. Cor. 5-petala. Cal. corolliferus. Caps. bivaluis: altera maiore.

561. MITELLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* corolliferus.
Caps. bivaluis. *Petala* pectinata.
556. CYNONIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus.
Caps. bilocularis, acuta.
563. GYPSOPHILA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5 part. campanulatus.
Caps. 1-locul. globosa.
564. SAPONARIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubulosus, basi nudus.
Caps. 1-locularis oblonga.
565. DIANTHVS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubulosus, basi squamosus.
Caps. 1-locul. oblonga.
* *Trianthema decandra.*

TRIGYNIA.

569. ARENARIA. *Caps.* 1-locularis. *Pet.* integra, patentia.
568. STELLARIA. *Caps.* 1-locularis. *Pet.* bipartita, patentia.
566. CUCCVBALVS. *Caps.* 3-locularis. *Pet.* bifida fauce nuda.
567. SILENE. *Caps.* 3-locularis. *Pet.* bifida fauce coronata.
570. CHERLERIA. *Caps.* 3-locularis. *Nectar.* petaloidea calyce minora.
571. GARIDELLA. *Caps.* 3-distinctae. *Pet.* calycina. *Nectar.* 5, bilabiata.
575. ERYTHROXYLON. *Drupa* 1-sperma. *Pet.* basi squama instructa.
572. MALPIGHIA. *Bacca* 3-sperma. *Pet.* vnguiculata.
Cal. glandulosus.
573. BANISTERIA. *Sem.* 3, vnialata. *Pet.* vnguiculata.
Cal. glandulosus.
574. TRIOPTERIS. *Sem.* 3, alata. *Pet.* 6? *Cal.* 5-partitus.
* *Tamarix germanica.*

PENTAGYNIA.

578. COTYLEDON. *Caps.* 5 ad nectaria. *Cor.* 1-petala.
579. SEDVM. *Caps.* 5 ad nectaria. *Cor.* 5-petala.
580. PENTHORVM. *Caps.* 5-loba. *Cor.* petala rariora.
586. SPERGULA. *Caps.* 1-locul. *Petala.* integra. *Cal.* 5-phyllus.
585. CERASTIVM. *Caps.* 1-locul. *Petala.* 2-fida. *Cal.* 5-phyllus.
583. AGROSTEMMA. *Caps.* 1-locularis, oblonga. *Cal.* tubulosus, coriaceus.

584. LYCHNIS. *Caps.* 3-locularis, oblonga. *Cal.* tubulosus, membranaceus.
482. OXALIS. *Caps.* 5-locularis, angulata. *Cor.* basi subcohaerens.
577. SFONDIAS. *Drupa* nucleo 5-loculari. *Cal.* 1-phyllus.
576. AVERRHOA. *Pomum* 5-loculare. *Cal.* 5-phyllus.
1235. GRIELVM. *Sem.* 5, distincta, mutica. *Cor.* 5-petala.
Styli nulli.
581. SVRIANA. *Sem.* 5, subrotunda. *Cor.* 5-petala.
Styli filiformes, laterales.
1262. FORSKOHLIA. *Sem.* 5, lana inuoluta. *Cor.* 10-petala.
* *Adoxa.* *Gerania.*
Coriaria. *Drosera lusitanica.*

DECAGYNIA.

587. NEVRADA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala.
Caps. 10-cocca.
588. PHYTOCACCA. *Cal.* 5-phyllus corollinus. *Cor.* nulla.
Bacca 10-cocca.

MONOGYNIA.

503. SOPHORA. *Cal.* 5-dentatus, superne gibbus. *Cor.* papilionacea: alis longitudine vexilli. *Legumen.*
533.

- alopecuroides.* 1. S. fol. pinnatis: foliol. numerosis villosis oblongis, caul. herbaceo.
tomentos. 2. S. fol. pinnatis: foliol. numerosis subrotundis tomentosis.
occidentalis. 3. S. fol. pinnatis: foliol. numerosis subrotundis. *Trew. ehret. 27. t. 59.*
capensis. 9. S. fol. pinnatis: foliolis numerosis lanceolatis subtus tomentosis: caule fruticoso. *Mant. 67.*
japonica. 10. S. fol. pinnatis: foliolis pluribus ovatis glabris, caule arboreo. *Mant, 68.*
heptaph. 4. S. fol. pinnatis: foliol. septenis glabris.
Genistoid. 5. S. fol. ternatis sessilibus: foliol. linearibus.
australis. 12. S. fol. ternatis subsessilibus glabris, stipul. ensiformibus. *C. B. S. 24.*
tinctoria. 6. S. fol. ternatis subsessilibus: foliol. obouatis glabris, stipul. minutis.
alba. 11. S. fol. ternatis petiolatis: fol. ellipticis glabris, stipulis subsubulatis breuib. *Crotalaria alba. Sp. plant. 1006. Filamenta omnino distincta. Vexillum corolla brevius.*
lupinoid. 7. S. fol. ternatis petiolatis: foliol. ovalibus pilosis.
biflora. 8. S. fol. simplicibus obouatis subtomentosis, pedunculis bifloris.

504. ANAGYRIS. *Vexillum* alaeque carina breviores in corolla papilionacea. *Legumen.*
534.

foetida. ANAGYRIS. *Hasselqu. iter. 466.*

505. CERCIS. *Cal.* 5-dentatus, inferne gibbus. *Cor.* papilionacea: vexillo sub alis brevui. *Legumen.*
534.

- Siliquast.* 1. C. fol. cordato-orbiculatis glabris,
canadens. 2. C. fol. cordatis pubescentibus.

506. **BAVHINIA.** *Cal.* 5-fidus, deciduus. *Petala* patula, oblonga, vnguiculata: superiore magis distante, omnia calyci inferta. *Legumen.*

535.

- scandens.* 1. B. caule cirrhifero.
aculeata. 2. B. caule aculeato. *Jacq. amer.* 119.
diuatic. 3. B. fol. ouatis: lobis diuaticatis.
vnguolata. 4. B. fol. ouatis: lobis parallelis.
variegat. 5. B. fol. cordatis: lobis coadunatis obtusis.
purpur. 6. B. fol. subcordatis bipartitis rotundatis, subtus tomentosis.
tomentos. 7. B. fol. cordatis: lobis semiorbiculatis tomentosis
acumin. 8. B. fol. ouatis: lobis acuminatis femiouatis.

507. **HYMENAEA.** *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, subaequalia. *Stylus* intortus. *Legumen* repletum pulpa farinacea.

536.

Courbar. 1. HYMENAEA.

508. **PARKINSONIA.** *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5, ouata, infimo reniformi: *Stylus* nullus. *Legumen* moniliforme.

537.

aculeata. 1. PARKINSONIA.

509. **CASSIA.** *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Antherae* supernae 3 steriles; infimae 3 rostratae. *Legumen.*

537.

* *Sennae.*

- diphylla.* 1. C. fol. coniugatis stipulis cordato-lanceolatis.
Absus. 2. C. fol. biiugis subouatis: glandulis duabus subulatis inter infima.
viminea. 3. C. fol. biiugis ouato-oblongis acuminatis: glandula oblonga inter infima, spinis subpetiolaribus obsoletis tridentatis.

Tage-

- Tagera*. 4. C. fol. triiugis: glandula petiolari, stipulis ciliatis cordatis acuminatis.
- Tora*, 5. C. fol. triiugis obouatis: exterioribus maioribus, glandula subulata inter inferiora.
- bicapsularis*. 6. C. fol. triiugis obouatis glabris: interioribus rotundioribus minoribus: glandula interiecta globosa.
- emargin.* 7. C. fol. triiugis ouatis rotundatis emarginatis aequalibus.
- obtusifol.* 8. C. fol. triiugis ouatis obtusiusculis.
- falcata.* 10. C. fol. quadriugis ouato-lanceolatis retro-falcatis: glandula baseos petiolorum.
- occidentalis.* 11. C. fol. quinqueiugis ouato-lanceolatis margine scabris: exterioribus maioribus, glandula baseos petiolorum.
- planifiliqua.* 13. C. fol. quinqueiugis ouato-lanceolatis glabris, glandula baseos petiolorum. *Plum. ic. 77.*
- Fistula.* 14. C. fol. quinqueiugis ouatis acuminatis glabris, petiolis eglandulatis. *Rumph. amb. 2. t. 21.*
- atomaria.* 31. C. fol. quinqueiugis ouatis subtomentosis, petiolis teretibus eglandulatis. *Mant. 68.*
- pilosa.* 12. C. fol. quinqueiugis eglandulatis, stipulis semicordatis acuminatis, caule stricto piloso. *Pentandra.*
- Senna.* 9. C. fol. seiugis subouatis, petiolis eglandulatis. *Stipulae patentes. Petioluli luteo colorati. Legumina ouali-oblonga, refalcata.*
- biflora.* 15. C. fol. seiugis oblongiusculis glabris: inferioribus minoribus, glandula subulata inter infima, pedicellis bifloris.
- hirsuta.* 16. C. fol. seiugis ouatis acuminatis lanatis.
- serpens.* 17. C. fol. septemiugis, flor. pentandris, caul. filiformibus prostratis herbaceis.
- ligustrina.* 18. C. fol. septemiugis lanceolatis: extimis minoribus, glandula baseos petiolorum. *Foliola margine pilosa.*
- alata.* 19. C. fol. octoiugis ouali-oblongis: exterioribus minoribus, petiolis eglandulatis, stipulis patulis.
- marilandica.* 20. C. fol. octoiugis ouato-oblongis aequalibus, glandula baseos petiolorum.
- tenuiflora.* 21. C. fol. nouemiugis oblongis, glandula subulata inter infima.

- Sophera*. 22. C. fol. decemiugis lanceolatis, glandula baseos oblonga.
articulata. 23. C. fol. duodecimiugis obtusis mucronatis, glandulis subulatis pluribus, stipul. reniformibus barbatis.
iauanica. 24. C. fol. duodecimiugis oblongis obtusis glabris, glandula nulla.

* * *Chamaecristae foliolis numerosis.*

- Chamaecrista*. 25. C. fol. multiugis, glandula petiolarum pedicellata, stipul. ensiformibus.
glandulosa. 26. C. fol. multiugis multiglandulatis, stipulis subulatis. *Hexandra: antheris 2 longissimis.*
mimosoides. 27. C. fol. multiugis linearibus, glandula baseos petiolorum obsoleta, stipul. setaceis.
flexuosa. 28. C. fol. multiugis, stipul. dimidiato-cordatis.
ničitans. 29. C. fol. multiugis flor. pentandris, caule erectiusculo.
procumbens. 30. C. fol. multiugis eglandulatis, caule procumbente.

510. POINCIANA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5: summo maiore. *Stam.* longa: omnia foecunda. *Legumen.*

544.

- biuga*. 2. P. aculeis solitariis, foliol. emarginatis.
pulcherri- ma. 3. P. aculeis geminis. *Senna spuria arborea spinosa*, fol. decompositis. *Sloan hist. 2. p. 49. Petiolus Communis Glandula vna ad basin & alia ad supremum par; Partialis petiolus supra basin mucronibus duobus.*
elata. A. P. caule inermi. *Cent. 146.*

511. CAESALPINIA. *Cal.* 5fidus: lacinia infima maiori. *Petala* 5: infimo pulchriore. *Legumen.*

544.

- vesicaria*. 3. C. caul. aculeato, foliol. obcordatis subrotundis.
Sappan. 4. C. caul. aculeato, foliol. oblongis inaequilateralibus emarginatis.
Crista. 2. C. caul. arboreo, foliolis ovatis integris, flor. pentandris.

512. **GVILANDINA.** *Cal.* 1-phyllus, hypocrateriformis. *Petala* calycis collo inferta, subaequalia. *Legumen.*

545.

- Bonduc.* 1. *G.* aculeata, pinnis ouatis, foliol. aculeis solitariis.
Bonduc-cella. 2. *G.* aculeata, pinnis oblongo-ouatis, foliolis aculeis geminis.
Nuga. 3. *G.* caule inermi, foliis petiolo primario subtus aculeis geminis.
Moringa. 2. *G.* inermis, fol. subbipinnatis: foliol. inferioribus ternatis. *Polygama ex Hermaphroditis duobus. Legumen longum. Semina triquetra.*
dioica. 4. *G.* inermis, fol. bipinnatis: basi apiceque simpliciter pinnatis. *Duham. arb. 1. t. 103.*

513. **GVAIACVM.** *Cal.* 5-fidus, inaequalis. *Petala* 5, calyci inferta. *Capf.* angulata, 3-f. 5-locularis.

546.

- officinale.* 1. *G.* foliolis biuugis obtusis.
sanctum. 2. *G.* foliolis multiuugis obtusis.
afrum. 3. *G.* foliolis multiuugis acutis. *Rami rigidi. Folia alterni, pimata, octoiuga. Petiolus communis marginatus, articulatus, canaliculatus. Foliola ouato-oblonga, opposita, integerrima, mucronata, glabra, rigidula, perennia, basi interiore laeuissime abbreviata. Stipulae ramis appressae, subulatae, minimae.*

514. **CYNOMETRA.** *Cal.* 4-phyllus: *Antherae* apice bifidae. *Legum.* carnosum, lunatum, 1-spermum.

547.

- cauliflor.* 1. *C.* trunco florifero. *Rumph. amb. 1. t. 62.*
ramiflor. 2. *C.* ramis floriferis. *Rumph. amb. 1. t. 63.*

515. ANACARDIVM. Cal. 5-partitus. Petal. 5,
548. reflexa. Nux reniformis,
receptaculo carnosio infi-
dens.

occident. I. ANACARDIVM. Filamentum vnum castratum, lauris
affine.

1285. CODON *authore Cl. Dav. Royeno.*

CAL. Perianthium monophyllum, decempartitum:
foliolis subulatis, persistentibus, erectiusculis:
alternis breuioribus.

COR. monopetala, campanulata, basi torulosa:
Limbo decempartito, aequali.

Nectarium decem loculare, ex squamis 10,
vnguibus staminum insertis, conniuentibus,
receptaculum tegentibus.

STAM. Filamenta decem, longitudine corollae. An-
therae crassae.

PIST. Germen superum, conicum. Stylus simplex,
longitudine staminum. Stigmata duo, longa,
setacea, diuergentia.

PER. biloculare.

SEM. plura, subrotunda, hirta, in pulpa exsucca
colorata.

royeni. I. CODON. Roy mss.

Habitat - - - - - ☉.

Caulis herbaceus, firmus, cubitalis, teres ramis assurgen-
tibus. Folia alterna, petiolata, cordato-ouata, subre-
panda, indiuisa: acuminata, subcoriacea, glabra, su-
pra auenia. Flores supra-axillares, solitarii, pedun-
culati, facie corollae Atropae Belladonnae, albidis, ex-
tus notati striis 10 purpurascensibus. Herba tota ad-
spersa striis. Royen.

516. DICTAMNVS. Cal. 5-phyllus. Petala 5,
548. patula. Filamenta punctis
glandulosis adspersa. Caps. 5,
coalitae.

ulbus. I. DICTAMNVS.

517. RVTA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* concaua. *Re-*
 548. *ceptac.* punctis meliferis decem cin-
ctum. Capsf. lobata. *Quinta pars numeri*
in quibusdam excluditur.

graeol. 1. *R.* fol. decompositis, flor. lateralibus quadrifidis.
β. montana varietas, fol. linearibus nec lanceolatis.
chalepensis. 4. *R.* fol. supradecompositis, petalis ciliatis. *Mant.* 69.
patauina. 2. *R.* fol. ternatis sessilibus. *Petala plana, integra.*
linifolia. 3. *R.* fol. lanceolatis indiuisis. *Petala plana, integra.*

518. TOLVIFERA. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus.
 549. *Petala* 5, infimo maximo, ob-
 cordato. *Styllus* nullus.

Balsamum. I. TOLVIFERA.

519. HAEMATOXYLV. *Cal.* 5-partitus. *Petala*
 549. 5. *Capsf.* lanceolata 1-
 locularis, 2-valuis :
 valuis nauicularibus.

Campech. I. HAEMATOXYLV. *Jacq. obs.* 20.

1260. PROSOPIS. *Cal.* hemisphaericus, 4-dentatus.
Stigm. simplex. *Legum.* infla-
 lum, polyspermum.

spicigera. I. PROSOPIS. *Mant.* 68.

1261. CHALCAS. *Cal.* 5-partitus. *Cov.* campanu-
 lata petalis unguiculatis. *Sti-*
gma capitato-verrucosum.

paniculat. I. CHALCAS. *Mant.* 68. /

520. ADENANTHERA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Anthervis* apice exteriore glandulae globosae affixae. *Legumen* membranaceum.

pauonina. 1. A. fol. vtrinque glabris. *Rumph. amb. 3. t. 109.*
falcata. 2. A. fol. subtus tomentosus. *Rumph. amb. 3. t. 112.*

521. TRICHILIA. *Cal.* sub 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum e filamentis approximatis longitudine corollae, ore Antheras gerens. *Caps.* 3-locularis 3-valuis. *Sem.* baccata.

hirta. 1. T. fol. pinnatis subhirsutus. *Trichilia spondioides* racemis axillaribus foliolis intermediis maioribus. *Jac. amer. 128.*
glabra. 2. T. fol. pinnatis glabris, foliolis extimis maioribus. *Jacq. amer. 129. t. 175. f. 38.*
trifolia. 3. T. fol. ternatis.
Guara. 4. T. fol. pinnatis glabris, flor. octandris. *Fructus* 4-spermus.

522. SWIETENIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindricum ore antheras gerens. *Caps.* 5-locularis, lignosa, basi dehiscens. *Sem.* imbricata, alata.

Makagoni. SWIETENIA. *Jacq.*

523. MELIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindraceum, longitudine corollae: ore 10-dentato. *Drupa* nucleo quinqueloculari.

Azedar. 1. M. foliis bipinnatis.
Azadir. 2. M. foliis pinnatis.

524. ZYGOPHYLLIVM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5.
551. *Nectarium* 10-phyllum,
germen tegens. *Capsula*
5-locularis.

- simplex.* 9. *Z.* fol. simplicibus sessilibus cylindricis. *Mant.* 68.
Fubago. 1. *Z.* fol. coniugatis petiolatis: foliol. obouatis, caule herbaceo.
coccineum. 2. *Z.* fol. coniugatis petiolatis: foliol. cylindricis carnosis laeuibus.
album. 3. *Z.* fol. coniugatis petiolatis: foliol. clauatis carnosis arachnoideo-incanis
Morgfan. 4. *Z.* fol. coniugatis subpetiolatis: foliol. obouatis, caule fruticoso.
sessilifolium. 5. *Z.* fol. coniugatis sessilibus: foliol. lanceolato-oualibus margine scabris, caule fruticoso.
spinofum. 6. *Z.* fol. coniugatis sessilibus: foliol. linearibus, caule fruticoso.
aestuans. 7. *Z.* fol. coniugatis sessilibus, foliol. obouatis retufis.
arboreum. 8. *Z.* fol. pinnatis, caule arboreo. *Sp. pl.* 1673.

525. QVASSIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* 5-phyllum. *Pericarpia* 5,
553. *distancia*, 1 sperma.

- amara.* 1. QVASSIA. *Amoen. acad.* 6. p. 421. t. 429. *Sp. pl.* 1679.

526. FAGONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, cordata *Caps.* 5-locularis, 10-valuis:
553. *loculis* 1-spermis.

- cretica.* 1. *F.* spinosa, foliol. lanceolatis planis laeuibus. *Caulis* pentagonus, depressus, patens, dichotomus, *Folia* opposita, ternata, lanceolata, subcarnosa. *Stipulae* 4. *spinescentes, recurvatae: affinis Zygophyllo-*
hispanie. 2. *F.* inermis.
arabica. 3. *F.* spinosa, foliol. linearibus conuexis.

527. **TRIBVLVS.** *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, paten-
553. *tia.* *Slylus* 0. *Caps.* 5, gibbae,
spinosae, polyspermae.

maximus. 1. T. fol. subquadriugis: exterioribus maioribus, pe-
rica piis decaspermis muticis.

lanugino- 2. T. fol. subquinqueugis subaequalibus, seminibus bi-
fus. cornibus. *Caules* adscendentes, longi, teretes, pi-
lofi, articulati. *Folia* opposita (suprema alterna),
petiolata altero minore: *Foliola* ovali-oblonga, acutiuf-
cula, vtrinq̄e pilosa. *Petioli* pilosi. *Stipula* ad
quoduis folium, lanceolata, marcescens. *Peduncu-*
lus ex alis alternis, s. minoris folii (vna cum ramulo),
vniflorus, pilosus, foliis breuior. *Fructus* angula-
tus, pilosus.

terrestris. 3. T. foliis subsexiugis subaequalibus, seminibus qua-
dricornibus.

Cistoides. 4. T. fol. octoiugis subaequalibus.

528. **THRYALLIS.** *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capsf.*
554. 3-cocca.

brasiliensis. 1. **THRYALLIS.**

529. **LIMONIA.** *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca*
554. 3-ocularis. *Sem.* solitaria.

acidissima. 1. **LIMONIA.**

530. **MONOTROPA.** *Cal.* 0. *Petala* 10; horum 5
555. exteriora basi excavato-mel-
liferi. *Capsf.* 5-valuis. *Quin-*
ta pars numeri quibusdam ex-
cluditur.

Hypopitn. 1. M. flor. lateralibus octandris: terminali decandro.
vniflora. 2. M. caule vnifloro, flore decandro.

531. **TRIANTHEMA.** *Cal.* sub apice mucronatus.
523. *Cor.* o. *Germen* retusum.
Caps. circumscissa.

monogyna. 1. T. flor. monogynis. *Trianthema Portulacastrum.* *Sp. pl.* 925. *Mant.* 69. *
pentandr. 2. T. flor. pentandris digynis. *Mant.* 70. *
Decandr. 3. T. flor. subdecandris digynis. *Mant.* 70.

532. **JUSSIAEA.** *Cal.* 4 f. 5-partitus, superus. *Petala* 4-f. 5. *Caps.* 4-f. 5-ocularis, oblonga, angulis dehiscens. *Sem.* numerosa, minuta.

repens. 1. I. *repens*, flor. pentapetalis decandris, pedunc. folio longioribus.
adscendens. 1. *adscendens*, flor. pentapetalis decandris, fol. ovato-oblongis glabris, pedunc. folio brevioribus. *Mant.* 69.
peruvian. 2. I. *erecta*, flor. pentapetalis, pedunc. foliosis.
suffruticosa. 3. I. *erecta villosa*, flor. tetrapetalis, octandris pedunculatis. *Rumph. amb.* 6. t. 41.
erecta. 4. I. *erecta glabra*, flor. tetrapetalis octandris sessilibus. *Plum. ic.* 175.

533. **HEISTERIA.** *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Drupa* 1663. calyce colorato maximo.

Coccinea. 1. **HEISTERIA.** *Sp. pl.* 1663. *Lauro affinis.*

534. **QVISQUALIS.** *Cal.* 5-fidus, filiformis. *Petala* 5. *Drupa* 5-angularis. 556.

indica. 1. **QVISQUALIS.** *Burm. ind.* t. 32. f. 2.

535. **DAIS.** *Involucr.* 4-phyllum. *Cor.* 4-f. 5-fida. 556. *Bacca* 1-sperma.

cotinifol. 1. D. flor. quinquefidis.
octandra. 2. D. flor. quadrifidis octandris. *Mant.* 69.

536. MELASTOMA. *Cal.* 5-fidus, campanulatus.
 558. *Petala* 5, calyci inserta.
Bacca 5-ocularis, calyce
 obuoluta.

- Acinodend.* 1. *M.* fol. denticulatis subtrinerviis ouatis acutis.
Grossula- 2. *M.* fol. denticulatis triplinerviis ouatis acuminatis.
rioides.
scabrosa. 3. *M.* fol. denticulatis quinquenerviis cordatis scabris.
 subtus tomentosus, ramis tomentoso-villosis.
hirta. 5. *M.* foliis denticulatis quinquenerviis ouato-lanceola-
 tis, caule hispido.
aspera. 10. *M.* fol. integerrimis trineruiis lanceolatis scabris.
Rumph. amb. 4. t. 71.
octandra. 11. *M.* fol. integerrimis trineruiis ouatis glabris margine
 hispidis.
holoseri- 6. *M.* fol. integerrimis trineruiis oblongo-ouatis, subtus
cea. tomentosus, racem. brachiatis, spicis bipartitis.
sessilifol. 4. *M.* fol. integerrimis triplinerviis spatulatis sessilibus
 subtus tomentosus.
Malaba- 7. *M.* fol. integerrimis quinquenerviis lanceolato-oua-
thrica. tis scabris.
laeuigata. 8. *M.* foliis integerrimis quinquenerviis ouato-oblongis
 laeuisculis acuminatis margine laeuibus.
dijcolor. 9. *M.* fol. integerrimis quinquenerviis oblongo-ouatis
 glabris margine laeuibus. *Melastoma floribus*
octandris, fol. quinquenerviis. Jacq. amer. 130.
t. 84.
crispata. 12. *M.* fol. integerrimis quinquenerviis quaternis, ramis
 crispatis.

537. KALMIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* hypocrateri-
 560. formis: limbo subtus quinquecor-
 ni *Caps.* 5-ocularis.

- latifolia.* 1. *K.* fol. ouatis, corymb. terminalibus.
angustifo- 2. *K.* fol. lanceolatis, corymb, lateralibus.
lia.

538. LEDVM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* plana, 5-partita.
561. *Caps.* 5-locularis, basi dehiscens.

palustre. 1. LEDVM.

539. RHODODENDRON. *Cal.* 5-partitus. *Cor.*
562. subinfundibulif. *Stamm.*
declinata. *Caps.* 5-locu-
laris.

ferrugi- 1. R. fol. glabris subtus leprosis, coroll. infundibuli-
neum. formibus. *Jacq. obs. 26. t. 16. Corolla declinata,*
inaequalis.

dauricum. 2. R. fol. glabris vtrisque nudis, coroll. rotatis. *Caulis*
nudus, proliferus, apice foliosus. Folia petiolata,
oblonga, supra nuda, confertim punctata, subtus con-
fertissime ferrugineo-punctata. Corollae violaceae,
foliis ampliores. Stamina patentia, longitudine co-
rollae. Stylus sanguineus.

hirsutum. 3. R. fol. ciliatis nudis, coroll. infundibuliformibus.

Chamaeci- 4. R. fol. ciliatis, coroll. rotatis.

flus.

ponticum. 5. R. fol. nitidis lanceolatis vtrisque glabris, racem.
terminalibus.

maximum. 6. R. fol. nitidis ovalibus obtusis venosis margine acuto
reflexo, pedunc. vnifloris.

540. ANDROMEDA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ouata:
563. ore 5-fido. *Caps.* 5-locu-
laris.

tetragona. 1. A. pedunc. solitariis lateralibus, coroll. campanula-
tis, fol. oppositis imbricatis obtusis reuolutis.

hypnoides. 2. A. pedunc. solitariis terminalibus, coroll. campanu-
latis, fol. confertis subulatis.

caerulea. 3. A. pedunc. aggregatis, coroll. ouatis, fol. sparsis li-
nearibus obtusis planis.

mariana. 4. A. pedunc. aggregatis, coroll. cylindricis, fol. alter-
nis ouatis integerrimis.

Polifolia. 5. A. pedunc. aggregatis, coroll. ouatis, fol. alternis lanceolatis reuolutis.

Daboecia. 10. A. racemis secundis, flor. quadrifidis ouatis, fol. alternis lanceolatis reuolutis. Erica daboecii. Sp. pl. 509. *Racemus terminalis, simplex: Floribus alternis, secundis: Pedicellis vnifloris, subuiscidis, subtus Bractea linearis.* Cal. 4-phyllus, subulatus, erectus, purpurascens, corolla quadruplo breuior, deciduus. Corolla violacea, cylindrico-oualis, A. polifoliae duplo maior, ore parum coarctato 4-fido; laciniis reflexis. Stamina 8, filamentis albis. Antherae longitudine filamentorum, vix corolla breuiiores, fuscae, sagittatae, apice truncatae foraminibus 2. Stylus filiformis, longitudine corollae. Stigma obtusum, subquadrifidum. *Facies tota Andromedae, Numerus Erica est. Fructus est Capsula quadrilocularis quadrivaluis. misit P. Collinson.*

paniculata. 6. A. racem. secundis nudis paniculatis, coroll. subcylindricis, fol. alternis oblongis crenulatis.

racemosa. 7. A. racem. secundis bracteatibus, coroll. gibbo-cylindricis, fol. alternis oblongis serratis.

arborea. 8. A. racem. secundis nudis, coroll. rotundo ouatis.

calyculata. 9. A. racem. secundis foliaceis, coroll. subcylindricis, fol. alternis lanceolatis obtusis punctatis.

541. EPIGAEA. Cal. exterior 3-phyllus; interior 5-partitus. Cor. hypocrateriformis. Caps. 5-locularis.

repens. I. EPIGAEA.

542. GAULTHERIA. Cal. exterior 2-phyllus; interior 5-fidus. Cor. ouata. Nectarium mucronibus 10. Caps. 5-locularis, vestita calyce interiore baccato.

procumbens. I. GAULTHERIA.

543. ARBVTVS. Cal. 5-partitus. Cor. ouata: ore basi pellucida. Bacca 5-locularis.

Vnedo. I. A. caul. arboreo. fol. glabris serratis, bacc. polyspermis. *Andrach.*

- Andrach.* A. A. caule arboreo, fol. glabris subintegerrimis, bacc.
ne. polyspermis.
acadiensis. 2. A. caul. procumbentibus, fol. ouatis subferratis, flor.
 sparsis, bacc. polyspermis.
alpina. 3. A. caul. procumbentibus, fol. rugosis ferratis.
Vua vrsi. 4. A. caul. procumbentibus, fol. integerrimis.

544. CLETHRA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Stigma*
 566. 3-fidum. *Capsf.* 3-locularis, 3-
 valuis.

alnifolia. 1. CLETHRA. *Milk ic.* 281.

545. PYROLA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capsf.* 5-
 567. locularis, angulis dehiscens.

- rotundif.* 1. P. stamin. adscendentibus, pistillo declinato.
minor. 2. P. flor. racemosis dispersis, staminibus pistillisque
 rectis,
secunda. 3. P. racemo vnilaterali.
umbellat. 4. P. pedunculis subumbellatis.
maculat. 5. P. pedunculis bifloris.
vniflora. 6. P. scapo vnifloro.

546. STYRAX. *Cal.* inferus. *Cor.* infundibulifor-
 635. mis. *Drupa* 2-sperma.

officinale. STYRAX. *Mill. ic. t.* 260. *Germen omnino superum, nec*
inferum est, ♂ Staminum numerus naturalis 10.

547. SAMYDA. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.* nul-
 557. la. *Capsf.* intus baccata, 3-valuis,
 1-locularis. *Sem.* nidulantia.

- parviflora.* 1. S. flor. decandris, fol. ouato-oblongis vtrinque gla-
 bris.
nitida. 2. S. flor. octandris, fol. cordatis glabris.
pinosa. 3. S. flor. octandris, ramis spinosis.
pubescens. 4. S. flor. dodecandris, fol. ouatis subtus tomentosis.
ferrulata. 5. S. flor. dodecandris, fol. ouato-oblongis ferrulatis.

548. COPAIFERA. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Legum.* ouatum. *Sem.* 1, arillo baccato.

557.

officinalis. 1. COPAIFERA. *Copaiba Marcgr. bras.* 130. *Folia* alterna, pinnata, quadriuga: foliolis altero latere angustioribus, alternis, exceptis ultimis.

549. BVCIDA. *Cal.* 5-dentatus, superus. *Cor.* 0. *Bacca* monosperma.

556.

Euceras. A. BVCIDA.

DIGYNIA.

550. ROYENA. *Cal.* urceolatus. *Cor.* 1-petala, limbo reuoluta. *Caps.* 1-locularis, 4-valuis.

558.

lucida. 1. R. fol. ouatis scabriusculis.

villosa. 4. R. fol. cordatis oblongis subtus tomentosis. *Habitat* ad Cap. b. spei. *Dau. Royen.* 5. Similis *Royenae lucidae*, sed *Rami villosi*. *Folia elliptica* s. oblonga, basi cordata, subtus tomentosa, obtusiuscula, breuiter petiolata petiolis villosis. *Flores axillares, nutantes, solitarii: pedunculis villosis longitudine florum.* *Braeeteae* 2, oppositae, ouatae, acutae, pubescentes, calyce maiores eoque subiectae, deciduae.

glabra. 2. R. foliis lanceolatis glabris.

hirsuta. 3. R. foliis lanceolatis hirsutis.

551. HYDRANGEA. *Caps.* 2-locularis, 2-rostris, circumscissa.

568.

arboresc. 1. HYDRANGEA. *Mill. ic. t.* 251.

552. CYNONIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* bilocularis, acuminata, polysperma. *Styli* flore longiores.

569.

capensis. A. CYNONIA. *Glandulae spatiformes, axillares, petiolatae.*

553. **CHRYSOSPLENIVM.** *Cal.* 4-f. 5-fidus, coloratus. *Cov.* o. *Capsf.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

569.

alternif. 1. C. foliis alternis.
oppositif. 2. C. foliis oppoſitis.

554. **SAXIFRAGA** *Cal.* 5-partitus. *Cov.* 5-petala. *Capsf.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

570.

* *Foliis indiuiſis, caule ſubnudo.*

- Cotyledon.* 1. S. fol. radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-ferratis, caul. paniculato.
mutata. 2. S. fol. radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-ferratis, caule racemoso.
penſylu-nica. 3. S. fol. lanceolatis denticulatis, caul. nudo paniculato, flor. ſubcapitatis.
androsac-caeſia. 4. S. fol. lanceolatis obtuſis piloſis, caule nudo bifloro.
 5. S. fol. linearibus perforato-punctatis aggregatis recuruatis, caul. multifloro. Sedi ſpecies minima. *Gefn. faſc. 24. t. 11. f. 30. Foliorum baſis ciliata. Schmied.*
burſeriana. 6. S. fol. aggregatis imbricatis triquetris ſubulatis laeuibus, caule ſubnudo vnifloro. *Varietatem huius caulibus 5-floris: floribus ſaſtiſtiatis e monte Canzo Italiae. Vandelli.*
ſedoides. 7. S. fol. aggregatis alternis oppoſitisque ſublanceaolatis, flor. pedunculato. *Caulis ramoſiſſimus, filiformis, depreſſus, apicibus terminatis foliis aggregatis, linearibus, laeuibus. Pedunculus ſaepe vniflorus, rarius 2-f- 3-florus. Flos ſuperus.*
bryoides. 8. S. fol. ciliatis inflexis imbricatis, caul. nudiuſculo vnifloro,
bronchia-lis. 9. S. fol. imbricatis ſubulatis ciliatis ſpinofis, caul. ſubnudo multifloro.
ſtellaris. 10. S. fol. ferratis, caul. nudo ramoſo, petal. acuminatis.
crassiſfol. 11. S. fol. oualibus retuſis obſolete ferratis petiolatis, caul. nudo, panic. conglomerata. *Linn. dec. 2. p. 27. t. 14.*

- niualis.* 12. S. fol. obouatis crenatis subsessilibus, caul. nudo, flor. congestis.
- punctata.* 13. S. fol. subrotundis dentatis longius petiolatis, caule nudo.
- umbrosa.* 14. S. fol. obouatis subretusis cartilagineo-crenatis, caul. nudo paniculato.
- hirsuta.* 16. S. fol. cordato-oualibus retusis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato
- cuneifolia.* 15. S. fol. cuneiformibus obtusissimis repandis, caul. nudo paniculato.
- Geum.* 17. S. fol. reniformibus dentatis, caule nudo paniculato

* * *Foliis indiuisis, caule folioso.*

- oppositifolia.* 18. S. fol. caulinis ouatis oppositis imbricatis: summis ciliatis. *varietas sterilis. Gesn. fasc. 26. t. 9. f. 3.*
- aspera.* 19. S. fol. caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caul. procumbentibus. *Ger. prou. 423.*
- autumnalis.* 20. S. fol. caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis.
- Hirculus.* 21. S. fol. caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caul. erecto. *Caulis simplex, saepe biflorus. Calix reflexus. Petala neruosa. Flor. dan. t. 200.*
- aizoides.* 22. S. fol. caulinis lineari-subulatis sparsis nudis inermibus, caul. decumbentibus. *Oed. dan. t. 72.*
- rotundif.* 23. S. fol. caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caul. paniculato.
- granulata.* 20. S. fol. caulinis reniformibus lobatis, caul. ramofo, radice granulata.

* * * *Foliis lobatis, Caulibus erectis.*

- bulbifera.* 25. S. fol. palmato-lobatis: caulinis sessilibus, caul. ramofo bulbifero.
- cernua.* 26. S. fol. caulinis palmatis petiolatis, caul. simplicissimo unifloro bulbifero. *Oed. dan. t. 22.*
- riuularis.* 28. S. fol. caulinis palmatis: summo florali ouato, caul. simplici subbifloro. *Oed. dan. t. 118.*
- geranioides.* 30. S. fol. radicalibus reniformibus quinquelobis multifidis, caulinis linearibus, caul. subnudo ramofo.
- ciugifol.* 31. S. fol. radicalibus palmato-quinquepartitis, caulinis linearibus indiuisis, caul. ascendentibus multifloris.

- groenlandica.* 29. S. fol. caulinis palmato-multifidis sparsis : laciniis acutis, caule erecto.
- sibirica.* 27. S. fol. caulinis reniformibus palmatis pilosis, caul. pedunculisque filiformibus.
- tridactylites.* 32. S. fol. caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso.
- petraea.* 33. S. fol. caulinis palmato-tripartitis, laciniis subtrifidis, caule ramosissimo laxo.
- caespitosa.* 34. S. fol. radicatis aggregatis linearibus integris trifidisque, caul. erecto subnudo-subbifloro. *Oed. dan. t. 71. Planta glabra: Ramulis summis viscidis. Corolla flava, lineata.*
- * * * * Foliis lobatis, Caulibus procumbentibus.
- ymbalaria.* 35. S. fol. caulinis cordatis trilobis integrisque, caul. procumbentibus.
- hederac.* 36. S. fol. caulinis ovatis lobatis, caul. filiformi flaccido.
- hypnoides.* 30. S. fol. caulinis linearibus integris trifidisque, stolonib. procumbentibus, caul. erecto nudiusculo. *Planta viscosa. Folia longius petiolata.*
- adscendens.* 31. S. fol. caulinis cuneiformibus apice dentatis, caul. adscendente subvilloso.

555. TIARELLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta: petalis integris. *Caps.* 1-locularis, 2-valuis: valvula altera maiore.

- cordifol.* 1. T. foliis cordatis.
- trifoliata.* 2. T. foliis ternatis,

556. MITELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta: petalis pinnatifidis. *Caps.* 1-locularis, 2-valuis, valvulis aequalibus.

- diphylla.* 1. M. scapo diphylo.
- nuda.* 2. M. scapo nudo.

557. SCLERANTHUS. *Cal.* I - phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.* 2, calyce inclusa.

580.

- annuus.* 1. *S.* calyc. fructus patulis.
perennis. 2. *S.* calyc. fructus clausis.
polycarpos. A. *S.* calyc. fructus patentissimis spinosis, caul. subuloso.

558. GYPSOPHILA. *Cal.* I - phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, fessilia. *Caps.* globosa, 1-ocularis.

581.

- repens.* 2. *G.* fol. lanceolatis, flamin. corolla emarginata brevioribus. *Ger. prov.* 409. t. 15. f. 2. (*excluso Plukenetii synonymo.*)
prostrata. 3. *G.* fol. lanceolatis laevibus, caul. diffusis, pistil. corolla campanulata longioribus. *Alfina angustifolia caryophylloides multiflora glabra purpurascens, radice astragaliti. Pluk. alm.* 22. t. 75. f. 2.
paniculata. 8. *G.* fol. lanceolatis icabris, coroll. reuolutis, flor. dioicis.
tomentosa. 7. *G.* fol. lanceolatis subtrineruiis tomentosis, caul. pubescente.
altissima. 5. *G.* fol. lanceolatis subtrineruiis, caulibus rectis.
Struthium. 6. *G.* fol. linearibus: axillaribus confertis teretibus.
fastigiata. 4. *G.* fol. lanceolato-linearibus obsolete triquetris laevibus obtusis secundis.
perfoliat. 9. *G.* fol. ovato-lanceolatis semiamplexicaulis.
muralis. 11. *G.* fol. linearibus planis, calycibus aphyllis, caul. dichotomo, petalis crenatis.
rigida. 10. *G.* fol. lineari-lanceolatis planis, caule dichotomo, pedunc. bifloris, petal. emarginatis.
saxifra. 12. *G.* fol. linearibus, calyc. angulatis squamis quatuor, coroll. emarginatis. *Caulis palmaris, erectus, filiformis, dichotomus. Folia linearia, acuta. Calyx cinctus foliolis 4, tubo dimidio brevioribus. Petala integerrima, emarginata, incarnato-pallida, basi striis 3 purpureis obsolatis.*

559. SAPONARIA. *Cal.* 1-phyllus, nudus. *Petala* 5, vnguiculata. *Caps.* oblonga, 1-locularis.

584.

- officinalis.* 1. S. calyc. cylindricis, fol. ouato-lanceolatis.
Vaccaria. 3. S. calyc. pyramidatis quinquangularibus, fol. ouatis acuminatis sessilibus.
cretica. 2. S. calyc. quinquangularibus striatis, caul. erecto subdichotomo, fol. subulatis.
illyrica. 7. S. calyc. subcylindricis, caul. erecto viscido-purpurescente: ramis alternis, coroll. punctatis.
Mant. 70.
Ocymoides. 4. S. calyc. cylindricis villosis, caul. dichotomis procumbentibus.
orientalis. 5. S. calyc. cylindricis villosis, caule dichotomo erecto patulo.
lutea. 6. S. calyc. teretibus, coroll. coronatis, flor. subumbellatis, fol. sublinearibus canaliculatis.

560. DIANTHUS. *Cal.* cylindricus, 1-phyllus: basi squamis 4 *Petala* 5, vnguiculata. *Caps.* cylindrica, 1-locularis.

589.

* *Flores aggregati.*

- Pulsatill.* 5. A. pedunc. inuolucrato, pet. rectis, fol. bipinnatis.
- pratensis*. 6. A. pedunc. inuolucrato, pet. apice reflexis, foliis bipinnatis.

* * * Anemones caule folioso, Seminibus caudatis.

- alpina*. 7. A. fol. caulinis ternis connatis supradecompositis multifidis, seminibus hirsutis caudatis.
- coronaria*. 8. A. fol. radicalibus ternato-decompositis, inuolucro folioso.
- hortensis*. 9. A. foliis digitatis. Anemone fol. digitatis: lobis incisif, petalis lanceolatis numerosis. *Ger. prov.* 380.
- palmata*. 2. A. fol. cordatis sublobatis, calyce hexaphyllo colorato.

* * * * Anemonoidea flore nudo, Seminibus ecaudatis.

- sibirica*. 18. A. caule unifloro, inuolucro folioso obtuso. Folia suborbiculata, ternata: foliola inciso-palmata, ciliata, petiolis hirtis.
- sylvestris*. 10. A. pedunc. nudo, fem. subrotundis hirsutis.
- virginiana*. 11. A. pedunc. alternis longissimis, fruct. cylindricis, fem. hirsutis muticis.
- decapetala*. 23. A. caule unifloro, flor. decapetalo, fol. ternatis lobatis radicalibus. *Mant.* 79.
- dichotoma*. 12. A. caule dichotomo, fol. sessilibus oppositis amplexicaulibus trifidis incisif. *Linn. dec.* 29. t. 15.
- trifolia*. 13. A. fol. ternatis ovatis integris ferratis, caule unifloro.
- quinques.* 14. A. fol. quinatis ovalibus ferratis, caule unifloro.
- nemoros.* 15. A. fem. acutis, foliol. incisif, caule unifloro.
- apennina*. 16. A. fem. acutis, foliol. incisif, petalis lanceolatis numerosis.
- ranunculoides*. 17. A. fem. acutis, foliol. incisif, pet. subrotundis, caule sub-bifloro.
- narcissifl.* 19. A. flor. umbellatis, fem. depresso-ovalibus nudis.

- fascicul.* 20. A. flor. umbellatis congestis, fol. multifidis.
Thalictroides. 21. A. flor. congestis, fol. caulinis simplicibus verticillatis, radicalibus bternatis.

695. ATRAGENE. *Cal.* 4 - phyllus. *Petala* 12
 764. *Sem.* caudata.

- zeylanic.* 1. A. cirrhis diphyllis.
alpina. 2. A. fol. duplicato - ternatis ferratis, petal. exterioribus quaternis. Clematis fol. compositis & decompositis: foliolis ternatis ferratis. *Mill. ic. t.* 284. *Plantam alpinam ab austriaca distinguendam monet. Jacq. vind.* 249.
capensis. 3. A. fol. ternatis: foliolis incisus dentatis, petalis exterioribus quinis.

696. CLEMATIS. *Cal.* 0. *Petala* 4, rarius 5
 765. *Sem.* caudata.

* *Scandentes.*

- Viticella.* 1. C. fol. compositis decompositisque: foliolis ovatis sublobatis integerrimis. *Folia floralia ovata. Petala deltoidea.*
Viorna. 2. C. fol. compositis decompositisque: foliolis quibusdam trifidis.
crispa. 3. C. fol. simplicibus ternatisque: foliolis integris trilobisue.
orientalis. 4. C. fol. compositis: foliolis incisus angulatis lobatis cuneiformibus, petalis interne villosis.
virginiana. 6. C. fol. ternatis: foliolis cordatis sublobato - angulatis scandentibus, flor. dioicis.
dioica. 5. C. fol. ternatis integerrimis, flor. dioicis.
Vitalba. 8. C. fol. pinnatis: foliolis cordatis scandentibus. *Variat Foliolis integris et incis.*
cirrhosa. 7. C. cirrhis scandentibus.
Flammula. 9. C. fol. inferioribus pinnatis laciniatis: summis simplicibus integerrimis lanceolatis. Clematis foliis pinnatis: foliolis alternis: caulinis flexuosis scandentibus. *Ger. prov.* 382.

* * *Erectae.*

- maritima.* 10. C. fol. pinnatis linearibus, caul. simplicibus hexagonis.
erecta. 8. C. fol. pinnatis : foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, flor. pentapetalis tetrapetalisque.
integrifolia. 9. C. fol. simplicibus ovato-lanceolatis, flor. cernuis.

697. THALICTRVM. *Cal. o. Petala 4 f. 5. Sem. ecaudata.*
767.

- alpinum.* 1. T. caule simplicissimo subnudo, racemo simplici terminali.
foetidum. 2. T. caule paniculato filiformi ramosissimo folioso.
tuberosum. 3. T. flor. pentapetalis. radice tuberosa. *Mill. ic. t. 265. f. 2.*
cornuti. 4. T. flor. pentapetalis, radice fibrosa.
dioicum. 5. T. floribus dioicis.
minus. 6. T. fol. sexpartitis, flor. cernuis.
sibiricum. 8. T. fol. tripartitis : foliolis subreflexis argute incis, flor. cernuis.
purpureo-scens. 7. T. fol. tripartitis, caule foliis duplo altiore, floribus cernuis.
angustifolia. 9. T. foliolis lanceolato-linearibus integerrimis.
flavum. 10. T. caule folioso sulcato, panic. multiplici erecta.
simplex. 14. T. caule folioso simplicissimo angulato. *Mant. 78.*
lucidum. 11. T. caule folioso sulcato, fol. linearibus carnosis.
aquilifolia. 12. T. fruct. pendulis triangularibus rectis, caule tereti.
contortum. 13. T. fruct. pendulis triangularibus contortis, caule subancipiti. *Distinctum a T. aquilegifolio.*

698. ADONIS. *Cal. 5 - phyllus. Petala quinque plura absque nectario. Sem. nuda.*
771.

- aestivalis.* 1. A. floribus pentapetalis, fructibus ovatis.
autumnalis. 2. A. floribus octopetalis, fructibus subcylindricis.
vernalis. 3. A. flore dodecapetalo, fructu ovato.
apennina. 4. A. floribus pentdecapetalis.

capensis. 5. A. floribus decapetalis, fructibus depresso, foliis duplicato-ternatis: foliolis serratis cordatis. *Folia biternata, radicealia: foliolis subcordatis, serratis, rigidis: Petiolis hirtis. Scapi aphylli, teretes, pilosi, terminati Umbella composita. Involucra et Involucella hexaphylla, lanceolata. Pedunculi partiales tres exteriores; tres interiores et vnicus centralis vniflorus; reliqui quadriflori. Calyx 5-phyllus, ouato-oblongus, concavus, albidus. Petala 10, lanceolata, alba, calyce duplo longiora. Filamenta multa, linearia, petalis $\frac{1}{2}$ breuiora. Antherae ouatae, paruae. Pistilla multa, in capitulum congesta. Styli extrorsum flexi, longitudine staminum. Stigmata obtusa. Foliatio iuuoluta.*

699. RANUNCULUS. *Cal. 5-phyllus. Petala 5 intra vngues poro mellifero. Sem. nuda.*

772.

* *Foliis simplicibus.*

- flammul.* 1. R. fol. ouato-lanceolatis petiolatis, caule declinato.
reptans. 2. R. fol. linearibus, caule repente. *Oed. dan. t. 108.*
Lingua. 3. R. fol. lanceolatis, caule erecto.
nodiflor. 4. R. fol. ouatis petiolatis, flor. sessilibus.
gramineus. 5. R. fol. lanceolato-linearibus striatis sessilibus, caule vnifloro, radice carnosae. *Varietas α radice bulbosa, β tuberosa est. Caulis foliis 2 alternis.*
parnassif. 6. R. fol. subouatis neruosis integerrimis petiolatis, flor. umbellatis.
amplexicaulis. 7. R. fol. ouatis acuminatis amplexicaulis, caule multifloro, radice fasciculata.
bullatus. 8. R. fol. ouatis serratis, scapo nudo vnifloro.
Ficaria. 9. R. fol. cordatis angulatis petiolatis, caul. vnifloro.
Thora. 10. R. fol. reniformibus subtrilobis crenatis: caulino sessili: floribus lanceolatis, caule subbifloro. *Iacq. obs. 25. t. 13.*

** *Foliis dissectis et diuisis.*

reticus. XI. R. fol. radicalibus reniformibus crenatis sublobatis: caulinis tripartitis lanceolatis integerrimis, caule multifloro.

- causubicus*. 12. R. fol. radicalibus subrotundo-cordatis crenatis, caulinis digitatis dentatis, caule multifloro.
- auricomus*. 13. R. fol. radicalibus reniformibus crenatis incis; caulinis digitatis linearibus, caule multifloro.
- abortivus*. 14. R. fol. radicalibus cordatis crenatis; caulinis ternatis angulatis, caule subtrifloro.
- sceleratus*. 15. R. fol. inferioribus palmatis; summis digitatis, fructibus oblongis.
- aconitifolius*. 16. R. fol. omnibus quinatis lanceolatis inciso-ferratis. *Oed. dan. t. III.*
- platani-folius*. R. fol. palmatis laevibus incis, caule erecto, bracteis linearibus. *Mant. 79.*
- illyricus*. 17. R. fol. ternatis integerrimis lanceolatis.
- asiaticus*. 18. R. fol. ternatis biternatisque: foliolis trifidis incis, caule inferne ramofo.
- rutaefol.* 19. R. fol. supradecompositis, caule simplicissimo unifolio unifloro, radice tuberosa.
- glacialis*. 20. R. calyc. hirsutis, caule bifloro, fol. multifidis.
- nivalis*. 21. R. calyc. hirsuto, caule unifloro, fol. radicalibus palmatis: caulinis multipartitis sessilibus.
- alpestris*. 22. R. fol. radicalibus subcordatis obtusis tripartitis: lobis trilobatis: caulino lanceolato integerrimo, caule subunifloro. *Folia similia R. aquatilis nantibus. Calyx reflexus. glaber. Petala alba, biloba.*
- lapponicus*. 23. R. fol. tripartitis lobatis obtusis, caule subnudo unifloro.
- monspeliacus*. 24. R. fol. tripartitis crenatis, caule simplici villoso subnudo unifloro.
- bulbosus*. 25. R. calyc. retroflexis, pedunc. sulcatis, caule erecto multifloro, fol. compositis.
- repens*. 26. R. calyc. patulis, pedunc. sulcatis, stolonibus repentibus, fol. compositis. *An varietas prioris?*
- polyanthemus*. 27. R. calyc. patulis, pedunc. sulcatis, caule erecto, fol. multipartitis.
- acris*. 28. R. calyc. patulis, pedunc. teretibus, fol. tripartito-multifidis: summis linearibus.
- lanuginosus*. 29. R. calyc. patulis, pedunc. teretibus, caule petiolisque hirsutis, fol. trifidis lobatis crenatis holosericeis.

- choerophyllus.* 30. R. calyc. retroflexis, pedunc. fulcatis, caule erecto unifloro, fol. compositis linear. multifidis.
- paruulus.* 39. R. hirtus, fol. trilobis incisus, caul. erecto subunifloro. *Mant.* 79.
- aruensis.* 31. R. sem. aculeatis, fol. superioribus decompositis linearibus.
- muricatus.* 32. R. sem. aculeatis, fol. simplicibus lobatis obtusis glabris, caule diffuso.
- parviflor.* 33. R. sem. muricatis, fol. simplicibus laciniatis acutis hirtis, caule diffuso.
- oriental.* 34. R. sem. spinoso-subulatis recurvis, calyc. reflexis, fol. multifidis.
- grandiflor.* 35. R. caule erecto bifolio, fol. multifidis: caulinis alternis sessilibus.
- falcatus.* 36. R. fol. filiformi-ramosis, scapo nudo unifloro, sem. falcatis.
- hederac.* 37. R. fol. subrotundis trilobis integerrimis, caule repente.
- aquatilis.* 38. R. fol. submersis capillaceis, emersis peltatis.

700. TROLLIUS *Cal.* 0. *Petala* circiter 14. *Capsf.* plurimae, ovatae, monospermae.

782.

- europaeus.* 1. T. coroll. conniventibus, nectariis longitudine staminum.
- asiaticus.* 2. T. coroll. patentibus, nectariis longitudine petalorum.

701. ISOPYRVM. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 3-fida, tubulata. *Capsf.* recurvae, polyspermae.

783.

- fumarioid.* 1. I. stipulis subulatis, petalis acutis.
- thalictroid.* 2. I. stipulis ovatis, petalis obtusis.
- aquileg.* 3. I. stipulis obsoletis.

702. HELLEBORVS. *Cal.* 0 *Petala* 5 f. plura.
783. *Nectaria* bilabiata, tubulata.
Caps. polyspermae, erectiu-
sculae.

- hyemalis.* 1. H. flore folio insidente.
niger. 2. H. scapo subbifloro subnudo, fol. pedatis.
viridis. 3. H. caule multifloro folioso, fol. digitatis.
foetidus. 4. H. caule multifloro folioso, fol. pedatis.
trifolius. 5. H. scapo vnifloro, fol. ternatis.

703. CALTHA. *Cal.* 0. *Petala* 5 *Nectaria* 0.
784. *Caps.* plures, polyspermae.

palustris. 1. CALTHA.

704. HYDRASTIS. *Cal.* 0. *Petala* 3. *Nectaria.* 0.
784. *Bacca* composita acinis mono-
spermis. *Ellis.*

canadens. 1. HYDRASTIS. *Warneria.* *Mill. ic.* 190. t. 285.

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

* *Calyces subquinquefidi.*

1236. PERILLA. *Styli duo! Stam. distantia.*
 722. LEONVRVS. *Antherae punctis osseis adspersae.*
 714. GLECOMA. *Antherarum paria cruciata!*
 709. HYSOPIVS. *Filamenta distantia recta! Cor. ringens.*
 713. MENTHA. *Filamenta distantia, recta. Cor subaequalis.*
 712. SIDERITIS. *Sigma alterum vaginans alterum!*
 711. LAVANDVLA. *Corolla resupinata!*
 706. TEVCRIVM. *Corollae lab. superius nullum, sed bipartitum!*
 705. AIVGA. *Corollae lab. superius staminibus brevius!*
 723. PHLOMIS. *Corollae lab. superius hirtum!*
 718. BËTONICA. *Corollae lab. superius planum, ascendens, tubo cylindrico. Stam. longitudine faucis.*
 716. LAMIVM. *Corollae lab. inferius vtrinque dente setaceo!*
 717. GALEOPSIS. *Corollae lab. inferius supra bidentatum!*
 719. STACHYS. *Corollae lab. inferius lateribus reflexum. Stam. deflorata ad latera deflexa.*
 710. NEPETA. *Corollae lab. inferius crenatum. Faux marginè reflexo.*
 707. SATVREJA. *Corolla laciniis subaequalibus. Stamina remota.*
 720. BALLOTA. *Calyx 10-friatus. Corollae lab. superius fornicatum.*
 721. MARRVBIVM. *Cal. 10-friatus. Corollae lab. superius rectum.*
 724. MOLVCCËLLA. *Calyx campanulatus, corolla amplior, dentibus spinosis.*

* * *Calyces bilabiati.*

734. SCVTELLARIA. *Calyx fructiferus operculatus!*
 727. THYMVS. *Calyx fauce villis clausus.*

732. OCYMVVM. *Corolla* resupinata! *Filamenta* bina basi processu!
735. PRVNELLA. *Filamenta* omnia apice bifurca!
736. CLEONIA. *Stigmata* 4!
733. TRICHOSTEMA. *Filamenta* longissima!
729. DRACOCEPHAL. *Corollae* faux inflato-dilatata!
726. ORIGANVM. *Strobilus* calyces colligens!
725. CLINOPODIVM. *Inuolucrum* calyces colligens.
708. THYMBRA. *Calyx* vtrinque linea ciliata carinatus. *Stylus* femibifidus. *Cor.* labia plana.
731. MELITTIS. *Cal.* tubo corollae amplior. *Corollae* lab. superius planum, integrum. *Antherae* cruciatae.
728. MELISSA. *Cal.* angulatus, scariosus, labio superiore adscendente.
730. HORMINVM. *Corollae* quatuor laciniae subaequales: quinta maiore emarginata.
737. PRASIVM. *Semina* baccata!
738. PHRYMA. *Semen* vnicum!

ANGIOSPERMIA.

* *Calyces bifidi.*

778. OBOLARIA. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* campanulata, 4-fida, *Filamenta* ex diuisuris corollae.
779. OROBANCHE. *Caps.* 1-locularis. *Cor.* subaequalis, 4-fida. *Glandula* sub basi germinis.
770. HEBENSTRETLA. *Caps.* 2-sperma. *Cor.* 1-labiata, 4-fida. *Stam.* margini laterali corollae inserta.
754. TORENIA. *Caps.* 2-locularis. *Cor.* personata. *Filamenta* duo, bifida.
793. ACANTHVS. *Caps.* 2-locularis. *Cor.* 1-labiata, 3-fida. *Antherae* villosae.
762. CRESCENTIA. *Bacca* 1-locularis. *Cor.* tubo campanulata. *Germe* pedicellatum. *Sem.* 2-locul

* * *Calyces trifidi.*

761. HALLERIA. *Bacca* 2-locul. *Cor.* 4-fida: labio superiore longiore.

* * * *Calyces quadrifidi.*

769. SELAGO. *Semen* 1, inuolutum corolla inaequali.
781. LIPPIA. *Semen* 1, biloculare. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* compressus.

743. LATHRAEA. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* personata.
Glandula sub germine.
739. BARTSIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata.
Cal. colorator.
741. EUPHRASIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata.
Antherae inferiores hinc spinosae.
740. RHINANTHVS. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata.
Capsf. compressa.
742. MELAMPYRVM. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata.
Sem. bina, gibbosa.
749. SCHWALBEA. *Capsf.* 2-locularis? *Cor.* personata.
Cal. lacin. superiores sensim minores.
785. BARLERIA. *Capsf.* 2. locularis. *Cor.* infundibuliformis.
Sem bina. *Capsf.* elastica.
767. LOESELIA. *Capsf.* 3-locularis. *Cor.* laciniis secundis.
Stam. petalo aduersa.
763. GMELINA. *Drupa* nucleo 2-locul. *Cor.* bilabiata.
Anth. binae crassiores bipartitae.
765. LANTANA. *Drupa* nucleo 2-locul. *Cor.* hypocraterif.
Stigma vncinatum.

* * * * *Calyces quinquefidi.*

1237. AVICENNIA. *Capsf.* 1-locularis, coriacea. *Cor.* labio superiore quadrato. *Sem.* vnicum.
745. TOZZIA. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* hypocrateriformis.
Sem. vnicum.
776. LIMOSELLA. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* campan. regular.
Sem. plurima.
773. BROVALLIA. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* hypocrateriformis.
Sem. numerosa.
1265. VANDELLIA. *Capsf.* 1-locularis. *Cor.* ringens.
Stam. 2 - inferiora e disco labii enata.
749. GESNERIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* supera.
756. SCROPHVLARIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* resupinata.
Lab. segmento intermedio interno.
777. STEMODIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* inaequalis.
Stam. bifida. *Anth.* geminae.
757. CELSIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* rotata.
Filamenta lanata.
775. SIBTHORPIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* rotata.
Stam. 2 et 2 approximata.
768. CAPRARIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* campanulata.
Stigma cordatum, bivalve.

758. DIGITALIS. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* campan. subtus
ventricosa. *Stam.* declinata.
759. BIGNONIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* campanulata.
Sem. alata, imbricata.
784. RVELLIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* campanulata.
Stam. per paria approximata.
772. BVCHNERA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* hypocrateriformis.
Limbi laciniis obcordatis aequalibus.
771. ERINVS. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* bilabiata : labio
superiore breuissimo reflexo.
764. PETRARA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* rotata, calyce co-
lorato minor. *Sem.* solitaria.
1264. MANVLEA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* limbus 5-partitus :
lacinia infima profundiore reflexa.
750. ANTIRRHINVM. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata subtus
Nectario prominente.
792. COLUMNEA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* ringens supra basim
gibba. *Anth.* connexae.
747. GERARDIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* hypocrat. inaequal.
Capsf. basi dehiscens. *Sem.* 1.
746. PEDICVLARIS. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata.
Sem. tunicata.
783. MIMVLVS. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata.
Cal. prismaticus.
780. DODARTIA. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata : lab. su-
periore breui, ascendente.
748. CHELONE. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* personata, inflata,
clausa. *Rudim.* filamenti 5 : ti.
782. SESAMVM. *Capsf.* 2-locularis. *Cor.* campanulata, inae-
qualis. *Rudim.* filamenti 5 : ti.
753. MARTYNIA. *Capsf.* 5-locularis. *Cor.* campanulata.
Rudim. filamenti 5 : ti.
752. CRANIOLARIA. *Capsf.* 5-locularis. *Cor.* hypocraterif.
Tubo filiformi longissimo.
794. PEDALIVM. *Nux.* bilocularis.
774. LINNAEA. *Bacca* 3-locul. sicca. *Cor.* campanul.
Cal. superus!
791. BONTIA. *Bacca* 1-sperma. *Cor.* lab. inf. reuolutum.
Sem. plicatum.
766. CORNVTIA. *Bacca* 1-sperma. *Cor.* ringens.
Stylus longissimus.
789. CLERODENDRON. *Bacca* 1-sperma. *Cor.* ringens : tub. an-
gusto. *Stam.* longissima.

788. VOLKAMERIA. *Bacca* 2-sperma. *Cor.* laciniis secundis.
Sem. bilocularia.
760. CITHAREXYLON. *Bacca* 2-sperma. *Cor.* subaequalis.
Sem. 2-locularia.
787. OVIEDA. *Bacca* 2-sperma. *Cor.* longissima: limbo
 3-fido. *Cal.* fructiferus campanulatus.
790. VITEX. *Bacca* 4-sperma. *Cor.* ringens: lab. su-
 periore trifido.
786. DVRANTA. *Bacca* 4-sperma. *Cor.* subringens tube-
 curuo. *Sem.* bilocularia.
755. BESLERIA. *Bacca* polysperma. *Cor.* inaequalis.
Bacca 1-locularis.

***** *Calyces multipartiti.*

751. CYMBARIA. *Capf.* 1-locularis. *Cor.* ringens;
Cal. multipartitus.

***** *Polypetali.*

795. MELIANTHVS. *Capf.* 4-locular. 4-loba. *Cor.* 4-petala.
 labium inferius constituens.

GYM-

GYMNOSPERMIA.

705. **AJVGA.** *Corollae* labium superius minimum.
785. *Stamina* labio superiore longiora.

orientalis. 1. A. flor. resupinatis.

pyramidalis. 2. A. tetragono-pyramidalis villosa, fol. radicalibus maximis.

alpina. 5. A. caule simplici, foliis caulinis radicalia aequantibus. *Mant. 80.*

geneuensis. 3. A. fol. tomentosis lineatis, calycibus hirsutis.

reptans. 4. A. glabra, stolonibus reptantibus.

706. **TEVCRIVM.** *Corollae* labium superius (nulum) ultra basin 2-partitum, diuaticatum vbi stamina.

786.

campanul. 1. T. fol. multifidis, flor. lateralibus solitariis.

orientale. 2. T. fol. multifidis, flor. racemosis.

Botrys. 3. T. fol. multifidis, flor. lateralibus ternis pedunculatis.

Chamaepithys. 6. T. fol. trifidis linearibus integerrimis, flor. sessilibus lateralibus solitariis, caule diffuso.

nissolia-num. 4. T. fol. trifidis quinquefidisque filiformibus, flor. pedunculatis solitariis oppositis, caul. decumbente.

pseudo-pithys. 5. T. fol. tripartitis trifidis linearibus, flor. racemosis, caul. hirto. *Ger. prou. 276. Calyces aristati.*

Iua. 7. T. fol. subtricuspidatis linearibus: flor. sessilibus lateralibus solitariis.

mauritanum. 8. T. fol. pinnato-multifidis, caule simplicissimo erecto, bracteis subulato-palmatis.

fruticans. 9. T. fol. integerrimis ellipticis subtus tomentosis, flor. lateralibus solitariis pedunculatis. *Teucrium fruticans boeticum. Dill. elth. t. 284. f. 366 368.*

latifolium. 10. T. fol. integerrimis rhombeis acutis villosis: subtus tomentosis.

creticum. 11. T. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, flor. racemosis ternis.

Marum. 12. T. fol. integerrimis ovatis petiolatis: subtus tomentosis, flor. racemosis oppositis.

- multiflor.* 13. T. fol. ouatis: superne glabris serrato-dentatis, flor. racemosis: verticillis sexfloris.
- sibiricum.* 14. T. fol. ferratis ouatis, pedunculis solitarius trifloris: intermedio sessili, bracteis lineari-lanceolatis. *Folia vtrinque nuda, ouata, serrata.*
- salicifolium.* 34. T. fol. lanceolato-ellipticis obtusiusculis integerrimis, calyc. quadrifidis solitariis. *Mant. 80.*
- asiaticum.* 33. T. fol. lanceolatis repando-ferratis basi rectangulis, flor. solitariis. *Mant. 80.*
- cubense.* 32. T. fol. obouatis serrato-incisis glabris in petiolum attenuatis, flor. solitariis pedunculatis. *Iacq. obs. 2. t. 29. e Cuba.*
- arduini.* 35. T. fol. ouatis ferratis, racemo spicato tereti sessili terminali. *Mant. 81.*
- canadense.* 15. T. fol. ouato-lanceolatis ferratis, caule erecto, racemo tereti terminali, verticillis hexaphyllis.
- virginicum.* 17. T. fol. ouatis inaequaliter ferratis, racemis terminalibus. *Caulis rubens, pubescens.*
- hircanicum.* 16. T. fol. cordato-oblongis obtusis, caule brachiato dichotomo, spicis longissimis terminalibus sessilibus spiralibus.
- Scorodonia.* 18. T. fol. cordatis ferratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto.
- massiliense.* 19. T. fol. ouatis rugosis inciso-crenatis incanis, caulibus erectis, racemis rectis secundis.
- Scordium.* 20. T. fol. oblongis sessilibus dentato-ferratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuso.
- Chamaedrys.* 22. T. fol. cuneiformi-ouatis incisis crenatis petiolatis, flor. ternis, caulibus procumbentibus subpilosis.
- lucidum.* 21. T. fol. ouatis acute inciso-ferratis glabris, flor. axillaribus ternis, caule erecto laeui.
- flauum.* 23. T. fol. cordatis obtuse ferratis: bracteis integerrimis concavis, caule fruticoso, flor. racemosis ternis.
- montanum.* 24. T. corymbo terminali, fol. lanceolatis integerrimis: subtus tomentosus.
- supinum.* 25. T. corymbo terminali, fol. linearibus: margine reuolutis.
- pyrenaeicum.* 26. T. corymbo terminali, fol. cuneiformi-orbiculatis crenatis.

- Polium.* 27. T. spicis subrotundis, fol. oblongis obtusis crenatis tomentosis sessilibus, caul. prostrato.
capitatum. 29. T. capitulis pedunculatis, fol. lanceolatis crenatis tomentosis, caule erecto.
pumilum. 28. T. capitulis terminalibus sessilibus, foliis linearibus planis quadrifariam confertis, caule procumbente tomentoso.
spinosum. 30. T. spinosum, calycib. labio superiore ovato, coroll. resupinatis, pedunc. geminis.
mucron. 31. T. fol. ferratis, spinis terminalibus, coroll. rectis!

707. SATVREIA. *Corollae* lacinae, subaequales, *Stamina* distantia.
 593.

- virgin.* 1. S. capitulis terminalibus, fol. lanceolatis.
iuliana. 2. S. verticillis fastigiatis, fol. lineari-lanceolatis.
Thymbra. 3. S. flor. verticillatis hispidis, fol. oblongis acutis.
graeca. 4. S. pedunculis subtrifloris lateralibus, inuolucellis calyce brevioribus. *Adultior infrequentibus annis corymbis solitariis; primo geminis.*
montana. 6. S. pedunculis dichotomis lateralibus solitariis, fol. mucronatis lineari-lanceolatis.
hortensis. 6. S. pedunculis bifloris.
capitata. 7. S. flor. spicatis, fol. carinatis punctatis ciliatis.
spinosa. 8. S. ramis spinosis, fol. hispidis.
viminea. 9. S. pedunc. axillaribus trifloris, inuolucris linearibus, fol. lanceolato-ouatis integerrimis.

708. THYMBRA. *Calyx* subcylindricus, bilabiatus, vtrinque linea villosa exaratus. *Stylus* semibifidus.
 795.

- spicata.* 1. T. flor. spicatis.
verticill. 2. T. flor. verticillatis.

709. HYSSOPVS. *Corollae* labium inf. lacinula intermedia crenata. *Stamina* recta, distantia.
 796.

- officinalis.* 1. H. spicis secundis, fol. lanceolatis.

- Lophanthus*. 2. H. coroll. resupinatis, staminibus inferioribus corolla brevioribus, fol. cordatis.
Nepetoid. 3. H. caule acuto quadrangulo.

710. NEPETA. *Corollae* labium inf. lacinula intermedia crenata: faux margine reflexo. *Stamina* approximata.

796.

- Cat. ria*. 1. N. flor. spicatis: verticillis subpedicellatis, fol. petiolatis cordatis dentato-ferratis.
pannonica. 2. N. flor. paniculatis, fol. cordatis petiolatis obsolete crenatis.
vil. lacea. 3. N. verticillis pedunculatis corymbosis, fol. petiolatis cordato-oblongis dentatis.
veranica. 5. N. flor. paniculatis, fol. lanceolatis ferratis sessilibus nudis.
Nepetella. 4. N. flor. racemulis: raceminis 5-floris, fol. cordato-lanceolatis dentatis tomentosis.
ru. la. 6. N. flor. racemis verticillis nudis, fol. cordato-oblongis sessilibus ferratis.
hirsuta. 7. N. flor. sessilibus verticillato-spicatis, verticillis tomento obuolutis.
italica. 8. N. flor. sessilibus verticillato-spicatis, bracteis lanceolatis longitudine calycis, fol. petiolatis.
tuberosa. 10. N. spicis sessilibus terminalibus, bracteis ovatis coloratis, fol. summis sessilibus.
scordotis. 9. N. spicis terminalibus sessilibus: bracteis subcordatis villosis, fol. cordatis obtusis.
virginica. 11. N. capitulis terminalibus, staminibus flore longioribus, fol. lanceolatis.
indica, 12. N. corollarum labio superiore integerrimo brevifimo.
multifid. 13. N. flor. spicatis, fol. pinnatifidis integerrimis.
pestina- ta. 14. N. flor. spicatis secundis, foliis cordatis nudis, caule frutescente, corollis minimis.

711. LAVANDULA. *Calyx* ovatus, subdentatus, bractea suffultus. *Corolla* resupinata. *Stamina* intra tubum

800.

- Spica*. 1. L. fol. lanceolatis integris, spicis nudis.

mul-

- multifid.* 2. L. fol. duplicato-pinnatifidis.
dentata. 3. L. fol. pinnato-dentatis, spic. comosis.
Stoechas. 4. L. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, spic. comosis.

712. **SIDERITIS.** *Stamina* intra tubum corollae.
 881. *Stigma* brevius inuoluens alterum.

- canariensis.* 1. S. fruticosa villosa, fol. cordato-oblongis acutis petiolatis, spic. verticillatis ante florescentiam nutantibus, ramis diuaticatis.
eretica. 2. S. fruticosa tomentosa, fol. cordato-oblongis obtusis petiolatis, ramis diuaticatis, spic. verticillatis.
syriaca. 3. S. fruticosa tomentoso-lanata, fol. lanceolatis integerrimis, flor. verticillatis.
perfoliata. 4. S. herbacea hispido-pilosa, fol. superioribus amplexicaulibus.
montana. 5. S. herbacea ebracteata, calycibus corolla maioribus spinosis: labio superiore trifido.
romana. 6. S. herbacea decumbens ebracteata, calycibus spinosis labio superiori ouato.
incana. 7. S. suffruticosa tomentosa, fol. lanceolato-linearibus integerrimis, flor. bracteisque dentatis.
hyssopifolia. 8. S. fol. lanceolatis glabris integerrimis, bracteis cordatis dentato-spinosis, calycibus aequalibus.
scordioides. 9. S. fol. lanceolatis subdentatis supra glabris, bracteis ouatis dentato-spinosis, calycibus aequalibus.
hirsuta. 10. S. fol. lanceolatis obtusis dentatis pilosis, bracteis dentato-spinosis, caul. hirtis decumbentibus.
lanata. 11. S. fol. cordatis obtusis villosis, calyc. muticis lanatis, spica oblonga, caule erecto.

713. **MENTHA.** *Corolla* subaequalis, 4-fida: lacinia latiore emarginata. *Stamina* erecta, distantia.
 804.

- Auricularia.* 16. M. spicis oblongis, fol. oblongis serratis pilosis festilibus, stam. corolla longioribus. *Mant. s. l.*

- syluestris*. 1. *M. spic. oblongis*, fol. oblongis tomentosiss ferratis sessilibus, stam. corolla longioribus.
- viridis*. 2. *M. spic. oblongis*, fol. lanceolatis nudis ferratis sessilibus, stam. corolla longioribus.
- rotundifolia*. 3. *M. spic. oblongis*, fol. subrotundis rugosis crenatis sessilibus.
- crispa*. 4. *M. flor. capitatis*, fol. cordatis dentatis undulatis sessilibus, stam. corollam aequantibus.
- hirsuta*. 15. *M. flor. capitatis*, fol. ovatis ferratis subsessilibus pubescentibus, stam. corolla longioribus *Mant.* 81.
- aquatica*. 5. *M. flor. capitatis*, fol. ovatis ferratis petiolatis, staminibus corolla longioribus.
- piperita*. 6. *M. flor. capitatis*, fol. ovatis petiolatis, staminibus corolla brevioribus.
- sativa*. 7. *M. flor. verticillatis*, fol. ovatis acutiusculis ferratis, stam. corolla longioribus.
- gentilis*. 8. *M. flor. verticillatis*, fol. ovatis acutis ferratis, staminibus corolla brevioribus.
- arvensis*. 9. *M. flor. verticillatis*, fol. ovatis acutis ferratis, staminibus corollam aequantibus.
- exigua*. 10. *M. flor. verticillatis*, fol. lanceolato-ovatis glabris acutis integerrimis.
- canadensis*. 11. *M. flor. verticillatis*, fol. lanceolatis serratis petiolatis pilosis, stam. corollam aequantibus.
- Pulegium*. 12. *M. flor. verticillatis*, fol. ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus, stam. corolla longioribus.
- cervina*. 13. *M. flor. verticillatis*, fol. linearibus, stam. corolla longioribus.
- canariensis*. 14. *M. flor. capitatis axillaribus dichotomis*, fol. ovatis crenatis, caule arborecente, stam. corolla brevioribus.

1236. **PERILLA.** *Calycis* lacinia suprema brevissima. *Stamina* distantia. *Styli* duo connexi. *Arduin.*

- ocymoides*. 1. **PERILLA.** *Gen. plant.* 578. *Ocimum frutescens.* *Sp. plant.* 832. *Melissa maxima* foliis ovato-oblongis ferratis utrinque acutis basi mucronato-glandulosis, spicis secundis. *Ard. spec.* 2. p. 28. t. 13.

714. GLECOMA. *Anthearum* singulorum par in formam crucis conniuens, *Calyx* 5-fidus.

807.

hederac. 1. G. fol. reniformibus crenatis.

716. LAMIVM. *Corollae* lab. sup. integrum, fornicatum; lab. inf. 2-lobum; faux vtrinque margine dentata.

808.

- Oruala.* 1. L. fol. cordatis inaequaliter arguteque serratis, corollis fauce inflata, cal. coloratis. *β.* *Oruala* garganica. *Sp. pl.* 807. *
- garganicum.* 2. L. fol. cordatis pubescentibus, corollis fauce inflata: tubo recto dente vtrinque gemino.
- laeuigatum.* 3. L. fol. cordatis rugosis, caule laeui, calyc. glabris longitudine tubi corollae.
- maculatum.* 4. L. fol. cordatis acuminatis, verticillis decemfloris. *Macula alba foliorum aestate disparet.*
- album.* 5. L. fol. cordatis acuminatis serratis petiolatis, verticillis vigintifloris.
- purpureum.* 6. L. fol. cordatis obtusis petiolatis.
- amplexic.* 7. L. fol. floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis.
- multifid.* 8. L. fol. multipartitis.

771. GALEOPSIS. *Corollae* lab. sup. subcrenatum, fornicatum; lab. inf. supra 2-dentatum.

810.

- Ladanum.* 1. G. internodiis caulinis aequalibus: verticillis omnibus remotis, cal. inertibus.
- Tetrahit.* 2. G. internodiis caulinis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, cal. subpungentibus.

Bb 5

Gale-

* PAPIAE (ORVALAE) genus e Michelio constitutum, mihi dubium antea visum *Sp. pl.* 808, deleatur e re herbaria, vtpote mera varietas *Lami* 1, ex loco umbroso rorido tecta, confirmante Horto Bononienfi literis D. Bassii.

Galeobdo- 4. *G. verticillis sexfloris: inuolucro tetraphyllo. Ge-*
lon. nus obscurum, cum corollae labium aequale, denti-
bis destitutum. Folia interdum albo-maculata.

718, **BETONICA.** *Cal. aristatus. Corollae lab. su-*
 810, *per adscendens, planiusculum;*
tubus cylindricus.

effinis. 1. *B. spic. interrupta, coroll. labii lacinia intermedia*
emarginata.

orientalis. 2. *B. spic. integra, coroll. labii lacinia intermedia in-*
tegerrima.

alopecu- 3. *B. spic. basi foliosa, coroll. galea bifida. Folia cau-*
ros. lina duabus oppositionibus. Bracteae integerrimae.
Corollae ochroleucae.

heraclea. 4. *B. spica calycibus lanatis: dentibus filiformibus,*
fol. lanceolatis nudis. Mant. 83.

719. **STACHYS.** *Corollae lab. super. fornicatum:*
 811. *lab. inferius lateribus reflexum:*
intermedia maiore emarginata.
Stamina deflorata versus latera
reflexa.

sylvatica. 1. *S. verticillis sexfloris, fol. cordatis petiolatis.*

palustris. 2. *S. verticillis sexfloris, fol. lineari-lanceolatis semi-*
amplexicaulibus.

alpina. 3. *S. verticillis multifloris, foliorum ferraturis apice*
cartilagineis, corollis labio plano.

germani- 4. *S. verticillis multifloris: foliorum ferraturis imbr-*
ca. catis, caule lanato.

cretica. 5. *S. verticillis triginta-floris, calycibus pungentibus,*
caule hirto.

glutinosa. 6. *S. ramis ramosissimis, fol. lanceolatis glabris.*

spinosa. 7. *S. ramulis spina terminatis.*

oriental. 8. *S. fol. tomentosis ovato-lanceolatis: floralibus ver-*
ticillo brevioribus.

- palæstina.* 12. S. flor. subspicatis, fol. lanceolatis sessilibus tomentosis rugosis integerrimis, calyc. muticis. *Sp. pl.* 1674. Folia tomentoso-alba. Calyx subdecagonus. Corollae Lab. superius concavum, integrum, purpurascens, margine laterali linea purpurea: L. inferius purpurascens: media maiore concava. Fauce albo-maculata.
- maritima.* 13. S. fol. cordatis obtusis tomentosis crenatis, bracteis oblongis integerrimis. *Mant.* 82.
- aethiopica.* 14. S. verticillis bifloris. *Mant.* 82.
- hirta.* 10. S. verticillis sexfloris, caulibus prostratis, coroll. labio superiore bifido diuariato reflexo.
- recta.* 15. S. verticillis subspicatis, fol. cordato-ellipticis crenatis scabris, caul. adscendentibus. *Mant.* 82.
- annua.* 9. S. verticillis sexfloris, fol. ovato-lanceolatis trinerviis laevibus petiolatis, caul. erecto.
- aruensis.* 11. S. verticillis sexfloris, fol. obtusis nudiusculis, corollis longitudine calycis, caul. debili-

720. **BALLOTTA.** *Cal.* hypocrateriformis, 5-dentatus, 10-striatus. *Corollae* lab. sup. crenatum, concavum.

814.

- nigra.* 1. B. fol. cordatis indivisis ferratis, calycibus acuminatis-
- alba.* 2. B. fol. cordatis indivisis ferratis, calycibus subtruncatis. *Fl. suec.* 2. n. 540. an varietas praecedentis?
- lanata.* 3. B. fol. palmatis dentatis, caule lanato.
- suaueolens.* 4. B. fol. cordatis, spicis foliosis, calycibus truncatis: aristis linearibus. *Sem.* 4. legit. *Iacq. amer.* 172.
- disticha.* 5. B. verticillis dimidiatis bipartitis semispicatis. *Mant.* 82.

721. **MARRUBIUM.** *Cal.* hypocrateriformis, rigidus. 10-striatus. *Corollae* lab. sup. 2-fidum, lineare, rectum.

815.

* *Calycibus* 5-dentatis.

- Alysson.* 1. M. fol. cuneiformibus quinquedentatis plicatis, verticillis involucri destitutis.

- peregrinum.* 2. M. fol. ovato-lanceolatis ferratis, calycum denticulis setaceis. *Dill. elth.* 219. t. 175. f. 214.
- candidissimum.* 3. M. fol. subovatis lanatis superne emarginato-crenatis, denticulis calycinis subulatis. *Dill. elth.* 218. t. 174. t. 214.
- supinum.* 4. M. dentibus calycinis setaceis rectis villosis.

* * *Calycibus 10-dentatis.*

- vulgare.* 5. M. dentibus calycinis setaceis, uncinatis.
- africanum.* 6. M. fol. cordatis subrotundis emarginato-crenatis. *Coroll. galea emarginata, pilosa.*
- crispum.* 10. M. fol. cordatis subrotundis crenato-subdentatis, calyc. decedentatis muticis. *Sp. pl.* 1674. *Caulis suffruticosus, erectus, hirtus. Folia petiolata, rugosissima, crenata, subtomentosa, subtus pilosa. Calyx infundibulif. 10-dentatus. Corolla purpurascens, non pilosa: Lab. superiore subrotundo, obtuso, integro; L. inferiore 3-fido: intermedia bifida; lateralibus porrectis. Antherae non ultra faucem, diversu species a Marrubio dictamni spurii foliis et facie. Herm. par. t. 200. cui Lab. superius lanceolatum barbatum et stamina longitudine labii. Affine M. africano.*
- hispanicum.* 7. M. calycum limbis patentibus: denticulis acutis. *Coroll. Lab. super. 3. f. 4-fidum.*
- Pseudo-dictamn.* 8. M. calycum limbis planis villosis, foliis cordatis concavis, caule fruticoso.
- acetabulosum.* 9. M. calycum limbis tubo longioribus membranaceis: angulis maioribus rotundatis.

722. LEONVRVS. *Antherae punctis nitidis ad-*
817. *sperfae.*

- Cardiaca.* 1. L. fol. caulinis lanceolatis trilobis.
- Marubium.* 3. L. fol. ovatis lanceolatisque ferratis, calycibus sessilibus spinosis.
- tataricus.* 4. L. fol. tripartitis laciniatis, calycibus villosis. *ex india orientali magis glabra.*
- sibiricus.* 5. L. fol. tripartitis multifidis linearibus obtusiusculis.

723. PHLOMIS. *Cal.* angulatus. *Corollae* lab. superius incumbens, compressum, villosum.

818.

- fruticosa*. 1. P. fol. subrotundis tomentosis crenatis, inuolucris lanceolatis, caule fruticoso.
- purpurea*. 1. P. inuolucris linearibus obtusis calyce breuioribus, fol. cordatis oblongis tomentosis, caul. suffruticoso.
- Nissolii*. 3. P. fol. radicalibus cordato-sagittatis vtrinque tomentosis villosis.
- Lychnitis*. 4. P. fol. lanceolatis tomentosis: floralibus ouatis, inuolucris fetaceis lanatis.
- laciniata*. 5. P. fol. alternatim pinnatis: foliolis laciniatis, calycibus lanatis.
- famia*. 6. P. fol. ouatis subtus tomentosis, inuolucris subulatis strictis tripartitis.
- Herba venti*. 7. P. inuolucris fetaceis hispidis, foliis ouato oblongis scabris, caule herbaceo.
- tuberosa*. 8. P. inuolucris hispidis subulatis, foliis cordatis scabris, caule herbaceo.
- zeilanica*. 9. P. fol. lanceolatis subserratis, capitulis terminalibus, calycibus octodentatis. Clinopodium hysopii latioribus foliis maderaspat. *Pluk. phyt. t. 164. f. 2.* Herba admirationis. *Rumph. amb. 6. p. 39. t. 16. f. 1.* β Leonurus indicus. *Sp. plant. 817.* \odot Caulis statara Phlom. Leonuri, bipedalis, erectus, herbaceus, tetragonus, obtusius. Folia lanceolata, subtomentosa, lineata, petiolata, remote subserrata, internodiis longiora. Verticilli subterminales inuolucro subulato. Calyx oblique deorsum truncatus, obsolete 7-dentatus: dente superiore longiore. Corolla alba: Lab. sup. hirsuto, breuissimo, fornicato, clauso, integro. Lab. inferiore magno, patente, 2-fido: intermedia ampla, subplicata: media vix triloba. Antherae nigrae, compressae, truncatae. Stigma alterum sessile supra stylum pone apicem: alterum inferius, subulatum, acutum.
- indica*. 10. P. inuolucris linearibus, calycibus unilabiatis obliquis, fol. ouatis pilosis.

- nepetifolia*, 11. P. fol. cordatis acutis ferratis subtomentosis, calyc. septemdentatis aristatis: suprema maiore, caul. herbaceo ☉. Caulis *simplex, erectus, quadrangulus, obtusus*. Folia *cordata, obtusiuscule profundeque serrata, subtomentosa, viridia*. Petioli *longitudine foliorum*. Verticilli *aliquot versus apices globosi, multiflori*. Calyx *subpilosus, cylindricus limbo spinoso, acutissimo; dente superiore duplo maiore; praeterea dentes 4-6 parvi*. Corolla *villosa, facie et colore Ph. Leonuri, sed triplo minor: Lab. super. teretiusculo, longo, emarginato; Lab. infer. breui, 3 fido, laeui*. Involucrum *subulatum, reflexum*. Stamina *per paria cohaerentia*. Stigmata *2, filiformia: superiore dimidio breuiore*.
- Leonurus*. 12. P. fol. lanceolatis ferratis, calycibus decagonis decemdentatis muticis, caule fruticoso.
- Leonotis*. 13. P. fol. ouatis obtusis subtomentosis crenatis, calyc. septemdentatis aristatis, caule fruticoso. *Mant. 83. Affinis. P. Leonuri.*

724. MOLVCELLA. Cal. campanulatus, ampliatuſ, corolla latior, spinofus.

821.

- laeuis*. 1. M. calycibus campanulatis subquinquedentatis: denticulis aequalibus.
- spinosa-frutesc.* 2. M. calycibus ringentibus octodentatis.
3. M. calycibus infundibuliformibus quinquefidis, coroll. calyce longioribus. *Corolla calyce duplo longior. Persica demum Italica facta. Specimen persicum. Foliis magis pubescentibus, serraturis acutioribus, calycis laciniis obouatis, membranaceis, acutioribus, subtridentatis; certe eadem; Cl. Burmannus misit.*

725. CLINOPODIVM. Involucrum multiferum, verticilo subiectum.

821.

- vulgare*. 1. C. capitulis subrotundis hispidis, bracteis fetaceis.
- incanum*. 2. C. fol. subtus tomentosis, verticillis explanatis, bracteis lanceolatis.

rugo-

rugosum. 3. C. fol. rugosis, capitulis axillaribus pedunculatis explanatis radiatis.

726. ORIGANVM. *Sirobilus* tetragonus, spicatus, calyces colligens.

822.

- ægyptiac.* 1. O. fol. carnosis tomentosis, spic. nudis.
- Diētamn.* 2. O. fol. inferioribus tomentosis, spicis nutantibus.
- spylum.* 3. O. fol. omnibus glabris, spicis nutantibus.
- creticum.* 4. O. spicis aggregatis longis prismaticis rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus.
- smyrnaeum.* 5. O. fol. ouatis acutis ferratis, spicis congestis umbellatim fastigiatis.
- heracleoticum.* 6. O. spicis longis pedunculatis aggregatis, bracteis longitudine calycum.
- vulgare.* 7. O. spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ouatis.
- Onites.* 8. O. spicis oblongis aggregatis hirsutis, fol. cordatis tomentosis.
- syriacum.* 9. O. spicis longis ternatis pedunculatis villosis, fol. ouatis villosis.
- Maru.* 10. O. spicis hirsutis, fol. ouatis tomentosis sessilibus.
- Maiorana.* 11. O. fol. ouatis obtusis, spicis subrotundis compactis pubescentibus.

727. THYMVS. *Calycis* bilabiati faucibus villis clausa.

825.

- Serpylum.* 1. T. flor. capitatis, caulibus repentibus, fol. planis obtusis basi ciliatis. *Calycis dentes ciliati.*
- vulgaris.* 2. T. erectus, fol. reuolutis ouatis, flor. verticillato-spicatis.
- Zygis.* 3. T. flor. verticillato-spicatis, caule suffruticoso, erecto, fol. linearibus basi ciliatis.
- Acinos.* 4. T. flor. verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, fol. acutis ferratis.
- alpinus.* 5. T. verticillis sexfloris, fol. obtusiusculis concavis subserratis.

- Piperella*. T. pedunc. multifloris lateralibus, fol. ovatis obtusis glabris nervosis integerrimis. Marum hispanicum nigrum. *Bocc. mus. 2. p. 166. t. 117. Barr. rar. 354. t. 694. Habitat in Hispania. Similis Melissae Nepetae, sed glabra, Foliis minutis. Dau. Royen.*
- cephalotus*. 6. T. capitulis imbricatis magnis, bracteis ovatis, fol. lanceolatis,
- villosus*. 7. T. capitulis imbricatis magnis, bracteis dentatis, fol. setaceis pilosis.
- Tragorianum*. 8. T. flor. verticillatis, caule suffruticoso erecto, fol. hispida acuminatis. *Mant. 84.*

728. MELISSA. *Calyx* aridus, supra planiusculus: lab. superiore subfastigato. *Corollae* lab. super, subfornicatum 2-fidum; lab. inf. lobo medio cordato.

827.

- officinal*. 1. M. racemis axillaribus verticillatis: pedicellis simplicibus.
- grandifl.* 2. M. pedunc. axillaribus dichotomis longitudine florum.
- Calamintha*. 3. M. pedunc. axillaribus dichotomis longitudine foliorum.
- Nepeta*. 4. M. pedunc. axillaribus dichotomis folio longioribus, caule ascendente hirsuto. *Caules duriusculi, uti tota planta hirsuti. Folia subcordata, supra glabra. Bractee subulatae. Corolla subcaerulea, palato albo caeruleoque marginato.*
- cretica*. 5. M. racemis terminalibus, pedunculis solitariis brevissimis. *Similis M. Nepetae. Caulis palmaris humilis, rectus, atropurpurascens. Folia ovata, parce obtuseque serrata. Verticilli plurimi; e Pedunculis vixifloris, aphyllis, instar racemi ramos terminantes: Bracteis lanceolatis. Calyces fusci. Corollae albo-purpurascens.*
- fruticosa*. 6. M. ramis attenuatis virgatis, fol. subtus tomentosis, caule fruticoso. *Calamintha montana incana minor. Moris. hist. 3. p. 413. n. 6.*

729. DRACOCEPHALVM. *Corollae* faux inflata:
828. lab. sup. concauum.

- virgin.* 1. D. flor. spicatis, fol. lanceolatis ferratis.
canariense. 2. D. flor. spicatis, fol. compositis.
pinnatum. 3. D. flor. spicatis, fol. cordatis pinnato-sinuatis.
peregrinum. 4. D. flor. subspicatis, fol. caulinis ouato-oblongis incis-
austriac. 5. D. flor. spicatis, fol. bracteisque linearibus partitis
 spinosis.
Ruyshiana. 6. D. flor. spicatis, fol. bracteisque lanceolatis indiuisis
 muticis.
grandifl. 8. D. flor. verticillatis, fol. ouatis inciso-crenatis, bra-
 cteis lanceolatis integerrimis.
sibiricum. 7. D. flor. subuerticillatis, pedunc. bifidis secundis,
 fol. cordato-oblongis acuminatis nudis.
Moldauica. 9. D. flor. verticillatis, bracteis lanceolatis: ferraturis
 capilaceis.
canescens. 10. D. flor. verticillatis, bracteis oblongis: ferraturis
 spinosis, fol. subtomentosis.
peltatum. 9. D. flor. verticillatis, bracteis orbiculatis ferrato-cilia-
 tis.
nutans. 10. D. flor. verticillatis, bracteis oblongis ouatis integerrimis,
 corollis maiusculis nutantibus.
thymiflorum. 11. D. flor. verticillatis, bracteis oblongis integerrimis,
 corollis vix calyce maioribus.

730. HORMINVM. *Calyx* campanulatus: laciniis
831. 4 subaequalibus; 5-ta maiore
emarginata. *Corollae* lab. superius
concauum.

- pyrenaeicum.* 1. H. fol. ouatis obtusis, caule nudo. *Bractee* ouatae
acuminatae integerrimae. Affinis Dracocephalo.
virginie. 2. H. fol. cuneiformi-oblongis, caule bifolio.

731. MELITTIS. *Calyx* tubo corollae amplior.
 832. *Corollae* lab. sup. planum ;
 lab. inf. crenatum. *Antherae* cru-
 ciatae.

melissoph. I. MELITTIS.

732. OCYMVUM. *Calyx* lab. superiore orbiculato ;
 832. inferiore quadrifido. *Corollae* re-
 supinatae alterum lab. 4-fidum ;
 alterum indiuisum. *Filamenta*
 exteriora basi processum emi-
 tentia.

- thyrsiflo-* 8. O. flor. paniculato-fasciculatis, caul. ramosissimo.
rum. *Mant.* 84.
monacho- 9. O. staminibus edentulis : alternis basi barbatis. *Mant.*
rum. 85.
gratissi- 2. O. caule suffruticoso, fol. lanceolato-ouatis, race-
num. mis teretibus. (*Excluso Rumphii synonymo.*) *Caulis*
basi perennans, strictus. Folia costa supra tomentoso-
canescente. Spicae ante anthesin tetragonae bracteis
subulato-prominentibus. Bracteeae cordatae, acutae.
Flores parui. Corollae albae antheris luteis.
album. 10. O. fol. ouatis obtusis : verticillis racemorum appro-
 ximatis : nubilibus tetragonis, corollis crenatis.
Mant. 85.
Basilicum. 3. O. foliis ouatis glabris, calycibus ciliatis.
minimum. 4. O. fol. ouatis integerrimis.
sacrum. 11. O. fol. oblongiusculis obtusis ferratis vndulatis, cau-
 le hirtio, bracteis cordatis. *Mant.* 85. *Caulis al-*
iro-purpureus.
america- 5. O. fol. sublanceolatis acuminatis subferratis, racemis
num. teretibus, caule subherbaceo.
tenuiflo- 6. O. fol. ouato-oblongis ferratis, bracteis cordatis re-
rum. flexis concavis, spicis filiformibus.
menthoi- 7. O. fol. lineari-lanceolatis ferratis.
des.
scutellari- 8. O. coroll. falcatis, pedicellis ramosis. *Mant.* 84.
oides.

733. TRICHOSTEMA. *Corollae* labium superius falcatum. *Stamina* longissima.

834.

dichotom. 1. T. staminibus longissimis exsertis.
brachiat. 2. T. staminibus breuibus inclusis.

734. SCVTELLARIA. *Calyx* ore integro: post florescentiam clauso, operculato.

834.

- oriental.* 1. S. fol. incisif subtus tomentosif, spic. rotundato-tetragonif.
- alpina.* 2. S. fol. cordatif incisif-ferratif crenatif, spic. imbricatif rotundato-tetragonif.
- supina.* 3. S. fol. cordatif incisif-ferratif acutif glabrif, spic. imbricatif rotundato-tetragonif.
- lateriflor.* 4. S. flor. laeuibuf carina scabrif, racemif lateralibuf foliofif.
- galericul.* 5. S. fol. cordato-lanceolatif crenatif, flor. axillaribuf.
- hastifolia.* 6. S. fol. integerrimif: inferioribuf hastatif; superioribuf sagitatif.
- minor.* 7. S. fol. cordato-ouatif subintegerrimif, flor. axillaribuf.
- integri-folia.* 8. S. fol. sessilibuf ouatif: inferioribuf obfolete ferratif: superioribuf integerrimif.
- hauanenfif.* 14. S. fol. cordato-ouatif crenatif axillaribuf, coroll. labio vtroque trifido. *Jacq. obs. 2. t. 30. Planta procumbens, herbacea, tenella. Pedunculi axillares, uniflori.*
- hyffopifol.* 9. S. fol. lanceolatif.
- peregrin.* 10. S. fol. subcordatif ferratif, spic. elongatif fecundif. *Varietas floribuf albis craffior gaudet foliif subpilofif.*
- indica.* 11. S. fol. subouatif crenatif petiolatif, racemif nudiuſculif.
- altiffima.* 12. S. fol. cordato-oblongif acuminatif ferratif, spicif subnudif.

cretica. 13. *S. villosa*, fol. cordatis obtusis obtuseque ferratis, spic. imbricatis: bracteis fetaceis.

735. PRVNELLA. *Filamenta* bifurca: altero apice antherifera. *Stigma* bifidum.

837.

vulgaris. 1. *P.* fol. ovato-oblongis petiolatis.

grandifl. 2. *P.* caerulea, magno flore.

laciniata. 2. *P.* fol. ovato-oblongis petiolatis: supremis quatuor lanceolatis dentatis.

hyssopif. 3. *P.* lanceolato-linearibus ciliatis subsessilibus.

736. CLEONIA. *Filamenta* bifurca: apice altero antherifera. *Stigma* quadrifidum.

837.

lusitanica I. CLEONIA.

737. PRASIVM. *Baccae* 4, monospermae.

835.

maius. 1. *P.* fol. ovato-oblongis ferratis.

minus. 2. *P.* fol. ovatis crena vtrinque duplici. *An varietas praecedentis?*

738. PHRYMA. *Semen* vnicum.

838.

Leptostachya. I. PHRYMA.

ANGIOSPERMIA.

739. BARTSIA. *Cal.* 2-lobus, emarginatus, coloratus. *Corola* minus ipso calyce colorata; labio superiore longiore. *Capsula* 2-ocularis.

839.

coccinea. 1. *B.* fol. alternis linearibus vtrinque bidentatis.

pallida. 2. *B.* fol. alternis lanceolatis integerrimis: floralibus ovatis dentatis.

- viscosa* 3. B. fol. superioribus alternis ferratis, flor. distantibus lateralibus. *Ger. prou. 283.*
alpina. 4. B. fol. oppositis cordatis obtuse ferratis.

740. RHINANTHVS. *Cal.* 4-fidus, ventricosus.
 840. *Capsula* 2-ocularis, obtusa, compressa.

- oriental.* 1. R. corollis labio superiore subulato incuruo.
Elephas. 2. R. corollis labio superiore subulato recto.
Cristagall. 3. R. corollis labio superiore compresso brevior.
Trixago. 4. R. calycibus hirsuto-tomentosis, foliis oppositis obtuse ferratis, caule simplicissimo.
capensis. 6. R. calycibus tomentosis, bracteis ovatis, fol. lanceolatis dentatis. *Buchnera africana*, foliis dentatis oppositis, calycibus subtomentosis fructu longioribus. *Sp. plant. 879. Planta facie Trixaginis a exsiccatione tota nigra euadens. Folia lanceolata, utrinque dentibus 4. s. 3. Spica oblonga Bracteis tomentosis, ovatis, parum acuminatis. Calyces tomentosi, quadrifidi, obtusi, uti Cristae galli.*
indica. 5. R. fol. sublanceolatis pilosis integerrimis.
virginic. 6. R. corollis fauce patentibus, fol. sinuato-dentatis.

741. EVPHRASIA. *Cal.* 4-fidus, cylindricus. *Caps.*
 841. 2-ocularis, ovato-oblonga. *Antherae* inferiores altero lobo basi spinosae.

- latifolia.* 1. E. fol. dentato-palmatis, flor. subcapitatis. *Bractae palmatae, subhirsutae.*
officinal. 2. E. fol. ovatis lineatis argute dentatis.
tricuspid. 3. E. fol. linearibus tridentatis. *Folia linearia dente utrinque unico. Corolla similis E. officinali.*
Odontites. 4. E. fol. linearibus: omnibus ferratis.
lutea. 5. E. fol. linearibus ferratis: superioribus integerrimis.
linifolia. 6. E. fol. linearibus: omnibus integerrimis, calyc. glabris. *Ger. prou. 285. (exclusa β varietate).*

viscosa. 7. E. fol. linearibus, calyc. glutinoso-hispidis. *Mant. 86.*

742. MELAMPYRVM. *Cal.* 4-fidus. *Corollae* lab. sup. compressum, margine replicato. *Caps.* 2-locularis obliqua, hinc dehiscens. *Semina* 2-gibba.

842.

cristatum. 1. M. spicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis.

aruenfe. 2. M. spicis conicis laxis: bracteis dentato-fetaceis coloratis.

uemoro-sum. 3. M. flor. secundis lateralibus: bracteis dentatis: summis coloratis sterilibus, calyc. lanatis.

pratense. 4. M. flor. secundis lateralibus, fol. coniugationibus remotis. coroll. clausis

syluaticum. 5. M. flor. secundis lateralibus, fol. coniugationibus remotis, coroll. hiantibus

743. LATHRAEA. *Cal.* 4-fidus. *Glandula* depressa, ad basin futurae germinis. *Cap'ula* 1-ocularis.

843.

Clandest. 1. L. caule ramofo subterrestri, flor. erectis solitariis.

Phelypea. 2. L. corollis campanulato-patentibus.

Anbelatum. 3. L. corollarum labiis indiuisis.

Squama-ria. 4. L. caule simplicissimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido.

744. SCHWALBEA. *Cal.* 4-fidus: lobo superiore minimo; infimo maximo emarginato.

844.

americ. 1. SCHWALBEA.

745. TOZZIA. *Calyx* 5-dentatus *Capsula* unilocularis, globosa, monosperma.

844.

alpina. 1. TOZZIA.

746. PEDICULARIS. *Calyx 5-fidus. Capsula 2-locularis, mucronata, obliqua. Semina tunicata.*

845.

- palustris.* 1. P. caule ramoso, calycibus cristatis calloso-punctatis, corollis labio obliquis.
- sylvatica.* 2. P. caule ramoso, calycibus oblongis angulatis laevibus, corollis labio cordato.
- rostrata.* 3. P. caule declinato subramoso, corollis galea rostrato-acuminatis, calycibus cristatis subhirsutis. Pedicularis, caulibus reflexis, spica laxa purpurea. *Seguer. 3. p. 125. Caulis simplex s. varius ramosus.*
- Sceptrum Carolin.* 4. P. caule simplici, floribus terno-verticillatis, corollis clausis, calycibus cristatis, capsulis regularibus.
- verticillata.* 5. P. caule simplici, foliis quaternis.
- resupinata.* 6. P. caule simplici, fol. lanceolatis ferratis crenulatis, flor. resupinatis.
- recutita.* 7. P. caule simplici, staminibus floris palea longioribus. *Caulis simplex. Folia pinnatifida, serrata. Spica subfoliosa. Calyces colorati. Corolla purpurea: galea obtusa, nec rostrata.*
- triflora.* 8. P. caule simplici, corollarum galeis margine villosis.
- flammea.* 9. P. caule simplici, foliis pinnatis retro-imbricatis.
- hirsuta.* 10. P. caule simplici, fol. dentato-pinnatis linearibus, calycibus hirsutis. Pedicularis pinnis foliorum acute pinnatis, floribus obtusis purpureis spicatis. *Allion. pedem. 52. t. 12. f. 1.*
- incarnata.* 11. P. caule simplici, fol. pinnatis ferratis, calycibus bifidis obtusis.
- comosa.* 13. P. caule simplici, spica foliosa, corollis galea acuta emarginata, calycibus quinquedentatis. Pedicularis foliis bis pinnatis, calyce non cristatis, floribus ochroleucis in spicam nudam congestis. *Allion. pedem. 50. t. 12. f. 1. (non vero tab. 11. f. 2.)*
- foliosa.* 15. P. caule simplici spica foliosa, corollis galea obtusissima integra, calyc. quinquedentatis. *Mant. 86.*

canaden 16. P. caule simplici, spica subfoliosa, corollis galea fetaceo-bidentata, calyc. deorsum truncatis. *Mant.* 86.

tuberosa. 14. P. caule simplici, calycibus crenatis, corollis galea rostrato-adunca. Pedicularis alpina lutea. (L. B. *Segu. ver.* 3. p. 126. *Folia Millefolii. Lanugo ad folia* & *calyces.*

747. GERARDIA. *Cal.* 5-fidus. *Corolla* 2-labiata: lab. inf. 3-partito: lobis emarginatis: medio 2-partito. *Capsf.* 2-ocularis, dehiscens.

848.

tuberosa. 1. G. fol. subouatis tomentosis repandis longitudine caulis.

delphinif. 2. G. fol. linearibus pinnatifidis, caule subramoso.

purpurea. 3. G. fol. linearibus. *Confer. Pluk. phyt.* 12. f. 2.

flava. 4. G. fol. lanceolatis pinnato-dentatis, caule simplicissimo.

pedicula- 5. G. fol. oblongis duplicato-ferratis, caule paniculato, *ria.* calycibus crenatis. *Affinis Pedicular. tristi.*

gluinosa. 6. G. fol. ouatis ferratis, bracteis linearibus hispidis.

748. CHELONE. *Cal.* 5-partitus. *Rudimentum* filamenti quinti inter suprema stamina. *Capsf.* 2-ocularis.

849.

glabra. 1. C. fol. petiolatis lanceolatis ferratis; summis oppositis.

obliqua. 4. C. fol. petiolatis lanceolatis ferratis oppositis. *Mill. dict.* Chelone glabra β . *Sp. plant.* 442. *Millerus* distinguit hanc a praecedenti: *Radice minus repente, Foliis latioribus, profundius ferratis: floribus purpureis.*

hirsuta. 2. C. caule foliisque hirsutis. *an mera varietas sequentis?*

Pentstemon. 3. C. fol. amplexicaulibus, panicula dichotoma. *Cynorhynchium* nou' *auglicanum* digitali accedens herba quadricapsularis, floribus albis rictum caninum referentibus. *Pluk. mant.* 62 β . *Dracoccephalus hirsutus, lysimachiae* foliis latioribus hirsutus, *Mori: hist.* 3. p. 407. f. 11. t. 21. f. 3. *Caulis teres, pubescens. Corolla violacea, rictu clauso.* 4.

749. GESNERIA. Cal. 5-fidus, germi infidens.
 850. Corolla incurua recuruaque.
 Capsula infera, 2-ocularis.

- humilis.* 2. G. fol. lanceolatis ferratis sessilibus, pedunculis ramosis multifloris.
acaulis. 1. G. fol. lanceolato-ouatis ferratis subpetiolatis terminali-confertis, pedunculis trifloris folio breuioribus.
tomentos. 3. G. fol. ouato-lanceolatis crenatis hirsutis, pedunculis lateralibus longissimis corymbiferis. *Jacq. amer. 179.* Gesneria erecta, fol. lanceolatis rugosis hirsutis, pedunculis longissimis ramosis ex alis superioribus. *Brow. jam. 261.*

750. ANTIRRHINVM. Cal. 5-phyllus. Corollae basis deorsum prominens, nectarifera. Capsula 2-ocularis.

* *Foliis angulatis.*

- Cymbala-* 1. A. fol. cordatis quinquelobis alternis, caulibus procumbentibus:
ria.
Elatine. 2. A. fol. hastatis alternis, caulibus procumbentibus.
spurium. 3. A. fol. ouatis alternis, caulibus procumbentibus.
aegyptiac. 4. A. fol. hastatis, caule erecto ramosissimo, pedunculis rigescentibus. *Similimum A. Elatines.* Caules erecti, virgati, vix pubescentes. Folia cordata, angulis inferiorum duobus vtrinque, superiorum dente unico. Corollae similes *Elatines*, luteae, sed absque nigra macula, at palato purpurascens punctato: Labium superius emarginatum pallidum. Calcar caeruleum, recuruum, longitudine floris. Pedunculi reiectis floribus rigent tamquam spinae.

* * *Foliis oppositis.*

- triphyll.* 8. A. fol. ternis ouatis. *Linaria sicula latifolia triphylla.* *Bocc. sic. 44. t. 22.*
triori- 10. A. fol. quaternis lanceolatis, caule erecto ramoso, flor. pedunculatis.
thophor.

- purpur.* 11. A. fol. quaternis linearibus, caule erecto spicato.
repens. 16. A. fol. linearibus confertis: inferne quaternis, cal.
 capsulam æquantibus.
monspes- 15. A. fol. linearibus confertis, caule nitido paniculato,
sulanum. pedunc. spicatis nitidis. *Affinis maxime A. re-*
pentis.
sparteum. 14. A. fol. subulatis canaliculatis carnosis: inferioribus
 ternis, caule paniculato corollisque glaberrimis.
bipuncta- 13. A. fol. linearibus glabris: inferioribus quaternis,
tum. caule erecto paniculato, flor. spicato-capitatis.
triste. 9. A. fol. linearibus sparsis: inferioribus oppositis,
 nectariis subulatis, flor. subsessilibus. *Linaria his-*
panica procumbens. Mart. dec. 35. f. 2. Caules
radicales plures, glabri, saepius decumbentes. Folia
linearia, subcarnosa, conuexa, rore glauca. Capi-
tulum ante anthesin simile A. aruensi, calyce & bra-
cteis solis pubescentibus. Corolla colore Loti jaco-
baei, calcare striato.
supinum. 24. A. fol. subquaternis linearibus, caule diffuso, flor.
 racemosis, calcari recto.
aruense. 17. A. fol. sublinearibus: inferioribus quaternis, calyci-
 bus piloso-viscidis, flor. spicatis, caule erecto.
pelisseria- 18. A. fol. caulinis linearibus alternis: radicalibus lan-
num. ceolatis ternis, flor. corymbosis.
saxatile. 20. A. foliis lanceolato linearibus sparsis villosis: infe-
 rioribus quaternis, caule decumbente, floribus
 spicatis. *Herba tota pubescens.*
viscosum. 19. A. fol. radicalibus quaternis lanceolatis, caulinis li-
 nearibus alternis, calycibus villosis cauli approx-
 imatis.
multicaul. 22. A. fol. quinis linearibus carnosis, flor. capitatis.
glaucum. 21. A. fol. quaternis subulatis carnosis, caulibus erectis,
 flor. spicatis.
alpinum. 23. A. fol. quaternis lineari-lanceolatis glaucis, caule
 diffuso, flor. racemosis calcari recto.
licorne. 25. A. fol. oppositis ovato-oblongis ferratis, caule ere-
 cto, flor. racemosis, capsulis bicornibus.
villosum. 5. A. fol. omnibus oppositis ovatis villosis, caulibus
 simplicibus, flor. oppositis lateralibus.
origanifol. 6. A. fol. plerisque oppositis oblongis, flor. alternis.

minus. 7. A. fol. plerisque alternis lanceolatis obtusis, caule ramosissimo diffuso.

* * * *Foliis alternis.*

dalmaticum. 28. A. fol. alternis cordatis amplexicaulis.

hirtum. 29. A. fol. lanceolatis hirtis alternis, flor. spicatis, foliolo calycino supremo maximo.

genistifol. 31. A. fol. lanceolatis acuminatis, panicula virgata flexuosa.

iunceum. 30. A. foliis linearibus alternis, caule paniculato virgato, floribus racemosis.

Linaria. 33. A. fol. lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, flor. imbricatis.*).

linifoli-um. 32. A. fol. lanceolatis alternis trineruiis, flor. racemosis: pedunc. distantibus bractea breuoribus.

chalepense. 34. A. fol. lineari-lanceolatis alternis, flor. racemosis, calycibus corolla longioribus, caule erecto.

reflexum. 26. A. fol. ovatis alternis glabris, pedunculis axillaribus: fructiferis elongatis recurvatis, caule procumbente. Antirrhinum procumbens ramosum, fol. alternis ovatis acuminatis integerrimis, flor. cordatis axillaribus. *Allion. cors. 205. f. 1.*

pedunculatum. 27. A. fol. alternis linearibus remotis, flor. paniculatis: pedunc. folio longioribus strictis.

* * * * *Corollis hiantibus aut ecaudatis.*

maius. 35. A. corollis ecaudatis, flor. spicatis, calycibus rotundatis.

orontium. 36. A. corollis ecaudatis, flor. subspicatis, calycibus corolla longioribus.

papilionaceum. 44. A. corollis ecaudatis, flor. axillaribus, calyc. papilionaceis, fol. carnosis. *Mant. 86.*

Asarina. 37. A. corollis ecaudatis, fol. oppositis cordatis crenatis, caulibus procumbentibus.

molle. 38. A. corollis ecaudatis, fol. oppositis ovatis tomentosis, caulibus procumbentibus.

* * * Co-

(*) PELORIA *Amoen. acad. 1. p. 55. t. 3.* LINARIAE proles hybrida, eisdemque qualitatis & constans, radicibus infinite sese multiplicans, characterum fructificationis diversissima corolla regulari quincorniculata, pentandra, ut genus proprium absolute constitueret & distinctissimum, nisi fructus semper abortiret naturae prodigium.

* * * *Corollis hiantibus.*

- bellidifo*. 39. A. corollis patulis calcaratis, fol. radicalibus oblongis ferratis; caulinis linearibus.
canadense. 40. A. fol. linearibus alternis, corollis hiantibus: labio inferiore explanato.

751. CYMBARIA. *Calyx* multipartitus: ramentis linearibus. *Capsula* 1-ocularis.
 861.
daurica. I. CYMBARIA.

752. CRANIOLARIA. *Cal.* duplex floris: perianthio 4-phyllo; spatha 1-phylla. *Cor.* tubus longissimus. *Capsula* Martyniae.
 861.

- fruticosa*. I. C. fol. lanceolatis dentatis.
annua. 2. C. fol. cordatis angulatis, calyce exteriori diphyllo.

753. MARTYNIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* ringens. *Caps.* lignosa, corticata, rostro hamato, trilocularis, bivalvis.
 862.

perennis. I. M. caule simplici, fol. ferratis. *Fructus* ni fallor inferus.

annua. 2. M. caule ramoso, fol. integerrimis angulatis. *Fabr. helmst.* 240. *Martynia* caule ramoso, fol. cordato-ouatis pilosis. *Mill. ic. t.* 286. *Martynia* caule petiolisque fistulosis, floribus bibracteatis. *Gouan. hort.* 303. *Stigma tactu clauditur.* *Turva. Capsulae rostrum uncinatum longissimum.*

longiflora. I. M. caule simplici, fol. orbiculatis repandis. *Habitat ad Cap. b. spei.* ☉. *Caulis erectus, scabriusculus, bipedalis. Folia opposita, petiolata, trinerviata. Flores axillares, solitarii breuiter dunculati. Stipularum loco, ad basin pedunculi, Glandula s. cupula excipiens globum, quasi stylo breui & stigmate donatum. Perianthium minimum, 5-dentatum. Corollae tubus praelongus, medio contractior, basi dorsali gibbus. Germen superum. Styllus longitudine tubi. Stigmata linearia, 2, reuoluta. Pericarpium vix rostratum, basi vtrinque denticulo crasso. Semina parua.*
D. Dau. Royen.

754. TORENIA. *Cal.* 2-labiatus: superiore tricuspide. *Filamenta* inferiora ramulo sterili. *Capsula* 2-ocularis.

862.

asiatica. I. TORENIA.

755. BESLERIA. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* subglobosa, polysperma.

862.

meliifol. 1. B. pedunculis ramosis, fol. ouatis.
lutea. 2. B. pedunculis simplicibus confertis. fol. lanceolatis.
eristata. 3. B. pedunculis simplicibus solitariis, caly. ferrato-cristatis. *Caulis* radicans scandens. *Calyx* coccineus. *Corolla* flavescens. *Jacq. amer.* 137-

756. SCROPHULARIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* subglobosa, resupinata. *Caps.* 2-ocularis.

863.

marilandica 1. S. fol. cordatis ferratis acutis basi rotundatis, caule obtusangulo.

nodosa. 2. S. fol. cordatis trineruatis, caule obtusangulo.

aquatica. 3. S. fol. cordatis obtusis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato: racemis terminalibus.

auriculata. 4. S. fol. cordatis subtus tomentosis basi appendiculatis, racemis terminalibus. *Statura* S. *nodosae*. *Caulis* tetragonus, minime pilosus, brachiatus. *Folia* cordata, duplicato-ferrata, obtusa vbiq̄ue, opaca, nuda; ad basin foliolis 2 ouatis accessoriis, nuda fere ternata in minoribus ramis folia simplicia. *Corollae* purpureae tristiores: labio reuoluto liuidouirescente.

corodon. 5. S. fol. cordatis duplicato-ferratis, racemo composito foliis interstincto. *Similis* S. *nodosae*; *caulis* valde pilosus. *Folia* obtuse ferrata; *racemus* foliis interstinctus, quod non in prioribus.

betonici-folia. 15. S. fol. cordatis oblongis dentatis: dentibus integerrimis: baseos profundioribus *Mant.* 87.

orientalis. 6. S. fol. lanceolatis ferratis petiolatis: caulinis ternis, ramis oppositis. *Folia* caulina varianta terna aut quaterna.

- frutescens*. 13. S. fol. lanceolatis obtusis ferrato-dentatis, pedunculis bifidis.
- vernalis*. 7. S. fol. cordatis, pedunculis axillaribus solitariis dichotomis.
- trifoliata*. 8. S. fol. glabris: inferioribus ternato-pinnatis obtusis: superioribus simplicibus, pedunculis subtrifloris axillaribus.
- sambuci-folia*. 9. S. fol. interupte pinnatis cordatis inaequalibus, racemo terminali: pedunc. axillaribus geminis dichotomis.
- canina*. 10. S. fol. pinnatifidis, racemo terminali nudo: pedunc. bifidis.
- lucida*. 11. S. fol. inferioribus bipinnatis subcarnosis glaberrimis, racemis bipartitis. *Caulis teres rectus viridis. Folia similia S. caninae, sed subcarnosa. Racemus rigidus, erectus. Corollae pallidae labio superiore rubro.*
- coccinea*. 14. S. fol. quaternis ovatis, flor. verticillatis spicatis.
- peregrina*. 12. S. fol. cordatis lineatis lucidis, pedunc. axillaribus bifloris, caule sexangulati. *Caulis atropurpureus. Corolla purpurea. ☉.*

757. CELSIA. *Cal.* 5-partitus, *Cor.* rotata. *Filamenta* barbata. *Caps.* 2-ocularis.
866.

orientalis. 1. C. fol. bipinnatis.

758. DIGITALIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida, ventricosa. *Caps.* ovata, 2-ocularis.
866.

purpurea. 1. D. calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis: labio superiore integro.

lutea. 2. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis: labio superiore bifido.

ferruginea. 3. D. calycinis foliolis ovatis obtusis, coroll. labio inferiore barbato. *Caulis strictus, laevis, 6 pedalis. Folia sessilia, lanceolata, laevis, lineata, integerrima. Racemus e singulis alis supremis, erectus. Bracteae lineari-lanceolatae, reflexae. Pedicelli brevissimi, solitarii. Calycis foliola superiora 3 appre-*

approximata. Corolla ventricosa, calyce paulo longior, pubescens, intus lutescens: laciniis 2 superioribus obsolete; lateralibus acutis; infima longiore, barbata. Stamina flexuosa, absque rudimento quinti. Stylus longitudine floris.

Thapsi. 4. D. fol. decurrentibus.

obscura. 5. D. fol. lineari-lanceolatis integerrimis basi adnatis.

canariensis. 6. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis bilabiatis acutis, caule fruticoso.

759. **BIGNONIA.** Cal. 5-fidus, cyathiformis Cor. fauce campanulata, 5-fida, subtus ventricosa. Siliqua 2-locularis. Sem membranaceo-alata.

868.

Catalpa. 1. B. fol. simplicibus ternis cordatis, caule erecto, flor. diandris.

semperu. 2. B. fol. simplicibus lanceolatis, caule volubili.

vnguis. 3. B. fol. coniugatis: cirrho brevissimo arcuato tripartito.

aequino-
etialis. 4. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis ovato-lanceolatis, pedunc. bifloris, filiquis linearibus.

paniculata. 5. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis cordato-ovatis, flor. racemosis, pedunc. trifloris. Calyx duplici limbo: exteriore plano, amplo, albo, subquinquefido; Interiore erecto, angusto, Corolla purpurea.

erucigera. 6. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis cordatis, caule muricato-

eapreo-
lata. 7. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis cordato-lanceolatis; fol. imis simplicibus. Pedunculi uniflori, congesti, Calyces campanulati, integri.

pubescens. 8. B. fol. coniugatis cirrhosis: foliolis cordato-ovatis subtus pubescentibus.

triphylla. 9. B. fol. ternatis: foliolis ovatis acuminatis, caule fruticoso erecto.

pentaphyl. 10. B. fol. digitatis: foliolis integerrimis obouatis.

Leucoxyl. 11. B. fol. digitatis: foliolis integerrimis ovatis acuminatis.

radiata. 12. B. fol. digitatis: foliolis pinnatifidis.

- radicans.* 13. B. fol. pinnatis: foliolis incisis, caule geniculis radicatis.
- flans.* 14. B. fol. pinnatis: foliolis ferratis, caule erecto firmo flor. racemosis.
- peruuiana.* 15. B. fol. decompositis: foliolis incisis, caule geniculis cirrhosis.
- indica.* 16. B. fol. bipinnatis: foliol. integerrimis ouatis acuminatis.
- caerulea.* 17. B. foliis bipinnatis: foliol. lanceolatis integris.

760. CITHAREXYLVM. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus. *Cor.* infundibuliformi-rotata: laciniis supra villosis, aequalibus. *Bacca* 2-sperma *Sem.* 2-locularia.

872.

- cinereum.* 1. C. ramis teretibus, calycibus dentatis. *Jacq. amer.* 185. t. 118.
- caudatum.* 2. C. ramis teretibus, calycibus truncatis.

761. HALLERIA. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* corolla longiora. *Bacca* infera, 2-locularis. (Fructum non vidi.)

872.

lucida. 1. HALLERIA.

762. CRESCENTIA. *Cal.* 2-partitus, aequalis. *Cor.* gibba. *Bacca* pedicellata, 1-locularis, polysperma. *Semina* 2-locularia.

872.

- Cuiete.* 1. CRESCENTIA. *Arbor* ramis simplicibus, longissimis, horizontalibus. *Fructus* figura variat in distinctis individuis & magnitudine a pollicari ad pedalem.

763. GMELINA. *Calyx* sub4-dentatus. *Cor.* 4-fida, campanulata. *Antherae* 2-bipartitae ; 2 simplices. *Drupa* nucleo 2-loculari.

asiatica. 1. GMELINA. *Iambusa syluestris paruiifolia.* *Rumph. amb, 1. p. 129. t. 40.* *Arbor ramis teretibus, striatis. Folia opposita, petiolata, ouata, subius tomentosa, saepe utrinque lobo laterali acutiore breui. spinae axillares, oppositae, horizontales, apice pubescentes, longitudine petiolorum. Flores ex apice ramulorum tenellorum, pedunculati.*

764. PETREA. *Cal.* 5-partitus, maximus ; coloratus. *Cor.* rotata. *Capsf.* 2-locularis, in fundo calycis. *Sem.* solitaria.

volabilis. 1. PETREA. *Scandit arbores. Calyces violacei. Corollae caeruleae.*

765. LANTANA. *Cal.* 4-dentatus obsolete. *Stigma* vncinato-refractum. *Drupa* nucleo 2-loculari.

mista. 9. L. fol. oppositis acuminatis, flor. capitatis: inuolucris longitudine florum. *Camara lamii albi folio, flore misto. Dill. elth. 64. t. 56. f. 64.* *Viburnum americanum vrticae foliis. Com. hort. 1. p. 151. t. 78.*

trifolia. 1. L. fol. ternis, spicis oblongis imbricatis.
annua. 2. L. fol. oppositis, caule inermi herbaceo, spicis oblongis. *Destroto capitulum elongatur in spicam oblongam, baccis purpurascensibus, paleis lineari-lanceolatis interstinctis.*

Camara. 4. L. fol. oppositis, caule inermi ramoso, flor. capitato-umbellatis aphyllis. *Camara melissae folio, flore variabili. Dill. elth. 64. t. 56. f. 65.* *Flores flauis, sensim fuluis euadunt ; excluso synonymo Commelini.*

- inuolucrata.* 3. L. fol. oppositis ternisque curuato-obouatis obtusis lineatis tomentosis, capitulis squarrosis.
- odorata.* 8. L. fol. oppositis ternisque lanceolato-ellipticis, caule inermi. *Lantana aromatica*, fol. ternis oppositisque subsessilibus, capitulis conicis in umbellam coactis. *Roy. mss.* *Viburnum saluiae folio*, floribus albis. *Herm. prodr.* 384.
- aculeata.* 5. L. fol. oppositis, caule aculeato ramofo, spicis hemisphaericis.
- saluifolia.* 6. L. fol. oppositis subsessilibus, floribus racemosis. *Stipulae* 2, *subouatae*: *folia lanceolata*, *rugosa*, *venosa*, *tomentosa*. *Thyrus terminalis*. *Corollae etiam tomentosae*. *Fructus ignotus*. *Genus dubium*.
- africana.* 7. L. fol. alternis sessilibus, flor. solitariis. *Fructum perfecit Lipsiae in Horto Ludwigianno*, cui *Calyx 5-partitus*, *subulatis laciniis*, *persistens*. *Drupa insipida*, *globosa*, *subacuminata*, *sulco bipartita*. *Nucleus globosus*, *bilocularis*, *obseruante DD. Schreber*.

766. CORNVTTIA. *Cal.* 5-dentatus. *Stamina* corollae longiora. *Stylus* longissimus. *Bacca* monosperma.

875.

pyramid. I. CORNVTTIA.

767. LOESELIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* laciniis omnibus secundis. *Stam.* petalo aduersa. *Capsula* 3-locularis.

875.

ciliata. I. LOESELIA.

768. CAPRARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida, acuta. *Caps.* 2-valuis, 2-locularis, polysperma.

875.

biflora. I. C. fol. alternis, floribus geminis.

durantifolia. A. C. fol. ternis dentatis, pedunculis solitariis, ramis alternis.

- gratioloides*. 3. C. fol. oppositis sessilibus ovatis integerrimis, pedunculis solitariis, caule repente: Pyxidaria repens annua, flosculis monopetalis unilabiatis. *Ind. alsat. 1. p. 152. t. 1. et 2. p. 269. e Virginia nunc Italica et Africana.*
- crustacea*. 4. C. repens, fol. oppositis ovatis subpetiolatis crenatis. *Mant. 87.*

769. SELAGO. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tubus capillaris; limbus subaequalis. *Sem.* 1.
876.

- corymbos*. 1. S. corymbo multiplici, flor. disiunctis, fol. filiformibus fasciculatis.
- rapuncul.* 3. S. spicis corymbosis, foliis dentatis.
- spuria.* 5. S. spicis corymbosis, fol. linearibus denticulatis.
- pinastri.* 2. S. spicis corymbosis hirsutis, fol. senis verticillatis linearibus.
- ericoides.* 9. S. capitulis sessilibus terminalibus caulescentibus, fol. quaternis subimbricatis *Mant. 87.*
- coccinea.* 4. S. spicis corymbosis, fol. inferioribus linearibus integerrimis, superioribus lanceolato-subulatis subdentatis.
- lychnidea.* 6. S. spica terminali, fol. subpetiolatis lanceolatis obtusiusculis ferratis subtomentosis.
- tomentosa.* 7. S. racemis ramosis, fol. obovatis crenatis tomentosis, caule prostrato.
- fruticosa.* 10. S. capitulis subrotundis terminalibus, fol. sparsis linearibus obtusis integerrimis, caule fruticoso. *Mant. 87.*
- dubia.* 8. S. racemo simplici, fol. linearibus alternis, flor. diandris. *Genus dubium.*

1264. MANVLEA. *Cal.* 5-partitus. *Coroll.* limbo 5-partito, subulato: laciniis superioribus 4 magis connexis. *Capsf.* 2-ocularis, polysperma.

- Cheiranthus*. 1. MANVLEA. *Mant. 88.* Lobelia Cheiranthus. *Sp. pl. 1319.*

770. **HEBENSTRETIA.** *Cal.* 2-emarginatus, sub-
 878. tus fissus. *Cor.* 1-labiate : lab. adscendente 4-
 fido : *Capsf.* 2-sperma.
Stam. margini limbi corollae inferta.

dentata. 1. *H.* fol. dentatis. *Burm. afric. 109. t. 41. f. 1,* Caulis erectus, petalis, ad radicem et sub spica Ramis simplicibus, adscendentibus. Folia alternato-sparsa, linearia, subhispida, subdentata, erecta, ex singulis alis copiosis foliolis subramescens. Spica terminalis sessilis oblonga, inferne sterilis: bracteis laevibus, subulatis in ordines 10 longitudinales imbricatis, unifloris; Spica enim constructa est ex verticillis 5-floris, sed alternis. Corolla alba, fauce dorsali rubra, singularis staminibus ipso margine fissurae impositis; inferioribus recurvatis. Flores Mane inodori, Meridie foetidi nauseosi, Vesperi ambrosiaci, uti flores tristes dicti s. Haycinthi orientalis. *H. U.*

integrifol. 2. *H.* fol. integerrimis. *Nimis praecedenti affinis.*

cordata. 3. *H.* fol. subcarnosis cordatis sessilibus. *Dau. Royen 24.* Caulis sarmentosus. Folia tero-verticillata, punctata. Spica 5-angularis. *Dau. Royen.*

771. **ERINVS.** *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* limbus 5-fidus, aequalis: lobis emarginatis; Lab. sup. breuissimo reflexo. *Capsf.* 2-locularis.
 878.

alpinus. 1. *E.* flor. racemosis.

africanus. 2. *E.* flor. lateralibus sessilibus, fol. lanceolatis subdentatis.

peruvian. 3. *E.* fol. lanceolato-ouatis ferratis.

laciniat. 4. *E.* fol. laciniatis.

772. **BVCHNERA.** *Cal.* 5-dentatus obsolete. *Co-*
 879. *rollae* limbus 5-fidus, aequalis:
 lobis cordatis. *Capsf.* 2-locularis.

americ. 1. *B.* fol. dentatis lanceolatis trineruiis. *Spica floribus remotis. Caulis vix ramosus.*

- canadens.* 3. B. fol. laciniatis, caul. dichotomo. *Mant.* 88.
capensis. 4. B. fol. dentatis linearibus, calyc. pubescentibus.
Mant. 88. *Affinis Rhinantho africano.*
asiatica. 2. B. fol. integerrimis linearibus, calycibus scabris.

773. BROWALLIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 5-
 879. fidus, aequalis, patens: umbi-
 lico clauso *Antheris* duabus
 maioribus. *Capsf.* 1-ocularis.

- demissa.* 1. B. pedunculis unifloris.
elata. 2. B. pedunculis unifloris multiflorisque.
alienata. 3. B. fol. superioribus oppositis, staminibus duobus
 longitudine corollae. *Mill. ic.* 68. *Hanc non vi-*
di, tantum ex figura Milleri assumsi, ideoque in Spe-
ciebus omisi.

774. LINNAEA. *Cal.* duplex: fructus 2-phyllus;
 880. floris 5-partitus, superus. *Corolla*
 campanulata. *Bacca* sicca, trilocu-
 laris.

borealis. 1. LINNEA.

775. SIBTHORPIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus
 880. aequalis. *Stam.* paribus re-
 motis. *Capsf.* compressa, orbi-
 cularis, 2-ocularis: dissepi-
 mento transuerso.

- europaea.* 1. S. fol. reniformi-subpeltatis crenatis.
africana. 2. S. fol. orbiculatis integris crenatis, pedunc. solitariis
peregrin. 3. S. fol. reniformibus crenatis, pedunculis geminis
De Genere speciei 2 et 3, nondum plane euctum est,

776. LIMOSELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, ae-
 881. qualis. *Stam.* per paria ap-
 proximata. *Capsf.* 1-ocularis,
 2-valuis polysperma.

aquatica. 1. LIMOSELLA.

1265. VANDELLIA. *Cal.* sub. 4-fidus. *Cor.* ringens *Filamenta* 2 exteriora e disco labii corollae. *Anth.* connexae. *Capsf.* 1-locularis, polysperma.

diffusa. VANDELLIA. *Mant.* 89.

777. STEMODIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata. *Stam.* 4: filamentis singulis bifidis diantheris. *Capsf.* bilocularis.

881,

maritim. I. STEMODIA.

778. OBOLARIA. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 4-fida, campanulata. *Capsf.* 1-ocularis. 2-valuis, polysperma. *Stamina* ex diuifuris corollae.

881.

virginica. I. OBOLARIA.

779. OROBANCHE. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* ringens. *Capsula* 1-ocularis, 2-valuis, polysperma. *Glandula* sub basi germinis.

881.

- laevis.* 1. O. caule simplicissimo, laeui, staminibus exsertis.
maior. 2. O. caule simplicissimo pubescente, staminibus subexsertis.
americana. O. caule simplicissimo foliis imbricato, corollis recuruatis, staminibus exsertis. *Mant.* 88.
cernua. 3. O. caule simplicissimo, corollis recuruatis, bracteis ouatis corolla breuioribus, caule nudiusculo.
ramosa. 3. O. caule ramoso, corollis quinquefidis.
virgin. 4. O. caule ramoso, corollis quadridentatis,
vniflora. 5. O. caule vnifloro, calyce nudo.
Aeginetia. 6. O. caule vnifloro, flore subspathaceo.

780. DODARTIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* labium
883. inf. duplo longius. *Capsf.* 2-lo-
cularis, globosa.

oriental. 1. *D.* fol. linearibus integerrimis glabris.
indica. 2. *D.* fol. ouatis ferratis villosis.

781. LIPPIA. *Cal.* 4-dentatus, subrotundus, ere-
883. ctus, compresso-membranaceus. *Capsf.*
1-locularis, 2-valvis, 2-sperma, re-
cta. *Sem.* 1, biloculare.

americana. 1. *L.* capitulis pyramidatis.
hemisphae- 2. *L.* capitulis hemisphaericis. *Iaeq. amer.* 176. t. 179.
rica. f. 100. *Mant.* 89.
cuata. 3. *L.* capitulis ouatis, fol. linearibus integerrimis. *Mant.*
89. *Genus ulterius inquirendum in hac specie.*

782. SESAMVM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanula-
883. ta, 5-fida: lobo infimo maiore
Rudimentum Filamenti 5:ti. *Sti-*
gma lanceolatum. *Capsf.* 4-lo-
cularis.

orientale. 1. *S.* fol. ouato-oblongis integris.
indicum. 2. *S.* fol. inferioribus trifidis.

783. MIMVLVS. *Cal.* 4-dentatus, prismaticus. *Cor.*
884. ringens: labio superiore lateri-
bus replicato. *Capsf.* 2-locularis,
poly sperma.

ringens. 1. *M.* erectus, fol. oblongis linearibus sessilibus.
luteus. 2. *M.* repens, fol. ouatis.

784. RUELLIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subcampanulata. *Stamina* per paria approximata. *Capf.* dentibus elasticis diffiliens.

884.

- Blechum.* 1. R. fol. ovatis integerrimis, spic. ovatis: bracteis interioribus geminis, flor. binis sessilibus.
- strepens.* 2. R. fol. petiolatis, flor. verticillatis subsessilibus.
- clandest.* 3. R. fol. petiolatis, pedunculis longis subdivisis nudis.
- paniculata.* 4. R. fol. integerrimis, pedunc. dichotomis lateralibus, calyc. sessilibus: lacinia suprema maiore.
- tuberosa.* 5. R. fol. ovatis crenatis, pedunculis unisfloris.
- tentaculata.* 6. R. fol. obouatis, verticillis obuallatis spinis inermibus bifurcatis.
- ciliaris.* 12. R. fol. dentatis ciliatis, flor. oppositis. *Mant.* 89.
- biflora.* 7. R. flor. geminis subsessilibus.
- crispa.* 8. R. fol. subcrenatis lanceolato-ovatis, capitulis ovatis foliosis hispidis, caule repente.
- repanda.* 9. R. fol. lanceolatis obtuse dentatis petiolatis, caule repente.
- ringens.* 10. R. fol. oblongis integerrimis, flor. solitariis sessilibus, caule procumbente. *Folia lanceolata, obtusifuscula. Bractee 2, sessiles, calyce breviores.*
- antipoda.* 11. R. fol. mucronato-serratis, caule repente, flor. subspicatis terminalibus quinis ternisue.
- repens.* 13. R. fol. lanceolatis acuminatis integerrimis, flor. sessilibus, bracteis petiolatis calyce longioribus, caule repente. *Mant.* 89.

785. BARLERIA. *Cal.* 4-partitus. *Stamina* 2 longe minora. *Capf.* 4-angularis, bilocularis? 2-valvis, elastica absque unguibus. *Sem.* 2.

887.

- longifolia.* A. B. spinis verticillorum senis, fol. ensiformibus longissimis scabris.
- Solanifolia.* 2. B. spinis axillaribus, fol. lanceolatis denticulatis †. *Barleria* spinis axillaribus, fol. lanceolatis integerrimis, flor. verticillatis sessilibus. *Mill. dict.* 3.

Hybrix. 7. B. spinis axillaribus geminis simplicibus, fol. integerrimis lanceolato-ouatis. *Royen. Mant.* 89.

Prionitis. 3. B. spinis axillaribus pedatis quaternis, fol. integerrimis lanceolato-ouatis. *Spinæ pedatae, quaternae. Caulis teres. Folia subtus pubescentia. (exclusis synonymis Seb. Pluk. Rumph. quae præcedentis).*

buxifolia. 4. B. spinis axillaribus oppositis solitariis, fol. subrotundis integerrimis.

cristata. 5. B. fol. oblongis integerrimis, calycis foliolis duobus latioribus ciliatis, duobusque linearibus acutis.

coccinea. 6. B. inermis, fol. ouatis denticulatis petiolatis.

786. **DVRANTA.** *Cal.* 5-fidus, superus. *Bacca* 888. 4-sperma. *Sem.* 2-locularis.

plumieri. 1. D. calyc. fructescentibus contortis.

Ellisia. 2. D. calyc. fructescentibus erectis.

787. **OVIEDA.** *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tubus subcylindricus, superus, longissimus. *Bacca* 888. globosa, 2-sperma.

spinosa. 1. O. fol. ovalibus dentatis.

mitis. 2. O. fol. lanceolatis subrepandis. *Burm. ind. t. 4c.f.*
1. *Folia longissima. Corollae tubus longissimus.*

788. **VOLKAMERIA.** *Cal.* 5-fidus. *Cor.* laciniis fecundis. *Bacca* 2-sperma. 889. *Sem.* 2-locularia.

aculeata. 1. V. spinis petiolorum rudimentis.

inermis. 2. V. ramis inermibus.

ferrata. 3. V. fol. lato-lanceolatis ferratis sessilibus. *Mant.* 90.

789. CLERODENDRUM. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* tubo filiformi; limbo 5-partito, aequali. *Stamina* longissima, intra lacinias maxime hiantes. *Bacca* 1-sperma.

839.

- infortun.* 1. *C.* fol. cordatis tomentosis. *Petasites* agrestis. *Rumph. amb.* 4. p. 108. t. 49.
- fortunat.* 2. *C.* fol. lanceolatis integerrimis.
- calamitos.* 3. *C.* fol. ovalibus subdentatis nudis. *Mant.* 90.
- paniculatum.* 4. *C.* fol. lobatis ferratis, panicula amplissima. *Mant.* 90.

790. VITEX. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 6-fidus. *Bacca* 4-sperma.

890.

- Agn. cast.* 1. *V.* fol. digitatis ferratis, spicis verticillatis.
- trifolia.* 2. *V.* fol. ternatis quinatisque integerrimis, paniculis dichotomis.
- Negundo.* 3. *V.* fol. quinatis ternatisque ferratis, flor. racemoso-paniculatis. *Mill. ic.* 275. f. 1; 2.
- pinnata.* 4. *V.* fol. pinnatis integerrimis, paniculis trichotomis.

791. BONTIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata: labio inferiore 3-partito, reuoluto. *Drupa* ouata, monosperma, apice obliquo. *Semen* vnicum.

890.

daphnoid. 1. *B.* fol. alternis, pedunculis vnifloris.

1237. AVICENNIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata: lab. superiore quadrato. *Caps.* coriacea, rhomboidea. 1-sperma.

tomentosa. 1. *A.* fol. cordato-ouatis subtus tomentosis. *Gen. plant.* p. 579. *Loef.* 193.

nitida. 2. A. fol. lanceolatis vtrinque nitidis. *Gen. plant.* 579.

792. **COLVMNEA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* lab. sup. fornicatum, integrum; supra basin gibba. *Antherae* conuexae. *Caps.* 2-ocularis.

scandens. 1. C. corollis hirsutissimis.
longifolia. 2. C. fol. lanceolatis longissimis subserratis glabris. *Mant.* 90. *Generis certe Achimenes Brownii, an. Columneae?*

793. **ACANTHVS.** *Cal.* bifol. 2-fidus. *Cor.* 1-labiata, deflexa, 3-fida. *Capsula* 2-ocularis.

mollis. 1. A. fol. sinuatis inermibus.
spinosus. 2. A. fol. pinnatis spinosis.
dioscorid. 3. A. fol. lanceolatis integerrimis margine spinosis. †
ilicifolius. 4. A. fol. repandis dentato-spinosis, caule fruticoso aculeato.
madera-spatensis. 5. A. fol. quaternis, flor. axillaribus, calycibus ciliatis. Melampyro affinis tetraphylla gangetica, floribus inter folia sparsis. *Pluk. phyt. t. 99. f. 3.* Caulis herbaceus, dichotomus. *Folia* quaterna, elliptica, mutica. *Calyx* exterior imbricatus: *foliis* obouato-cuneatis, ciliatis, 4 parium. *Interior* 4-phyllus: *foliis* 2 exterioribus lanceolatis, reliquis longioribus; interioribus 2 minoribus linearibus. *Capsula* rubra.

794. **PEDALIVM.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* subringens: limbo 5-fido. *Nux* suberosa, tetragona, angulis spinosa, 2-ocularis. *Sem.* bina.

murex. A. **PEDALIVM.** *Martyniae* affinis.

795. MELIANTHVS. *Cal.* 5-phyllus: fol. inferiore gibbo. *Petala* 4; nectario infra infima. *Caps.* 4-ocularis.

892.

maior. 1. *M.* stipulis solitariis petiolo adnatis.
minor. 2. *M.* stipulis geminis distinctis.

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSAE.

* *Silicula integra, nec apice emarginata.*

800. DRABA. *Silic.* valuulis planiusculis. *Stylus* nullus.
 809. LVNARIA. *Silic.* valuulis planis pedicellata. *Stylus* ex-
 fertus.
 799. SVBVLARIA. *Silic.* valuulis femiouatis. *Stylus* breuior
 filicula.
 796. MYAGRVM. *Silic.* valuulis concauis. *Stylus* persistens.
 797. VELLA. *Silic.* valuulis dissepimento dimidio breuior-
 ribus.

** *Silicula emarginata apice.*

804. IBERIS. *Petala* duo exteriora maiora.
 805. ALYSSVM. *Filamenta* quaedam latere interiore dente
 notata.
 807. CLYPEOLA. *Silic.* orbiculata: valuulis planis, decidua.
 806. PELTARIA. *Silic.* orbiculata: compresso-plana, non de-
 hiscens.
 803. COCHLEARIA. *Silic.* cordata: valuulis obtusis, gibbis.
 801. LEPIDIVM. *Silic.* cordata: valuulis acute carinatis.
 802. TELASPI. *Silic.* obcordata: valuulis marginato-cari-
 natis.
 808. BISCUTELLA. *Silic.* biloba supra intraque, margine cari-
 nato.
 798. ANASTATICA. *Silic.* retusa: valuulis dissepimento mucro-
 nato longioribus.

SILIQVOSAE.

* *Calyx clausus foliolis longitudinaliter conniuentibus.*

822. RAPHANVS. *Siliqu.* articulata.
 814. ERYSIMVM. *Siliqu.* tetragona.
 815. CHEIRANTHVS. *Siliqu.* germine vtrinque glandula notato.
 817. HESPERIS. *Glandulae* intra stamina breuiora.
Petala obliqua.
 818. ARABIS. *Glandulae* 4 intra foliola calycina.
Stigma simplex.

820. BRASSICA. *Glandulae* 2 intra stamina breuiora; 2 extra stamina longiora.
 819. TURRITIS. *Petala* erecta.
 811. DENTARIA. *Siliqu.* valuis reuoluto-dehiscens.
 810. RICOTIA. *Siliqu.* unilocularis.

* * *Calyx* hians foliolis superne distantibus.

825. CRAMBE. *Siliqu.* decidua, globosa, sicco-baccata.
Filamenta 4 apice bifurca.
 824. ISATIS. *Siliq.* decidua, lanceolata, monosperma.
 823. BUNIAS. *Siliqu.* decidua, subrotunda, muricata.
 826. CLEOME. *Siliqu.* dehiscens, unilocularis.
 812. CARDAMINE. *Siliqu.* dehiscens: valuis reuolutis.
 827. SINAPIS. *Siliqu.* dehiscens. *Cal.* horizontaliter patens.
 813. SISYMBRIUM. *Siliqu.* dehiscens: valuis reuolutis.
Cal. patulus.
 816. HELIOPHILA. *Siliqu.* dehiscens. *Nectaria* 2, recuruata.

SILICVLOSA.

796. MYAGRVM. *Silicula* stylo conico terminata;
893. loculo submonospermo.

- perenne.* 1. M. filiculis biarticulatis monospermis, fol. extrorsum sinuatis denticulatis. *Siliculae articulus inferior abortit; superior monospermus. G.*
- orientale.* 2. M. filiculis sulcatis laeuibibus, fol. oblongis dentato-sinuatis.
- rugosum.* 3. M. filiculis sulcatis pilosis rugosis, fol. oblongis obtusis dentatis.
- hispanic.* 4. M. filiculis laeuibibus subtorosis, foliis lyratis.
- perfoliat.* 5. M. filiculis obcordatis subsefilibus, foliis amplexicaulibus.
- satium.* 6. M. filiculis obouatis pedunculatis polyspermis.
- panicul.* 7. M. filiculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis.
- saxatile.* 8. M. filiculis lentiformibus obouatis glabris, foliis petiolatis oblongis ferratis scabris, caule paniculato. *Filamenta longiora sunt contigua, ad latus alteram alterius posita, apice bifurco, cujus ramus interior truncatus, exterior extrorsum arcuatus. Jacq.*
- aegyptium.* 9. M. filiculis angulatis, foliis tripartitis.

797. VELLA. *Silicula* dissepimento valvulis duplo
805. maiore, extus ouato.

- annua.* 1. V. fol. pinnatifidis, filiculis pendulis.
- Pseudo-Cytisus.* 2. V. foliis integris obouatis ciliatis, filiculis erectis.

798. ANASTATICA. *Silicula* retusa, margine coronata valvulis dissepimento duplo longioribus. *Stylo* intermedio mucronato, obliquo: loculis 1-spermis.

- hierochuntica.* 1. A. fol. obtusis, spicis axillaribus brevissimis, filiculis unguatis spinosis. *Rosa hierochuntica. Besl. cyst. aut. 4. t. 1. f. 2, 3.*

syriaca. 2. A. fol. acutis, spicis folio longioribus, filiculis ouatis rostratis. Myagrum e Sumatra et Syria, semine spinoso simili capiti auiculae. *Zan. hist. 142.*

799. SVBVLARIA. *Silicula* integra, ouata valuis ouatis concauis, dissepimento contrariis. *Stylus* filicula breuior.

896.

aquatica. I: SVBVLARIA.

800. DRABA. *Silicula* integra, ouali-oblonga: valuis planiusculis, dissepimento parallelis. *Stylus* nullus.

896.

aizoides. 7. D. scapo nudo simplici, fol. ensiformibus carinatis ciliatis. *Mant. 91.*

ciliaris. 8. D. caule subnudo, fol. linearibus margine carinaque ciliatis, petalis integris. *Mant. 91.*

alpina. 1. D. scapo nudo simplici, fol. lanceolatis integerrimis. *Synonyma exceptis nostris propriis et Oederi ad praecedentem amandanda. Folia radicalia omnia, patentia, lanceolata, supra pilis adspersa, more Androsaces disposita; minime imbricata s. linearia s. ciliata, aut supra laeuis. Caulis aphyllus, adpersus raris pilis; nec monophyllus s. laeuis. Petala laeui-ter emarginata; nec integra.*

verna. 2. D. scapis nudis, foliis subserratis.

*pyrenai-
ca.* 3. D. scapo nudo, fol. cuneiformibus palmatis trilobis. *Ger. prou. 344. Folia inferiora 5-fida, superiora 3-fida. Flores purpurei.*

nemorosa. 5. D. caule ramoso, fol. ouatis sessilibus dentatis. *Flores lutei.*

hirta. 5. D. scapo vnifolio, fol. subhirsutis, filiculis obliquis pedicellatis. *Oed. dan. t. 140.*

incana. 6. D. fol. caulinis numerosis incanis, filiculis oblongis, obliquis subsessilibus. *Oed. dan. t. 130.*

801. LEPIDIVM. *Silicula* emarginata, cordata, poly-
 897. sperma: valuulis carinatis,
 contrariis.

- perfoliatum.* 1. L. fol. caulinis pinnato-multifidis, ramiferis cordatis amplexicaulibus integris.
- vesicarium.* 3. L. caulium geniculis inflatis.
- nudicaul.* 4. L. scapo nudo simplicissimo, flor. tetrandris, fol. pinnatifidis.
- procumbens.* 5. L. fol. sinuato-pinnatifidis extremo maiore, scapo nudo, caul. prostratis racemiferis.
- alpinum.* 6. L. fol. pinnatis integerrimis, scapo subradicato, filiculis lanceolatis mucronatis. *Petala calyce maiora. Stamina 4. Jacq.*
- petraeum.* 7. L. fol. pinnatis integerrimis, petalis emarginatis calyce minoribus.
- cardamines.* 9. L. fol. radicalibus pinnatis, caulinis lyratis. Lepidium fol. inferioribus alterno-pinnatis carnosis glaucis, superioribus sessilibus dentatis apice ovatis. *Ard. spec. 1. p. 19. t. 8.*
- sativum.* 8. L. flor. tetradynamis, fol. oblongis multifidis.
- lyratum.* 10. L. fol. lyratis crispis.
- latifolium.* 11. L. fol. ovato-lanceolatis integris ferratis.
- subulatum.* 12. L. fol. subulatis indivisis sparsis, caule suffruticoso.
- graminifolium.* 13. L. fol. linearibus: superioribus integerrimis, caule paniculato virgato, floribus hexandris. *Similis, diuersa tamen, ab Iberide linifolia.*
- suffruticosum.* 18. L. fol. lanceolato-linearibus tenuibus integerrimis, caul. suffruticosis. *Mant. 91.*
- didymum.* 19. L. fol. pinnatifidis, caul. erecto, fructibus didymis. *Mant. 92.*
- ruderale.* 14. L. flor. diandris apetalis, fol. radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis.
- virginic.* 15. L. flor. subtriandris tetrapetalis, fol. linearibus pinnatis.
- Iberis.* 16. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. inferioribus lanceolatis ferratis; superioribus linearibus integerrimis.
- bonariense.* 17. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. omnibus pinnato-multifidis.
- chalepense.* 2. L. fol. sagittatis sessilibus dentatis. *Cent. 169.*

802. **THLASPI.** *Silicula* emarginata, obcordata,
901. polysperma: valuulis nauicularibus, marginato-carinatis.

- peregrin.* 1. *T.* filiculis suborbiculatis, fol. lanceolatis integerrimis.
- aruenſe.* 2. *T.* filiculis orbiculatis, fol. oblongis dentatis glabris.
- alliaceum,* 3. *T.* filiculis subouatis ventricosis, fol. oblongis obtusis dentatis glabris.
- saxatile.* 4. *T.* filiculis subrotundis, fol. lanceolato-linearibus obtusis carnosis. *Thlaspi* filiculis subrotundis, fol. integris glabris lanceolato-linearibus, radicalibus ouatis. *Ger. prov.* 348. *Thlaspi montanum*, pingui folio, carneo flore, plana & cordata filiqua. *Barr. ic.* 845.
- hirtum.* 5. *T.* filiculis subrotundis pilosis, fol. caulinis sagittatis villosis.
- campeſtr.* 6. *T.* filiculis subrotundis, fol. sagittatis dentatis incanis.
- montanum.* 7. *T.* filiculis obcordatis, fol. glabris: radicalibus carnosis obouatis integerrimis, caulinis amplexicaulibus, corollis calyce maioribus. *Corollae subaequales, Fructus Faciesque Thlaspeos ab Iberide hanc distinguunt.*
- perfoliatum.* 8. *T.* filiculis obcordatis, fol. caulinis cordatis glabris subdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoſo.
- alpeſtre.* 9. *T.* filiculis obcordatis, fol. subdentatis: caulinis amplexicaulibus, petalis longitudine calycis, caule simplici.
- Burſa paſtoris.* 10. *T.* filiculis obcordatis, fol. radicalibus pinnatifidis,

803. **COCHLEARIA.** *Silicula* emarginata, turgida, scabra: valuulis gibbis, obtusis.

- officinalis.* 1. *C.* fol. radicalibus subrotundis, caulinis oblongis subsinuatis.
- danica.* 3. *C.* fol. hastatis angulatis. *Oed. dan.* 100.
- anglica.* 2. *C.* fol. ouato-lanceolatis sinuatis.

- groenland. 4. C. fol. reniformibus integris, carnosis.
 Coronop. 5. C. fol. pinnatifidis, caul. depresso.
 Armorac. 6. C. fol. radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis incisis.
 glastifol. 7. C. fol. caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus.
 Statura Turritidis.
 Draba. 8. C. fol. lanceolatis amplexicaulibus dentatis. *Caules prostrati, parum ramosi. Folia hastata, lato-lanceolata, incana.*

804. IBERIS. *Cor.* irregularis: petalis 2 exterioribus maioribus. *Silicula* polysperma, emarginata.

904

- semperfl.* 1. I. frutescens, fol. cuneiformibus integerrimis obtusis.
semperv. 2. I. frutescens, fol. linearibus acutis integerrimis.
gibraltar. 4. I. frutescens, fol. apice dentatis.
saxatilis. 3. I. suffrutescens, fol. lanceolato-linearibus carnosis acutis integerrimis ciliatis. *Ger. prov. 354. Gouan. hort.*
rotundif. 5. I. herbacea, fol. ovatis: caulinis amplexicaulibus laevibus succosis. *Confer Thlaspi montanum.*
umbellata. 7. I. herbacea, fol. lanceolatis acuminatis: inferioribus ferratis; superioribus integerrimis.
amara. 8. I. herbacea, fol. lanceolatis acutis subdentatis, flor. racemosis.
linifolia. 6. I. herbacea, fol. linearibus integerrimis, caulinis ferratis, caule paniculato, corymbis hemisphaericis. *Diuersa a Lepidio graminifolio.*
odorata. 9. I. herbacea, fol. linearibus superne dilatatis ferratis.
arabica. 10. I. herbacea, fol. ovatis glabris aueniis integerrimis, filiculis basi apiceque bilobis.
nudicaul. 12. I. herbacea, fol. sinuatis, caule nudo simplici.
pinnata. 11. I. herbacea, fol. linearibus pinnatifidis. *Corymbus non mutatur.*

805. ALYSSVM. *Filamenta* quaedam introrsum denticulo notata. *Silicula* emarginata.

907.

- * *Suffruticosa,*
spinofum. 1. A. racemis senilibus spiniformibus nudis. *Petala alba, integra. Stamina edentula.*

- halimifolium.* 3. A. caulibus procumbentibus perennantibus, fol. lanceolato-linearibus acutis integerrimis.
- saxatile.* 4. A. caulibus frutescentibus paniculatis, fol. lanceolatis molissimis repandis. *Ard. spec. 1. p. 18. t. 7.* Thlaspi luteum, leucoji folio. *Boc. mus. 79. t. 93.* *Petala lutea, integra.*
- alpestre.* 6. A. caulibus suffruticosis diffusis, fol. subrotundis incanis, calyc. coloratis. *Ger. prov. 352. t. 13. f. 2. Mant. 92.*
- deltoidium.* 5. A. caulibus suffruticulis prostratis, fol. lanceolato-deltoidibus, siliculis hirtis. *Flores Cheiranthi violacei, calyce clauso oblongo, duobus foliolis basi gibbosioribus.*

* * *Herbacea.*

- hyperboreum.* 14. A. caul. herbaceis, fol. incanis dentatis, stamin. quatuor bifurcatis.
- insanum.* 6. A. caule erecto, fol. lanceolatis incanis integerrimis, flor. corymbosis, petalis bifidis. *Petala alba.*
- minimum.* 7. A. caulib. herbaceis diffusis, fol. linearibus tomentosis, siliculis compressis. *Petala lutea, subemarginata.*
- calycinum.* 8. A. caulib. herbaceis, stam. omnibus dentatis, calyc. persistentibus. Alyssum staminibus quatuor dentatis: duobus squamula longitudinali, calyc. persistentibus. *Iacq. vind. 114.*
- montanum.* 2. A. caulibus herbaceis diffusis, fol. sublanceolatis punctato-echinatis. Thlaspi alpinum repens. *Bauh. pin. 107. Petala lutea. Stamina 4 apice bifida; 2 basi denticulo.*
- sampestre.* 9. A. caule herbaceo, staminibus stipatis pari setarum, calycibus deciduis.
- lypeatum.* 10. A. caule erecto herbaceo, siliculis sessilibus ovalibus compresso-planis petalis acuminatis linearibus.

* *Siliculis inflatis.*

- sinuatum.* 11. A. caule herbaceo, fol. lanceolato-deltoidibus, siliculis inflatis.
- reticum.* 15. A. caule fruticoso, fol. lanceolatis subdentatis tomentosis, siliculis inflatis globosis. *Mant. 92.*

- gsmonense*. 17. A. caule herbaceo, ramis diuaticis, fol. radicalibus obouatis subtomentosis, filiculis inflatis. *Mant.* 92. *Ard. spec.* 2. p. t. 14. *differt ab Acretico ramis diuaticis, floribus minoribus, saturate luteis.*
- stricula-tum*. 16. A. caule herbaceo erecto, fol. laeuius lanceolatis integerrimis, filiculis inflatis. *Mant.* 92. *Thlaspi fruticosum, leucoji folio. Tournef. inst.* 218.
- Vesicaria*. 13. A. fol. linearibus dentatis, filiculis inflatis angulatis acutis.

807. CLYPEOLA. *Silicula* emarginata, orbiculata, compresso-plana, decidua.

910.

- Jonthlaspi*. 1. C. filiculis orbiculatis unilocularibus monospermis.
- tomentosa*. 3. C. filiculis orbiculatis bilocularibus, fol. subtomentosis. *Mant.* 92.
- maritim*. 2. C. perennis, filiculis bilocularibus ouatis dispermis. *Thlaspi montanum perenne, flore albo. Barr. ic.* 844.

806. PELTARIA. *Silicula* integra, suborbiculata, compresso-plana, non dehiscentes.

910.

alliacea. I. PELTARIA.

808. BISCUTELLA. *Silicula* compresso-plana, retundata, supra infraque biloba. *Cal. foliola basi gibba.*

911.

- auriculata*. 1. B. calycibus nectario vtrinque gibbis, filiculis in stylum coeuntibus.
- didyma*. 2. B. filiculis orbiculato-didymis a stylo diuergentibus. *Varietates huius plures sunt.*

809. LVNARIA. *Silicula* integra, elliptica, compresso-plana, pedicellata: valvis dissepimento aequalibus, parallelis, planis. *Cal.* foliolis faccatis.

911.

rediuua. 1. L. fol. alternis. *Besl. cyst. vern. 7. f. 2.*
annua. 2. L. fol. oppositis. *Besl. cyst. vern. 7. f. 1.*

SILIQVOSA.

810. RICOTIA. *Siliqua* unilocularis, oblonga, compressa; valuulis planis.

912.

aegyptiaca. 1. RICOTIA.

811. DENTARIA. *Siliqua* elastice diffiliens valuulis reuolutis. *Stigma* emarginatum. *Cal.* longitudinaliter conueniens.

912.

enneaphyll. 1. D. fol. ternis ternatis.
bulbifera. 2. D. fol. inferioribus pinnatis, summis simplicibus.
penta- 3. D. fol. summis digitatis.
phyllos.

812. CARDAMINE. *Siliqua* elastice diffiliens valuulis reuolutis. *Stigma* integrum. *Cal.* subhians.

913.

* *Foliis simplicibus.*

bellidifol. 1. C. fol. simplicibus ovatis integerrimis: petiolis longis. (*excluso synonymo Clusii*).
asarifol. 2. C. fol. simplicibus subcordatis.
nudicaul. 3. C. fol. simplicibus lanceolatis sinuato-dentatis, caulibus nudis.
petraea. 4. C. fol. simplicibus oblongis dentatis.
 * * *Foliis ternatis.*
vesedifol. 5. C. fol. inferioribus indivisis, superioribus trilobis pinnatisque.

trifo-

- trifolia.* 6. C. fol. ternatis obtusis, caule subnudo.
africana. 7. C. fol. ternatis acuminatis, caule ramosissimo.
 * * * *Foliis pinnatis.*
Chelidon. 8. C. fol. pinnatis: foliolis quinis incis. *Flo-*
impatiens. 9. C. fol. pinnatis incis stipulatis, flor. apetalis. *Flo-*
rem unicum cum Corolla petalis albis, maioribus quam
in parviflora, reperi 1764; diuersa tamen a C. par-
uiflora.
parviflor. 10. C. fol. pinnatis exstipulatis: foliolis lanceolatis ob-
 tusis, floribus corollatis.
græca. 11. C. foliis pinnatis: foliolis palmatis æqualibus pe-
 tiolatis.
hirsuta. 12. C. fol. pinnatis, flor. tetrandris.
pratensis. 13. C. fol. pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis,
 caulinis lanceolatis.
amara. 14. C. fol. pinnatis, axillis stoloniferis. Nasturtium
lio longioribus, foliol. obcordatis.
- campe-* 32. A. acaulos, calyc. leguminibusque villosis, foliol.
stris. lanceolatis acutis, scapo decumbente.
- depressus.* 37. A. acaulos, scapis folio brevioribus, legum. cer-
nuiis, foliol. submarginatis nudis.

* * * * *Caule lignoso.*

- tragoides.* 38. A. subacaulos, floribus radicalibus numerosis sub-
sessilibus.
- Tragacant.* 39. A. caudice arborecente, petiolis spinescentibus.

893. **BISERRVLA.** *Legumen biloculare, planum:*
1073. *dissepimento contrario.*

Pelecinus. 1. **BISERRVLA.**

894. **PSORALEA.** *Calyx. punctis callosis adisper-*
1074. *fus, longitudine Leguminis*
I-spermi.

- pinuata.* 1. P. fol. pinnatis linearibus, flor. axillaribus.
- aculeata.* 2. P. fol. ternatis: foliol. cuneiformibus recuruo-
mucronatis, capitul. terminalibus.
- tenuifolia.* 4. P. fol. inferioribus ternatis: superioribus simplicibus
lanceolato-subulatis. *In aliis Pedunculi laterales*
conferti capillares, longitudine foliorum.
- hirta.* 3. P. fol. ternatis: foliol. obouatis recuruato-mucro-
natis, flor. ternis sessilibus.
- bitumino-* 6. P. fol. omnibus ternatis, foliol. lanceolatis, pedunc.
sa. capitatis.
- glandulo-* 7. P. fol. omnibus ternatis: foliol. ouato-lanceolatis,
sa. spic. pedunculatis.

- americana*. 8. P. fol. ternatis: foliol. subrotundis angulatis, spic. pedunculatis.
tetragono-loba. 15. P. fol. ternatis dentatis, caul. flexuoso, legum. strilobato quadrangularibus. *Mant.* 104.
corylifol. 9. P. fol. simplicibus ovatis.
pentaph. 11. P. fol. digitato-quinatis: foliol. inaequalibus:
prostrata. 12. P. fol. supradecompositis digitatis linearibus.
Dalea. 14. P. fol. pinnatis, spicis terminalibus.
euneaphylla. 13. P. fol. pinnatis, spic. axillaribus. *Stamina omnia connata Ebeni. Planta luteo-tinctoria.*

896. TRIFOLIUM. Flores subcapitati. Legumen vix calyce longius, non dehiscens, deciduum.

1077.

* *Meliloti leguminibus nudis polyspermis.*

- M. caerulea*. 1. T. leguminibus seminudis mucronatis, caule erecto, spicis oblongis.
M. indica. 2. T. leguminibus racemosis nudis monospermis, caule erecto.
M. polonica. 3. T. leguminibus racemosis nudis dispermis lanceolatis, caule erecto.
M. officinal. 4. T. leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis, acutis, caule erecto.
M. italica. 5. T. leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis obtusis, caule erecto, foliol. integris.
M. cretica. 6. T. leguminibus racemosis nudis dispermis membranaceis, caule erectiusculo.
M. ornithopodioides. 7. T. leguminibus nudis octospermis subternis, calyc. duplo longioribus, caulibus declinatis.

** *Lotoidea leguminibus tectis, polyspermis.*

- Lupina-ster.* 8. T. capitulis dimidiatis, fol. quinatis sessilibus, leguminibus polyspermis.
reflexum. 9. T. capitulis fructiferis reflexis, leguminibus trispermis.
strictum. 10. T. capitulis globosis, leguminibus dispermis, caule patulo, foliol. serrulatis, stipulis rhombeis.

II 3

hybr-

Trifolii character, ut ut genus habitu facillimum, difficillime eruitur.

- hybridum*. 11. T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule adscendente. Trifolium flore albo *Ruin. terr. t. 127. f. 2.*
- repens*. 12. T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule repente.
- comosum*. 13. T. capitulis umbellato-globosis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, leguminibus tetraspermis.
- alpinum*. 14. T. scapo nudo, leguminibus dispermis pendulis, fol. lineari-lanceolatis.

* * * *Lagopoda calycibus villosis.*

- subterraneum*. 15. T. capitulis villosis quinquefloris, coma centrali reflexa rigida fructum obuolvente.
- globosum*. 16. T. capitulis villosis globosis, calycibus superioribus flosculo destitutis.
- cherleri*. 17. T. capitulis villosis globosis terminalibus solitariis, calycibus omnibus fertilibus, caul. procumbentibus, fol. obcordatis.
- rubens*. 18. T. spicis villosis longis, corollis monopetalis, caule erecto, fol. serrulatis.
- pratense*. 19. T. spicis subvillosis cinctis stipulis oppositis membranaceis, corollis monopetalis
- alpestre*. 21. T. spic. subglobosis villosis terminalibus, caule erecto, fol. lanceolatis serrulatis. *Similimum T. pratensi, herba T. montani; distinguitur a Tr. pratensi, quod hoc alpestre capitulis terminalibus 2, illud 1; hoc stipulis viridibus, illud scariosis venis rubris; hoc stipulis ultimis utrinque lanceolatis, illud subovatis.*
- squarrosum*. 20. T. spicis subpilosis, calycum infimo dente longifimo reflexo, caule herbaceo erecto.
- lappaceum*. 22. T. spicis globosis terminalibus, calycibus setis rigidis hispidis, caule patulo, foliol. ovalibus.
- incarratum*. 23. T. spic. villosis oblongis obtusis aphyllis, foliol. subrotundis crenatis.

angr-

Racemosa: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 33, 39, 40, 41, 42.

Umbellata: 8, 9, 11, 12, 13, 14.

Fasciculata: 15, 16, 43.

Capitata: 22, 17, 27, 28, 29, 30, 33, 34, 35, 36, 37, 31.

Spicata: 18, 19, 20, 21, 23, 24, 25, 26, 10.

- angustifolium*. 24. T. spic. villosis conico-oblongis dentibus calycinis setaceis subaequalibus, foliol. linearibus.
- aruense*. 25. T. spic. villosis ovalibus, dentibus calycinis setaceis villosis aequalibus. *Alae intus macula sanguinea.*
- stellatum*. 26. T. spic. pilosis ovalibus, calyc. patentibus, caule diffuso, foliol. obcordatis.
- clypeatum*. 27. T. spic. ovalibus, calyc. patulis: lacinia infima maxima lanceolata, foliol. ovalibus.
- scabrum*. 28. T. capitul. sessilibus lateralibus ovalibus, calyc. lacinis inaequalibus rigidis recurvis.
- glomeratum*. 29. T. capit. sessilibus haemisphaericis rigidis, calyc. striatis patulis aequalibus.
- striatum*. 30. T. capit. sessilibus sublateralibus ovalibus, calyc. striatis rotundatis.
- alexandrinum*. 31. T. capit. oblongis pedunculatis, caule erecto, foliis oppositis.
- visitorum*. 33. T. acaule, pedunc. trifidis subtriflorisque stipula brevioribus.

* * * * * *Vesicaria calycibus inflatis ventricosis.*

- spumosum*. 34. T. spicis ovalibus, calyc. inflatis glabris quinque-dentatis, involucri. uniuersalibus pentaphyllis. *corollae rubrae.*
- resupinatum*. 35. T. spicis subovalibus, coroll. supinatis, calyc. inflatis dorso gibbis, caul. prostratis.
- tomentosum*. 36. T. spicis sessilibus globosis tomentosissimis, calyc. inflatis obtusis. Trifolium capitulis sessilibus axillaribus tomentosissimis, calycibus inflatis, fol. glabris, caul. decumbentibus. *Ger. prou. 510.*
- fragiferum*. 37. T. spic. subrotundis, calyc. inflatis bidentatis reflexis, caul. repentibus.

* * * * * *Lupulina vexillis corollae inflexis.*

- montanum*. 38. T. spicis subimbricatis subtribus: vexillis subulatis emarcescentibus, calyc. nudis, caul. erecto.
- agrarium*. 39. T. spic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis persistentibus, calyc. nudis, caule erecto.
- spadicum*. 37. T. spic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis persistentibus, calyc. pilosis, caule erecto.
- procumbens*. 38. T. spic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis persistentibus, caul. procumbentibus. *Sata euasie diuersa a sequenti.*

- filiforme.* 39. T. spic. subimbricatis: vexillis deflexis persistentibus, calyc. pedicellatis, caul. procumbentibus.
biflorum. 40. T. spic. bifloris sessilibus, inuol. hispidis infundibuliformibus, fol. lanceolatis.

897. **LOTVS.** *Legumen* cylindricum, strictum. *Alae* sursum longitudinaliter conniuentes.
 1089. *Cal.* tubulosus.

* *Leguminibus rarioribus, nec capitulum constituentibus.*

- maritimus.* 1. L. legum. solitariis membranaceo-quadrangulis, fol. glabris, bracteis lanceolatis.
siliquosus. 2. L. legum. solitariis membranaceo-quadrangulis, caul. procumbentibus, fol. subtus pubescentibus.
tetragonolobus. 3. L. legum. solitariis membranaceo-quadrangulis, bract. ouatis.
coniugatus. 4. L. legum. coniugatis membranaceo-quadrangulis, bract. oblongo-ouatis.
prostratus. 5. L. legum. subsolitariis tomentosis, foliol. acuminatis, stipulis minutis, caul. filiformibus.
edulis. 6. L. legum. subsolitariis gibbis incuruis. Trifolium corniculatum creticum. *Alp. exot. t. 268.*
peregrin. 7. L. legum. subbinatis linearibus compressis nutantibus.
angulissimus. 7. L. legum. subbinatis linearibus strictis erectis, caule erecto, pedunc. alternis.
arabicus. 19. L. legum. cylindricis aristatis, caul. prostratis, pedunc. trifloris, bracteis monophyllis. *Mant. 104.*
ornithopodioides. 9. L. legum. subternatis arcuatis compressis, caul. diffusis.
iacobaesus. 10. L. legum. subternatis, caule herbaceo erecto, foliol. linearibus. *Corollae colore Antirrh. tristis.*
creticus. 12. L. legum. subternatis, caule suffrutescente, fol. sericeis nitidis.

** *Pedunculis multifloris in capitulum.*

- mauritanicus.* 11. L. capit. racemosis, fol. obouatis villosis, caul. erecto suffruticoso.
hirsutus. 13. L. capit. subrotundis, caul. erecto hirtio, legum. ouatis.

- graecus.* 18. L. capit. subrotundis, caul. erecto, fol. quinatis, legum. ouatis. *Mant.* 104.
rectus. 14. L. capit. subglobosis, caule erecto laevi, legum. rectis glabris.
corniculatus. 15. L. capit. depressis, caul. decumbentibus, legum. cylindricis patentibus.
cytisoides. 16. L. capit. dimidiatis, caule diffuso ramosissimo, fol. tomentosis.
Dorycnium. 17. L. capit. aphyllis, fol. sessilibus quinatis.

898. TRIGONELLA. *Vexillum* et *Alae* subaequales, patentes, forma corollae 3-petalae,

1093.

- ruthenica.* 1. T. legum. pedunculatis congestis pendulis linearibus rectis, foliol. sublanceolatis.
platycarpus. 2. T. legum. pedunculatis congestis pendulis ovalibus compressis, caule diffuso, foliol. subrotundis.
polycerata. 3. T. legum. subsessilibus congestis erectis subrectis longis linearibus, pedunc. muticis.
hamosa. 6. T. legum. pedunculatis racemosis declinatis hamosis teretibus, pedunc. spinosis foliolo longioribus.
spinosa. 5. T. legum. subpedunculatis congestis declinatis falcatis compressis, pedunc. spinosis brevissimis.
corniculata. 4. T. legum. pedunculatis congestis declinatis subfalcatis, pedunc. longo subspinoso, caule erecto.
monspeliaca. 7. T. legum. congestis sessilibus arcuatis diuarcatis inclinatis breuibus, pedunc. mucronato inermi.
laciniata. 8. T. legum. pedunculatis subumbellatis ellipticis foliol. cuneiformibus dentatis, stipul. laciniatis.
Foeniculum Graecum. 9. T. legum. sessilibus strictis erectiusculis subfalcatis acuminatis, caule erecto.
sylvestris. a. T. eadem caule basi ramoso-stolonifero.
indica. 10. T. legum. sessilibus subsolitariis subfalcatis, foliol. integerrimis, caule diffuso.

899. MEDICAGO. *Legumen* compressum, cochleatum. *Carina* corollae a vexillo deflectens,

1096.

- arborea.* 1. M. legum. lunatis margine integerrimis, caule arborco.

- virginica.* 2. M. caule erecto ramosissimo, flor fasciculatis terminalibus.
- radiata.* 3. M. legum. reniformibus margine dentatis, fol. ternatis.
- circinata.* 4. M. legum. reniformibus margine dentatis, fol. pinatis.
- fatiua.* 5. M. pedunc. racemosis, legum. contortis, caule erecto glabro.
- falcata.* 6. M. pedunc. racemosis, legum. lunatis, caule prostrato.
- lupulina.* 7. M. spicis ovalibus, legum. reniformibus monospermis, caul. procumbentibus.
- marina.* 8. M. pedunc. racemosis, legum. cochleatis spinosis, caule procumbente tomentoso.
- polymorp.* 9. M. legum. cochleatis, stipul. dentatis, caule diffuso.
- orbiculata.* α. M. legum. solitariis cochleatis depressis planis, stipul. ciliatis, caule diffuso.
- scutellata.* β. M. cochleata maior, dicarpos, capsula rotunda globosa scutellata.
- tornata.* γ. M. tornata maior et minor laevis.
- turbinata.* δ. M. fructu turbinate.
- intertexta.* ε. M. cochleata spinosa maior dicarpos, capsula f. spinis longioribus sursum et deorsum tendentibus.
- arabica.* ζ. M. cochleata minor polycarpos annua, capsula maiore alba, folio cordato macula fusca.
- coronata.* η. M. fructu minimo, coronulam vtrinque dentatam referente.
- ciliaris.* θ. M. legum. congestis globosis hispidis, stipulis ciliatis.
- hirsuta.* ι. M. legum. solitariis globosis brevissimis echinatis, stipulis ferratis.
- rigidula.* κ. M. triphylla, leguminibus cochleatis spinosis, foliolis inferioribus cuneiformibus retusis, superioribus subrotundis.
- minima.* λ. M. legum. cochleatis, aculeis vncinatis alternis externe donatis, stipulis integris.
- muricata.* μ. M. cochleata dicarpos, capsula spinosa rotunda minore.
- laciniata.* ν. M. fructu echinato, fol. linearibus dentatis.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

PENTANDRIA.

900. THEOBROMA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-petala, nectariis 5-
Stam. 5: antheris 5. *Pistill.* 1.

DODECANDRIA.

1368. MONSONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 5: antheris 3. *Pistill.* 5-fidum.

ICOSANDRIA.

901. CITRUS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 20. in
cylindrum passim connata. *Pistill.* 1:
Bacca 9-ocularis pulpa vesiculari.

POLYANDRIA.

1269. MELALEUCA. *Cal.* 5-partitus, superus. *Cor.* 5-petala.
Caps. semiuestita calyce baccato.
1270. HOPEA. *Cal.* 5-fidus, superus. *Cor.* 5-petala.
Drupa nucleo 3-oculari.
902. HYPERICUM. *Cal.* 5-partitus, inferus. *Cor.* 5-petala.
Styli 1, 3, f. 5. *Caps.* locularis.
903. ASCYRUM. *Cal.* 2-phyllus, inferus. *Cor.* 4-petala.
Styli 2. *Caps.* 2-valuis.

PENTANDRIA.

900. THEOBROMA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 5, fornicata, bicornia. *Nectarium* 5-phyllum, regulare, *Stam.* nectario innata, *sin-*gulo antheris 5.

Cacao. 1. T. fol. integerrimis.

Guazum. 2. T. fol. ferratis. *Antherae ternae.*

DODECANDRIA.

1268. MONSONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 15 connata in 5 filamenta. *Stylus* 5-fidus. *Capsf.* 5-cocca.

speciosa 1. T. MONSONIA. *Mant.* 105.

ICOSANDRIA.

901. CITRVS. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5, oblonga. *Antherae* 20 filamentis connatis in varia corpora. *Bacca* 9-ocularis.

Medica. 1. C. petiolis linearibus.

Aurantium- 2. C. petiolis alatis, fol. acuminatis.

decumanus. 3. C. petiolis alatis, fol. obtusis emarginatis. *Limo decumanus.* *Rumph. amph.* 2. p. 96. t. 24. f. 2. *Citrus Aurantium decumanum.* *Sp. plant.* 1100. 2. β . *Differt ab aurantio foliis fructibusque magnis, floribus magis racemosis, racemis subtomentosis.*

POLYANDRIA.

1269. MELALEUCA. *Cal.* 5-partitus, superus. *Cor.* 5-petala. *Filamenta* multa, connata in 5 corpora. *Stylus* 1. *Capj.* semi-uestita calyce baccato, 3-valuis, 3-ocularis.

Leuca- I. MELALEUCA. *Mant.* 105. *Myrtus* Leucadendron!
dendra. *Sp. pl.* 676.

1270. HOPEA. *Cal.* 5-fidus, superus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* multa, connata in 5 corpora. *Stylus* 1. *Drupa* nuce 3-oculari.

tinctoria. I. HOPEA. *Mant.* 105.

902. HYPERICVM. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Filamenta* multa, in 5 phalanges basi connata. *Capjula.*

1101.

* *Pentagyna.*

- baleari-* 1. H. flor. pentagynis, caule fruticoso, fol. ramisque
cum. cicatrisatis.
kalmia- 2. H. flor. pentagynis, caule fruticoso, fol. lineari-
num. lanceolatis.
Lasianth. 3. H. flor. pentagynis, fol. lanceolatis ferratis. *Sem.*
allata; an monadelphia?
calyci- 30. H. flor. pentagynis solitariis terminalibus, caule te-
num. tragono fruticoso, fol. oblongo-ouatis coriaceis.
Mant. 106.
Ascyron. 4. H. flor. pentagynis, caule tetragono herbaceo ere-
cto simplici, fol. laeuibus integerrimis.

** *Trigyna.*

- Androsae-* 5. H. flor. trigynis, fruct. baccatis, caule fruticoso
mum. ancipiti.

olympi-

- olympicum*. 6. H. flor. trigynis, calyc. acutis, stam. corolla brevioribus, caule fruticoso.
- petiolatum*. 7. H. flor. trigynis, fol. ovatis petiolatis integerrimis subtus tomentosus, caule fruticoso tetragono compresso.
- canariense*. 8. H. flor. trigynis, calyc. obtusis, stam. corolla brevioribus, caule fruticoso.
- hircinum*. 9. H. flor. trigynis, stam. corolla longioribus, caule fruticoso ancipiti.
- aegyptium*. 10. H. flor. trigynis, nectariis petalorum lanceolatis, caul. suffruticosis compressis.
- orientale*. 11. H. flor. trigynis, stip. reflexis, fol. oblongis denticulato-crenatis.
- seabrum*. 13. H. flor. trigynis, caule tereti suffruticoso muricato, fol. oblongis.
- repens*. 12. H. flor. trigynis, caule tereti repente, fol. lanceolato-linearibus obtusis.
- prolificum*. 31. H. flor. trigynis: primordialibus sessilibus, caule ancipiti fruticoso, fol. lanceolato-linearibus. *Mant.* 106.
- ericoides*. 14. H. flor. trigynis, fol. linearibus imbricatis.
- canadense*. 16. H. flor. trigynis, fol. lineari-lanceolatis, caule quadrangulo, pericarp. coloratis.
- virginicum*. 15. H. flor. trigynis: petalis calyce sublongioribus, fol. oblongis obtusis amplexicaulis, caule tereti.
- quadrang.* 17. H. flor. trigynis, caule quadrato herbaceo.
- perforatum*. 18. H. flor. trigynis, caule ancipiti, fol. obtusis pelucido-punctatis.
- humifusum*. 19. H. flor. trigynis axillaribus solitariis, caul. ancipitibus prostratis filiformibus, fol. glabris. *Oed. dan. t.* 141.
- crispum*. 32. H. flor. trigynis, caule tereti, fol. sessilibus lanceolatis basi undulato-dentatis. *Mant.* 106.
- montanum*. 20. H. flor. trigynis, calyc. ferrato-glandulosis, caule tereti erecto, fol. ovatis glabris. *Oed. dan. t.* 173.
- hirsutum*. 21. H. flor. trigynis, calyc. ferrato-glandulosis, caule tereti erecto, fol. ovatis subpubescentibus.
- tomentosum*. 22. H. flor. trigynis, calyc. ferrato-glandulosis, fol. semiamplexicaulis flexuosis tomentosus, caulibus prostratis. *Stamina phalangibus tribus.*
- perfoliatum*. 32. H. flor. trigynis, caule subancipiti, fol. amplexicaulis ovatis, cyma floribus sessilibus.

- elodes.* 23. H. flor. trigynis, caule tereti repente foliisque vil-
lofis subrotundis.
- pulchrum.* 24. H. flor. trigynis, calyc. ferrato-glandulosis. fol.
cordatis glabris, caule tereti.
- nummularium.* 25. H. flor. trigynis, calyc. ferrato-glandulosis, fol.
cordato-orbiculatis glabris-
- Coris.* 26. H. flor. trigynis, calyc. ferrato-glandulosis, fol.
subuverticillatis.

* * * *Digyna.*

- mutilum.* 27. H. flor. digynis, fol. ovatis sessilibus.
- setosum.* 28. H. flor. digynis, fol. linearibus.

* * * * *Monogyna.*

- monogynum.* 29. H. flor. monogynis, stam. corolla longioribus, ca-
lycibus coloratis, caule fruticoso.

903. ASCYRVM. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Fila-*
1107. *menta* multa, in 4 phalanges
digesta.

- Cr. Andr.* 1. A. fol. ovatis, caule tereti, panicula dichotoma.
- hypericoid.* 2. A. fol. oblongis, ramis ancipitibus.
- villosum.* 3. A. fol. hirsutis, caule stricto.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQUALIS.

* *Semiflosculosi Tournef. corollis ligulatis omnibus.*

922. SCOLYMVS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus.
Cal. imbricatus, spinosus.
921. CICHORIVM. *Recept.* subpaleaceum. *Pappus* sub 5-dentatus. *Cal.* calyculatus.
920. CATANANCHE. *Recept.* paleaceum. *Pappus* 5-aristatus.
Cal. imbricatus, scariosus.
917. SERIOLA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* subpilosus.
Cal. simplex.
918. HYPOCHOERIS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* subplumosus.
Cal. imbricatus.
904. GEROPOGON. *Recept.* paleaceum. *Pappus* 5-aristatus radii,
Cal. simplex. plumosus disci.
915. ANDRYALA. *Recept.* villosum. *Pappus* pilosus.
Cal. subaequalis, rotundatus.
905. TRAGOPOGON. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus.
Cal. simplex.
907. PICRIS. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus.
Cal. calyculatus.
912. LEONTODON. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus.
Cal. imbricatus squamis laxis.
908. SONCHVS. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
Cal. imbricatus gibbus.
906. SCORZONERA. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus.
Cal. imbricatus margine scarioso.
914. CREPIS. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
Cal. calyculatus squamis difformibus.
910. CHONDRILLA. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
Cal. calyculat. multiflorus.
911. PRENANTHES. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
Cal. calyculat. sub 5-florus.
909. LACTUCA. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
Cal. imbricat. margine scarioso.
913. HIERACIVM, *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
Cal. imbricat. ouatus.

919. LAPSANA. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus.
 Cal. calyculatus.
916. HYOSERIS. *Recept.* nudum. *Pappus* non pilosus:
 Cal. subaequalis.

* * Capitati.

930. ATRACTYLIS. *Corolla* radiata!
929. CARLINA. *Calyx* radiatus: radiis coloratis!
926. CNICVS. *Calyx* bracteis obuallatus.
923. ARCTIVM- *Calyx* squamis apice incuruato-hamosis!
931. CARTHAMVS. *Calyx* squamis squarrosus foliaceis.
928. CYNARA, *Calyx* squamis squarrosus canaliculatis;
 spliosis.
925. CARDVVS. *Calyx* squamis spinosis ventricosus.
 Recept. pilosum.
927. ONOPORDON. *Calyx* squamis ventricosus spinosis.
 Recept. fauosum!
924. SERRATVLA. *Calyx* squamis acutiusculis muticis imbricatis;
 subcylindricus.

* * * Discoidei.

934. ETHVLIA. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus.
 Cal. aequalis.
1287. SPILANTHVS. *Recept.* nudum. *Pappus* bidentatus:
 Cal. subaequalis.
936. AGERATVM. *Recept.* nudum; *Pappus* 5-aristatus:
 Cal. subaequalis.
933. CACALIA. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
 Cal. calyculatus.
939. CHRYSOCOMA. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus.
 Cal. imbricatus. *Pist.* breuissima.
935. EVPATORIVM. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus.
 Cal. imbricatus. *Pist.* longissima.
942. SANTOLINA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus,
 Cal. imbricatus, hemisphaericus.
941. CACALA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* pilosus;
 Cal. imbricatus.
943. ATHANASIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* paleaceus.
 Cal. imbricatus.
232. BIDENS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* aristatus.
 Cal. imbricatus.
938. STAEHELINA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* plumosus;
 ramosus. *Antherae* caudatae.

937. PTERONIA, *Recept. setis partitis. Pappus subplumofus.*
Cal. imbricatus.
940. TARCHONANTHVS. *Recept. pilosum Pappus pilosus, ve-*
stiens. Cal. turbinatus, monophyllus.
- * *Tanacetum.*

POLYGAMIA SVPERFLVA.

* *Discoidei.*

945. ARTEMISIA. *Recept. subnudum. Papp. nullus.*
Cor. radii nulli.
948. CARPESIVM. *Recept. nudum. Papp. nullus.*
Cor. radii 5-fidae.
944. TANACETVM. *Recept. nudum. Papp. submargin.*
Cor. radii 3-fidae.
968. COTVLA. *Recept. subnudum. Papp. marginatus.*
Cor. disci 4-fidae!
949. BACCHARIS. *Recept. nudum. Papp. pilosus.*
Cor. femineae hermaphroditis mixtae.
950. CONYZA. *Recept. nudum. Papp. pilosus.*
Cor. radii 3-fidae.
946. GNAPHALIVM. *Recept. nudum. Papp. plumofus.*
Cal. scariosus: squam. concauis.
947. XERANTHEMV. *Recept. paleaceum. Papp. subsetaceus.*
Cal. scariosus radio explanato.
969. ANACYCLVS. *Recept. paleaceum. Papp. nullus.*
Sem. marginata, emarginata.

* * *Semifl. sculosi.*

960. PERDICIVM. *Recept. nudum. Papp. pilosus.*
Cor. trifidae: exteriore majore 3-loba,

* * * *Radiati.*

962. BELLIS. *Recept. nudum. Papp. nullus.*
Cal. squamis aequalibus simplex.
967. MATRICARIA. *Recept. nudum. Papp. nullus.*
Cal. squamis imbricatus acutis.
966. CHRYSANTHEMV. *Recept. nudum. Papp. nullus.*
Cal. squamis intimis membranaceis.
959. DORONICVM. *Recept. nudum. Papp. pilosus.*
Pappus radii nullus:
958. ARNICA. *Recept. nudum. Papp. pilosus.*
Stamina radii castrata!

956. INVLA. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.
Antherae basi bifetae.
951. ERIGERON. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.
Cor. radii capillares.
955. SOLIDAGO. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.
Cor. radii subseni, remoti.
957. CINERARIA. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.
Cal. aequalis simplex.
953. SENECEO. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.
Cal. squamis apice sphacelatis.
952. Tussilago. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.
Cal. squamis submembranaceis.
954. ASTER. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.
Cal. subsquarrosus.
964. TAGETES. *Recept.* nudum. *Papp.* aristatus.
Cal. 1-phyllus. *Radius* 5-florus.
961. HELENIVM. *Recept.* seminudum. *Papp.* 5-aristatus.
Cal. multipartitus. *Radiis.* *Cor.* 3-fidis.
965. PECTIS. *Recept.* nudum. *Papp.* aristatus.
Cal. 5-phyllus. *Radius* 5-florus.
965. LEYSERA. *Recept.* semipaleaceum. *Papp.* plumosus.
Cal. scariosus.
973. SIGESBECKIA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.
Radius dimidiatus.
970. ANTHEMIS. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.
Cal. hemisphaericus.
971. ACHILLEA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.
Radius sub-5-florus. *Cal.* oblongus.
077. BVPHTHALMIVM. *Recept.* paleaceum. *Papp.* marginatus.
Stigma hermaphrodit. simplex.
978. AMELLVS. *Recept.* paleaceum. *Papp.* pilosus.
Cal. imbricatus.
972. TRIDAX. *Recept.* paleaceum. *Papp.* pilosus.
Cor. radii 3-partitae.
975. VERBESINA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* aristatus.
Flosculi radii circiter 5.
974. ZINNIA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* aristatus.
Rad. 5-florus, persistens. *Cal.* imbricat.
- * *Tetragonotheca; vide Polymniam.*

POLYGAMIA FRVSTRANEA.

982. GORTERIA. *Recept.* nudiusculum. *Papp.* pilosus.
Radius corollae ligulatus.
984. CEN-

984. CENTAVREA. *Recept.* fetosum. *Papp.* pilosus.
Radius corollae tubulosus.
1271. ZOEGEA. *Recept.* fetosum. *Papp.* fetaceus.
Radius corollae ligulatus.
980. RVDBECKIA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* marginatus.
Cal. serie duplici.
981. COREOPSIS. *Recept.* paleaceum. *Papp.* aristatus.
Cal. calyculatus.
979. HELIANTHVS. *Recept.* paleaceum. *Papp.* aristatus.
Cal. squarrosus.
985. OSMITES. *Recept.* paleaceum. *Papp.* obsoletus.
Cal. imbricatus.

POLYGAMIA NECESSARIA.

995. FILAGO. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus.
Flosc. femin. inter squamas calycis.
996. MICROPVS. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus.
Flosc. femin. squamis calycis vaginati.
985. MILLERIA. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus.
Flosc. femineus subsolitarius.
993. OTHONNA. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus.
Calyx monophyllus.
992. OSTEOSPERMVM. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus.
Sem. globosa, ossea.
990. CALENDVLA. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus.
Sem. membranacea.
991. ARCTOTIS. *Recept.* subpilosum. *Papp.* 5-phyllus.
Sem. tomentosa.
994. ERIOCEPHALVS. *Recept.* villosum. *Papp.* nullus.
Flosc. radii quini.
987. POLYMNIA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus.
Cal. 5-phyllus.
989. MELAMPODIVM. *Recept.* paleaceum. *Papp.* vuluatus.
Cal. 5-phyllus.
986. SILPHIVM. *Recept.* paleaceum. *Papp.* 2-aristatus.
Cal. squarrosus.
988. CHRYSOGONVM. *Recept.* paleaceum. *Papp.* 3-aristatus.
Sem. calyculis propriis.

POLYGAMIA SEGREGATA.

1001. STOEBE. *Perianth.* 1-florum. *Papp.* plumosus.
Polyg. aequalis.

999. ECHINOPS. *Perianth.* 1-florum. *Papp.* pubescens.
Polyg. aequalis.
997. ELEPHANTOP. *Perianth.* 4-florum. *Papp.* setosus.
Polyg. aequalis.
1000. GYNDELIA. *Recept.* 5-florum. *Papp.* nullus.
Polyg. frustranea.
998. SPHAERANTHVS. *Recept.* multiflorum. *Papp.* nullus.
Polyg. necessaria.

MONOGAMIA.

1002. STRUMPFIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala regularis.
Bucca infera, 1-sperma.
1003. SERIPHIVM. *Cal.* imbricatus. *Cor.* 1-petala regularis.
Sem. 1, oblongum.
1004. CORYMBIVM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 1-petala regularis.
Sem. 1, lanatum.
1005. JASIONE. *Cal.* communis. *Cor.* 5-petala regularis.
Caps. infera, 2-locularis.
1006. LOBELIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 1-petala irregularis.
Caps. infera, 2-locularis.
1007. VIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala irregularis.
Caps. supera, 3-valuis.
1008. IMPATIENS. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala irregularis.
Caps. supera, 5-valuis.

POLYGAMIA AEQUALIS.

904. GEROPOGON. *Receptaculum setoso-paleaceum. Cal. simplex. Sem. Disci Pappo plumoso; Radii 5-aristato.*
1190.

glabrum. 1. G. fol. glabris.
hirsutum. 2. G. fol. pilosis.

905. TRAGOPOGON. *Recept. nudum. Cal. simplex. Pappus plumosus.*
1109.

- pratense.* 1. T. calycibus corollae radium aequantibus, fol. integris strictis.
orientale. 2. T. calyc. corollae radio brevioribus, fol. integris subundulatis.
porrifolium. 3. T. calyc. corollae radio longioribus, fol. integris strictis, pedunc. superne incrassatis.
crocifolium. 5. T. calyc. corollae radio longioribus, fol. integris, radicalibus pedunculisque basi villosis.
villosum. 4. T. calyc. corollae radio sesquialongioribus, caule foliisque villosis. Tragopogon caule tomentoso. *Hall. goett.* 418.
dalechampi. 6. T. calyc. monophyllis corolla brevioribus inermibus, fol. runcinatis.
Picroides. 7. T. calyc. monophyllis corolla brevioribus aculeatis, fol. runcinatis denticulatis.
asperum. 8. T. calyc. corolla brevioribus hispida, fol. integris: caulinis oblongis.
dandelion. 9. T. fol. ensiformibus integris laevibus, scapis radicalibus.
lanatum. 10. T. fol. ensiformibus undulatis villosis, scapis radicalibus.
virginicum. 11. T. fol. radicalibus lyratis rotundatis, caulinis indivisis.

906. SCORZONERA. *Recept.* nudum. *Pappus*
 1112. plumosus. *Cal.* imbricatus
 squamis margine membra-
 naceis.

- tomentosa.* 3. S. fol. ovatis nervosis tomentosis integerrimis sessilibus.
humilis. 1. S. caul. subnudo unifloro, fol. lato-lanceolatis nervosis planis.
hispanica. 2. S. caul. ramoso, fol. amplexicaulibus integris serrulatis.
graminif. 4. S. fol. lineari-ensiformibus integris carinatis.
purpurea. 5. S. fol. lineari-subulatis integris planis, pedunc. cylindricis.
angustifolia. 6. S. fol. subulatis integris, pedunc. incrassato, caul. basi villoso.
resedifol. 8. S. fol. obtuse dentatis, caule diuarcato, calyc. apicibus tomentosis, *Bocc. sic. 13. t. 7. f. A.*
laciniata. 9. S. fol. linearibus dentatis acutis, caul. erecto, calyc. squamis patulo-mucronatis.
oriental. 7. S. fol. sinuatis denticulatis acutis, caul. subunifloris.
tingitana. 10. S. fol. omnibus runcinatis amplexicaulibus.
Picroides. 9. S. fol. superioribus amplexicaulibus integerrimis, inferioribus runcinatis, pedunc. squamosis. *Pappus pilosus.*

907. PICRIS. *Recept.* nudum *Cal.* calyculatus.
 1114. *Pappus* plumosus. *Sem.* transversim fulcata.

- Echioid.* 1. P. perianth. exterioribus pentaphyllis interiore aristato maioribus.
Hierac. 2. P. perianth. laxis. fol. integris.
asplenoides. 4. P. fol. pinnatifidis: lobis alternis rotundatis. †

908. SONCHVS. *Recept.* nudum. *Cal.* imbricatus,
 1115. ventricosus. *Pappus* pilosus.

- canadens.* 1. S. pedunc. hispida, flor. racemosis, fol. runcinatis.
 K k 4 palu-

- palustris.* 2. S. pedunc. calycibusque hispidis subumbellatis, fol. runcinatis basi aristatis.
arvensis. 3. S. pedunc. calycibusque hispidis subumbellatis, fol. runcinatis basi cordatis.
oleraceus. 5. S. pedunc. tomentosis, calyc. glabris.
tenerrim. 6. S. pedunc. tomentosis, calyc. pilosis.
plumieri. 8. S. pedunc. nudis, flor. paniculatis, fol. runcinatis.
alpinus. 7. S. pedunc. squamosis, flor. racemosis, fol. runcinatis.
floridan. 9. S. pedunc. squamosis, fol. lyrato hastatis.
sibiricus. 8. S. pedunc. squamatis, fol. lanceolatis indivisis sessilibus.
maritimus. 4. S. pedunc. nudo, fol. lanceolatis amplexicaulibus indivisis retrorsum argute dentatis.

909. **LACTUCA.** *Recept.* nudum. *Cal.* imbricatus, cylindricus, margine membranaceo. *Pappus* simplex, stipitatus.

1118.

- quercina.* 1. L. fol. runcinatis denticulatis acutis: subtus laevibus, caule glabro.
fatua. 2. L. fol. rotundatis, caule corymbofo.
Scariola. 4. L. fol. verticalibus carina aculeatis. *γ.* *Folia inferiora runcinata, obliqua s. verticalia; Caulina superiora amplexicaulia, sagittata, carina laevi margine scabro.*
virosa. 5. L. fol. horizontalibus carina aculeatis dentatis.
saligna. 6. L. fol. hastato-linearibus sessilibus carina aculeatis.
canariensis. 3. L. fol. laciniato-ensiformibus dentatis internibus.
perennis. 7. L. fol. linearibus dentato-pinnatis: laciniis fursum dentatis.

910. **CHONDRILLA.** *Recept.* nudum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* simplex, stipitatus. *Floſculi* multiplici serie.

1120.

- juncea.* 1. C. fol. sagittatis amplexicaulibus, caule simplici, flor. subsessilibus lateralibus. *Posses* Crepidis generi affini.

sociari. Caulis simplex, saepiusque simplicissimus, sesquipedalis, basi purpurea striatus, adpersus setis albis raris. Folia Turritidis sagittata, amplexicaulia, indiuisa, oblonga, scabra margine et imprimis carina albidis pilis; supra laeua, infima denticulata. Flores alterni pedunculo vix calycis longitudine, bractea vna alteraque. Calyx cylindricus, striatus, adpersus tuberculis nigris seta alba. Calyx inferior breuissimus, foliolis subulatis persistentibus. Corolla lutea, subtus purpurascens, longitudine calycis. ☉.

911. **PRENANTHES.** *Recept.* nudum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* simplex, subsessilis. *Flosculi* simplici serie.

1120.

- tenuifol.* 1. P. fol. linearibus integerrimis.
viminea. 2. P. foliorum ramentis cauli adnatis. Chondrilla saxatilis viscosa, caule clemidophora. *Col. ecphr.* I- p. 238. t. 240.
purpurea. 3. P. flosc. quinis, fol. lanceolatis denticulatis.
ixurialis. 4. P. flosc. quinis, fol. runcinatis.
altissima,
ckondril- 5. P. flosc. quinis, fol. trilobis, caul. erecto.
loides. 8. P. flosc. denis, calyc. octofidis, fol. lanceolatis: radicalibus indiuisis subdentatis. *Mant.* 107.
japonica. 9. P. flosc. quindenis, fol. radicalibus lyratis, caule subnudo. *Mant.* 107.
alba. 6. P. flosc. plurimis, flor. nutantibus subumbellatis, fol. hastato-angulatis.
repens. 7. P. repens, fol. trilobis.

912. **LEONTODON.** *Recept.* nudum. *Cal.* imbricatus squamis laxiusculis. *Pappus* plumosus.

1124.

- Taraxac.* 1. L. calyce squamis inferne reflexis, fol. runcinatis denticulatis laeuibus.
bulbosum. 3. L. fol. oblongo-ouatis subdentatis glabris, calyc. laeui, scapo superne hirto.

- aureum.* 2. L. fol. runcinatis, caule subunifolio, calyce hispido.
hastile. 5. L. scapo calyceque laevi, fol. lanceolatis dentatis integerrimis glabris.
tuberosum. 6. L. fol. runcinatis scabris, calyce acuto hirsuto.
autumnale. 4. L. caule ramoso, pedunc. squamosis, fol. lanceolatis dentatis integerrimis glabris.
hispidum. 8. L. calyce toto erecto, fol. dentatis integerrimis hispidis: setis furcatis.
hirtum. 7. L. calyce toto erecto, fol. dentatis hirtis: setis simplicissimis. *Folia rigidula, tactu quasi arida, laciniis obliquatis. Calycis foliola extrema basi vtrinque dilatata mediante plica.*

913. HIERACIVM. *Recept. nudum. Cal. imbricatus, ouatus. Pappus simplex, sessilis.*

1124.

* *Scapo nudo unifloro.*

- incanum.* 1. H. fol. integerrimis subdenticulatis lanceolatis scabris, scapo unifloro.
alpinum. 1. H. fol. oblongis integris dentatis, scapo subnudo unifloro, calyce piloso.
Taraxaci. 2. H. fol. lanceolatis dentatis glabris, scapo subnudo unifloro, calyce hirsuto. Hieracium fol. glabris semipinnatis, calyce erecto hirsutissimo. *Hall. emend. n. 96.*
venosum. 3. H. fol. cuneiformibus hirtis, scapo unifloro nudo crassissimo erecto.
Pilosella. 4. H. fol. integerrimis ouatis subtus tomentosus, stolonibus repentibus, scapo unifloro. *Corolla extus rubra.*

** *Scapo nudo multifloro.*

- dubium.* 5. H. fol. integris ouato-oblongis, stolon. repentibus, scapo nudo multifloro.
auricula. 6. H. fol. integerrimis lanceolatis, scapo nudo multifloro, stolonibus repentibus.
cymosum. 7. H. fol. lanceolatis integris pilosis, scapo subnudo basi piloso, flor. subumbellatis.
praemorsum. 8. H. fol. ouatis subdentatis, scapo nudo, racemoso, flor. superioribus primoribus.

- aurantiacum.* 9. H. fol. integris, caule subnudo simplicissimo piloso corymbifero.
- Gronovii.* 10. H. caule paniculato subnudo, fol. radicalibus obovatis integerrimis pilosis.
- Gmelini.* 13. H. caule paniculato nudo, fol. radicalibus ovatis ferratis glabris.
- sanctum.* 12. H. scapo nudo multifloro, fol. lyratis obtusis dentatis.
- capense.* 11. H. caul. nudo multifloro, pedunc. inferioribus altioribus, fol. oblongis dentatis scabris.

* * * *Caule folioso.*

- paniculatum.* 14. H. caule erecto, fol. alternis lanceolatis nudis dentatis, panicula capillari.
- porrifolium.* 16. H. caule ramoso folioso, fol. lanceolato-linearibus integerrimis.
- chondrioides.* 25. H. caule ramoso, fol. caulinis elongato-dentatis glabris; radicalibus lanceolatis integris.
- muroorum.* 17. H. caule ramoso, fol. radicalibus ovatis dentatis; caulino minori.
- paludosum.* 18. H. caule paniculato, fol. amplexicaulibus dentatis glabris, calyc. hispidis.
- lyratum.* 19. H. caule multifloro, fol. lyratis glabris, calyce pedunculisque hispidis.
- cerinthoides.* 20. H. fol. radicalibus obovatis denticulatis; caulinis oblongis semiamplexicaulibus.
- amplexicaule.* 21. H. fol. amplexicaulibus cordatis subdentatis, pedunc. unifloris hirsutis, caule ramoso. *Affine admodum H. pyrenaici.*
- pyrenaicum.* H. fol. amplexicaulibus obovato-lanceolatis retrorsum dentatis, caul. simplici, cal. laxis. *Syst. nat.* 10. p. 1195.
- blattarioides.* β. Hieracium fol. lanceolatis amplexicaulibus dentatis, flor. solitariis, calyc. laxis. *Sp. plant.* 1130.
- pilosum.* γ. *Picris pyrenaica* perianthiis laxis, caule piloso, fol. dentato-sinuatis. *Sp. plant.* 1115.
- austriacum.* δ. *Crepis austriaca* foliis oblongis denticulatis, involucro laxissimo & calycibus hispidis. *Iacq. vind.* 270. *

- helueticum.* 2. Hieracium foliis amplexicaulibus minute serratis acutis. *Hall. helv.* 749. Hieracium alpinum asperum, conyzae facie. *Bauh. pin.* 128.
Planta polymorpha ex loco difficilius determinanda, media inter Hieracia, Crepides et Picres. Affinis proximus Crepidis sibiricae. Inquirendum quomodo et quibus ab hac differant β-s, problematice propositae.
- glutinofum.* 24. H. fol. lanceolatis runcinatis scabriusculis, flor. umbellatis.
- Kalmii.* 25. H. caule erecto multifloro, fol. lanceolatis dentatis, pedunc. tomentosus.
- Spreng-
erianum.* 26. H. caule ramoso folioso, fol. semiamplexicaulibus oblongis repandis hispida.
- Sabaudum.* 27. H. caule erecto multifloro, fol. ovato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus.
- umbella-
tum.* 28. H. fol. linearibus subdentatis sparsis, flor. subumbellatis.

914. CREPIS. *Recept.* nudum. *Cal.* calyculatus squamis deciduis. *Pappus* plumosus, stipitatus.

1131.

- pygmaea.* 1. C. fol. ovatis integris villosis petiolatis, caule procumbente.
- purifolia.* 2. C. fol. pinnatifidis crenatis, scapo nudo paucifloro.
- barbata.* 3. C. involucris calyce longioribus: squamis setaceis sparsis. Hieracium boeticum maius. *Herm. par.* 185. t. 185.
- vesicaria.* 5. C. involucris scariosis longitudine calycis, flor. corymbosis, bracteis ovatis.
- alpina.* 10. C. involucris scariosis longitudine calycis, flor. foliariis.
- rulra.* 6. C. fol. amplexicaulibus lyrato-runcinatis.
- foetida.* 7. C. fol. runcinato-pinnatis hirtis, petiolis dentatis.
- aspera.* 4. C. fol. dentatis: inferioribus ovatis auriculatis, superioribus sagittatis, caule setis rigidis sparsis.
- rhadadio-
loides.* 16. C. fol. integris amplexicaulibus oblongis, calycibus interioribus toruloso-articulatis hispida: foliis cymbiformibus. *Mant.* 108.

- sibirica.* C. fol. amplexicaulibus oblongis dentatis, caule hirto, calycibus carina ciliatis. *conf.r. Hieracium pyrenaicum.*
- sectorum.* 10. C. fol. lanceolato-runcinatis sessilibus laevis, inferioribus dentatis.
- biennis.* 11. C. fol. runcinato-pinnatifidis scabris: basi superne dentatis, calyc. muricatis.
- virens.* 9. C. fol. runcinatis glabris amplexicaulibus, calyc. subtomentosis.
- dioscoridis.* 8. C. fol. radicalibus runcinatis; caulinis hastatis, calyc. subtomentosis.
- pulchra.* 8. C. fol. sagittatis denticulatis, caul. paniculato, flor. pyramidatis glabris.
- neglecta.* 15. C. fol. amplexicaulibus runcinatis dentatis subpilosus, caul. paniculato, calyc. inermi-subspinosus. *Mant.* 107.

915. **ANDRYALA.** *Recept.* villosum. *Cal.* multipartitus, subaequalis, rotundatus. *Pappus* simplex, sessilis.

1136.

- integrifolia.* 1. A. fol. inferioribus runcinatis, superioribus ovato-oblongis tomentosis. β . *Andryala sinuata.* *Sp.pl.* 1137. *Varietas tantum.*
- ragusina.* 2. A. fol. lanceolatis indivisis denticulatis acutis tomentosis, flor. solitariis.
- lanata.* 4. A. fol. oblongo-ovatis subdentatis lanatis, pedunc. ramosis.

916. **HYOSERIS.** *Recept.* nudum. *Cal.* subaequalis. *Pappus* pilosus vel obsoletus.

1137.

* *Caule nudo.*

- foetida.* 1. H. scap. simplicissimis unisporis, fol. pinnatifidis, seminibus nudis.
- radiata.* 2. H. scap. unisporis nudis, fol. glabris runcinatis angulis dentatis.
- lucida.* 9. H. scap. unisporis nudis, fol. subcarnosis runcinatis angulatis dentatis. *Mant.* 108.

scabra.

- scabra.* 3. H. scap. simplicissimo vnifloro , fol. scabris , sem. papposis.
- virginic.* 4. H. scap. vnifloris , fol. lanceolatis lyratis glabris.
- minima.* 5. H. caule diuiso nudo , pedunc. incrassatis.

* * *Caule folioso.*

- Hedynois.* 6. H. fruct. ouatis glabris , caule ramoso.
- Rbagadiol.* 7. H. fruct. ouatis pilosis , caule ramoso.
- cretica.* 8. fruct. ouatis scabris , caule ramoso.

917. **SERIOLA.** *Recept.* paleaceum. *Cal.* simplex.
1139. *Pappus* subplumofus.

- raeuigata.* 1. S. laeuifcula , fol. obouatis dentatis.
- rethnensis.* 2. S. hispida , fol. obouatis subdentatis.
- lvetensis.* 3. S. hirta , fol. runcinatis.
- caens-* 4. S. vrens , fol. dentatis , caule ramoso.

918. **HYPOCHAERIS.** *Recept.* paleaceum. *Cal.*
1140. subimbricatus. *Pappus*
plumofus.

- pontana.* 1. H. caule simplici folioso vnifloro , fol. lanceolatis dentatis.
- maculata.* 2. H. caule subnudo : ramo folitario , fol. ouato-oblongis integris dentatis.
- glabra.* 3. H. glabra : calyc. oblongis imbricatis , caule ramoso nudo , fol. dentato-sinuatis. *Corollae minutae.* *Calyc. squamis laeuibus.*
- radicata.* 4. H. fol. runcinatis obtusis scabris , caule ramoso nudo , laeui , pedunc. squamofis. *Oed. dan. t. 150.* *Corollae magnae.* *Calyc. squamae carina ciliata.*

919. **LAPSANA.** *Recept.* nudum. *Cal.* calyculatus , squamis fingulis interioribus canaliculatis.
1141.

- communis.* 1. L. calyc. fructus angulatis , pedunc. tenuibus ramosissimis.
- zacintha.* 2. L. calyc. fructus torulosis depressis obtusis sessilibus.

- stellata.* 3. L. calyc. fructus vndique patentibus: radiis subulatis, fol. caulinis lanceolatis indiuisis.
- Rhagadio-lus.* 4. L. calyc. fructus vndique patentibus: radiis subulatis, fol. lyratis. *Varietas antecedentis.* Ger.

920. CATANANCHE. *Recept.* paleaceum. *Cal.* imbricatus. *Pappus* aristatus calyculo 5-feto.

1142.

- caerulea.* 1. C. squamis calycinis inferioribus ouatis. *Variat flore pleno.*
- lutea.* 2. C. squamis calycinis inferioribus lanceolatis. *Flores seriores sessiles ad radicem, vix explicandi, magis fertiles.*
- graeca.* 3. C. fol. incis. *Varietas praecedentis secundum Millerum.*

921. CICHORIVM. *Recept.* subpaleaceum, *Cal.* calyculatus. *Pappus* sub-5-dentatus, obsolete pilosus.

1142.

- Inybus.* 1. C. flor. geminis sessilibus, fol. runcinatis.
- Endiua.* 2. C. flor. solitariis pedunculatis, fol. integris crenatis.
- spinosum.* 3. C. caule dichotomic spinoso, flor. axillaribus sessilibus.

922. SCOLYMVS. *Recept.* paleaceum. *Cal.* imbricatus, spinosus. *Pappus* nullus.

1143.

- maculatus.* 1. S. flor. solitariis. *Herba annua radice tenui. Caulis inferne ramosior. Folia glabra, nitida, margine cartilagineo, decurrentia fere ad basin caulis. Flores e diuaticaturis solitarii. Corolla minor Antheris fuscis.*
- hispanicus.* 2. S. flor. congestis. *Herba altero anno florens, radice fusiformi. Caulis inferne minus ramosus. Folia subsabra, cinerascens, margine non cartilagineo, decurrentia, sed desinentia ante proximum folium. Flores saepius 4, congesti. Corolla duplo major antheris concoloribus.*

923. ARCTIVM. *Cal.* globosus: squamis apice hamis inflexis.
1143.

- Lappa.* 1. A. fol. cordatis inermibus petiolatis.
Personat. 2. A. fol. decurrentibus ciliato-spinosis: radicalibus pinnatis; caulinis oblongo-ouatis. *An cardui species?*
Carduel. 3. A. fol. pinnatifidis aculeatis. *Mant.* 108.

924. SERRATVLA. *Cal.* subcylindricus, imbricatus, muticus.
1144.

- tinctoria.* 1. S. fol. lyrato-pinnatifidis: pinna terminali maxima, flosculis conformibus.
coronata. 2. S. fol. lyrato-pinnatifidis: pinna terminali maxima; flosculis radii femineis longioribus.
alpina. 3. S. calycibus subhirsutis ouatis, fol. indivisis.
salicifol. 4. S. fol. lineari-lanceolatis alternis subtus incanis sessilibus integerrimis.
multiflor. 5. S. fol. lanceolatis subtus villosis subdecurrentibus integerrimis, caul. corymbofo, calyc. cylindricis.
noëborac. 6. S. fol. lanceolato-oblongis ferratis pendulis.
praealta. 7. S. fol. lanceolato-oblongis ferratis patentibus subtus hirsutis.
glauca. 8. S. fol. ouato-oblongis acuminatis ferratis, flor. corymbosis, calyc. subrotundis.
squarros. 9. S. fol. linearibus, calycibus squarrosis subsessilibus acuminatis lateralibus.
scariosa. 10. S. fol. lanceolatis integerrimis, calyc. squarrosis pedunculatis obtusis lateralibus.
spicata. 11. S. fol. linearibus basi ciliatis, flor. sessilibus lateralibus spicatis; caule simplici.
amara. 13. S. fol. lanceolatis, squamis calycinis apice scariosis obtusis patulis coloratis, flor. terminalibus
babylonica. 15. S. fol. subtomentosis: radicalibus lyratis; caulinis decurrentibus, flor. thyrsoides. *Gerard.*
centauroides. 14. S. fol. pinnatifidis obliquis acutis glabris inermibus; squamis calycinis mucronatis, interioribus scariosis.

- babyloni-* 15. S. fol. decurrentibus subtomentosis integerrimis
ca. concauis canaliculatis, radicalibus lyratis, flor.
 thysoideo-spicatis. *Flores in thyrsum digesti, sub-*
 sessiles, pedicellis brevissimis, subquadrifloris.
- aruenfis.* 14. S. fol. dentatis spinosis.

925. **CARDVVS.** *Cal. ovatus, imbricatus squamis*
1149. *spinosis. Recept. pilosum.*

* *Foliis decurrentibus.*

- leucogra-* 1. C. fol. decurrentibus dentatis spinosis, pedunc. nu-
phus. dis longissimis unifloris, calyc. spinosis inclinatis.
- lanceola-* 2. C. fol. decurrentibus pinnatifidis hispidis: laciniis
tus. diuaticatis, calyc. ovatis spinosis villosis, caule
 piloso.
- nutans.* 3. C. fol. semidecurrentibus spinosis, flor. cernuis:
 squamis calycinis superne patentibus.
- acanthoi-* 4. C. fol. decurrentibus sinuatis: margine spinosis: ca-
des. lyc. pedunculatis solitariis erectis villosis.
- crispus.* 5. C. fol. decurrentibus sinuatis: margine spinosis, flor.
 aggregatis terminalibus: squamis inermibus sub-
 aristatis patulis.
- polyan-* 23. C. fol. decurrentibus sinuatis ciliatis subtus nudis,
themus. flor. pedunculatis congestis. *Mant.* 109.
- palustris.* 6. C. fol. decurrentibus dentatis: margine spinosis,
 flor. racemosis erectis, pedunc. inermibus.
- pycnoc-* 7. C. fol. decurrentibus pinnatifido-sinuatis pubescen-
phalus. tibus spinosis, pedunc. nudis tomentosis, calyc.
 deciduis.
- difsectus.* 8. C. fol. decurrentibus lanceolatis: denticulis inermi-
 bus, calyc. spinosis.
- cyanoi-* 9. C. fol. decurrentibus pinnatifidis linearibus integer-
des. rimis inermibus petiolatis: subtus tomentosis.
- canus.* 27. C. fol. decurrentibus lanceolatis eroso-dentatis ci-
 liato-aculeatis: vtrinque arachnoideo-subvillosis.
 Mant. 108.
- deflora-* 11. C. fol. decurrentibus lanceolatis ferratis subspinoso-
tus. ciliatis nudis, peduncul. longissimis lanuginosis
 unifloris. *Fructus nutans non est Jacq.*
- monspes-* 10. C. fol. decurrentibus lanceolatis subrepandis gla-
fulanus. bris inaequaliter ciliatis, pedunc. alternis, ca-
 lyc. inermibus.

tuberosus. 19. C. fol. subdecurrentibus petiolatis subpinnatifidis spinosis, caule inermi, flor. solitariis.

* * *Foliis sessilibus.*

sajabonae. 12. C. fol. sessilibus lanceolatis integerrimis: margine spinis ternatis.

stellatus. 13. C. fol. sessilibus integris lanceolatis inermibus subtus tomentosis, spinis ramosis axillaribus, flor. sessilibus lateralibus.

marianus. 14. C. fol. amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calycibus aphyllis: spinis canaliculatis duplicato-spinosis.

syriacus. 15. C. fol. amplexicaulibus angulato-spinosis, flor. solitariis subsessilibus obuallatis foliolis subquinis.

eriphorus. 16. C. fol. sessilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calyc. globosis villosis. *Mill. ic. t. 293.*

altissimus. 17. C. fol. sessilibus pinnatifidis sinuatis ferratis inermibus, caule ramosissimo, calyc. villosis subferratis.

virginianus. 18. C. fol. lanceolatis spinulosis: subtus tomentosis, caule inermi folioso vnifloro.

heterophyllus. 20. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris laciniatisque, caule subunifloro, calyc. inermi.

helenioides. 21. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis dentatis: spinulis inaequalibus ciliatis, caule inermi.

ferratoloides. 22. C. fol. subamplexicaulibus lanceolatis integris: ferraturis spinoso-setaceis, pedunc. vnifloris.

tataricus. 23. C. fol. amplexicaulibus lanceolatis: ferraturis spinoso-setaceis, flor. triphyllis.

flauescens. 24. C. fol. lanceolatis integris inermibus dentatis glabris, flor. aphyllis inermi-spinosis.

mollis. 25. C. fol. pinnatifidis linearibus subtus tomentosis, caule inermi vnifloro.

acaulis. 26. C. acaulis, calyc. glabro.

926. CNICVS. *Cal.* ovatus, imbricatus squamis ramoso-spinosis, obuallatus bracteis. *Corollulae* aequales.

1156.

oleraceus. 1. C. fol. pinnatifidis carinatis nudis, bracteis concavis integris subcoloratis.

- Erisitha*. 4. C. fol. amplexicaulibus pinnatifidis aristato-ferratis, pedunc. cernuis, calyc. glutinosi. *Iacq. obs. 28. t. 19. Folia pinnato-partita, sensilia, subtus imprimis pubescentia: Pedunculi aphylli. Flores solitarii, nutantes, lutei: disco conuexo longiore.*
- ferox*. 8. C. fol. decurrentibus ligulatis dentato-spinosis, caul. ramoso erecto. *Mant. 109.**
- pygmeus*. 2. C. fol. sessilibus sublinearibus confertissimis, calyc. inermi.
- Acarna*. 7. C. fol. decurrentibus lanceolatis indiuisis, calyc. pinnato-spinosis.
- spinosissimus*. 3. C. fol. amplexicaulibus sinuato pinnatis spinosis, caule simplici, flor. sessilibus.
- centaur.* 5. C. fol. pinnatifidis, calyc. scariosis.
- cernuus*. 6. C. fol. cordatis, petiolis crispis spinosis amplexicaulibus, flor. cernuis, calyc. scariosis.

927. ONOPORDVM. *Recept. fauosum. Cal. squamae mucronatae.*
1158.

- Acanthium*. 1. O. calyc. squarrosi: squamis patentibus, fol. ova-to-oblongis sinuatis. *Planta canascenti-virens; Caulis alis rectis ad ipsum calycem excurrentibus; Calyce squamis patentibus, subulatis.*
- illyricum*. 2. O. calyc. squarrosi; squamis inferioribus vncinatis, fol. lanceolatis pinnatifidis. *Planta cinereo-cana; Caulis alis undulatis infra calycem spatium definitibus; Calyce squamis inferioribus reflexo-vncinatis, lanceolatis.*
- arabicum*. 3. O. calyc. imbricatis.
- acaulon*. 4. O. acaule. *Folia A. illyrici, tomentoso-albida. Caulis omnino nullus. Calyx vnus sessilis ad radicem. dein alii laterales calyces enascuntur pariter sessiles.*

928. CYNARA. *Cal. dilatatus, imbricatus squamis carnosis, emarginatis cum acunine.*
1159.

- Scolymus*. 1. C. fol. subspinosis pinnatis indiuisisque, calycinis squamis cuatis.

- Cardunculus humilis.* 2. C. fol. spinosis : omnibus pinnatifidis ; calycinis squamis ouatis.
- humilis.* 3. C. fol. spinosis pinnatifidis subtus tomentosus , calyc. squamis subulatis.
- acaulis.* 4. C. acaulos , fol. pinnatis inermibus supra glabris.

929. **CARLINA.** *Cal.* radiatus squamis marginalibus longis , coloratis.

1160.

- acaulis.* 1. C. caule unifloro flore breuiore.
- lanata.* 2. C. caule bifido , calyc. sanguineis terminalibus : primo axillari sessili. *Calycis squamae verae terminantur omnes spina simplicissima ; in reliquis autem spinae compositae sunt.*
- corymbosa.* 3. C. caule multifloro subdiviso , flor. sessilibus , calyc. radio flauo.
- vulgaris.* 4. C. caule multifloro corymboso , flor. terminalibus , calyc. radio albo.
- racemosa.* 5. C. flor. sessilibus lateralibus paucissimis.
- pyrenai.* 6. C. caule multifloro , fol. decurrentibus.
- atractyl.* 7. C. caule ramoso , calycibus spinis ciliatis.

930. **ATRACTYLIS.** *Cor.* radiatae , corollulis radii 5-dentatis.

1161.

- gummif.* 1. A. flore acauli.
- humilis.* 2. A. fol. dentato-sinuatis , flore radiato : obuallato inuolucro patente , caule herbaceo.
- cancellata.* 3. A. inuolucris cancellatis ventricosis linearibus dentatis , calyc. ouatis , flor. flosculosis. *Caulis palmaris simplex , albo-araneosus : Ramis ex alis 2 vltimis. Folia lineari-lanceolata , ciliata , araneosa. Flos terminalis , cinctus Bracteis 3 , patentibus et inclusis & conniuentibus , in peripheriam globosam inflatam , quorum 3 alternae apice recuruae. Bractea singulae lineares , pinnato-dentatae dentibus bifurcatis. Corolla parua , caerulea , flosculosa , rarius radio. Inuolucrum cancellatum , naturae stupendum artificium , muscas arceat.*

931. **CARTHAMVS.** *Cal.* ouatus, imbricatus squamis apice subouato-foliaceis.

1162.

- tinctorius.* 1. C. fol. ouatis integris ferrato-aculeatis.
lanatus. 2. C. caule piloso: superne lanato, fol. inferioribus pinnatifidis: summis amplexicaulibus dentatis.
ereticus. 3. C. caule laeuisculo, calyc. sublanatis, flosculis subnouenis, fol. inferioribus lyratis. *Corollulae albae fauce lineis 5 nigris, dein bifidis laciniarum margines nigros efficientibus.*
tingitanus. 4. C. fol. radicalibus pinnatis; caulinis pinnatifidis, caul. vniifloro.
caerulus. 5. C. fol. lanceolatis spinoso-dentatis, caul. subuniifloro.
mitissimus. 6. C. fol. inermibus: radicalibus dentatis, caulinis pinnatis. *Hortensis vix dignoscendus Caule decumbente palmari Foliisque sinuatis longioribus mollibus Ger. 182.*
Cardunc. 7. C. fol. caulinis linearibus pinnatis longitudine plantae.
arboresc. 9. C. fol. ensiformibus sinuato-dentatis.
corymbos. 8. C. flor. corymbosis numerosis.

1287. **SPILANTHVS.** *Iacq.**

CAL. *Communis* erectus: foliolis pluribus, subaequalibus, oblongis: exterioribus duobus longioribus.

COR. *Composita* uniformis, tubulosa. *Corollae* hermaproditae, aequales. *Propria* infundibuliformis limbo quinquefido.

STAM. *Filamenta* quinque, breuia. *Anthera* cylindrica, tubulosa.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, recurua.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. solitaria, oblonga, compresso-plana, membranaceo-marginata, apice biaristata: arista altera minore.

REC. nudum, conicum.

- vrens.* 1. S. fol. lanceolatis integerrimis. *Iacq, amer. 214. t. 126. f. 1.*

- insipida.* 2. S. fol. obouatis subdentatis sessilibus. *Iacq. amer.*
215.
oleracea. 3. S. fol. subcordatis ferrulatis petiolatis. *Caules procumbentes, pedales, teretes, scabriusculi. Folia subcordata, obtusa, serrata, petiolata, opposita. Flores solitarii, longius petiolati, omnino lutei. Genus differt a Bidentæ defectu palearum-*

932. **BIDENS.** *Recept.* paleaceum. *Pappus* aristis erectis, scabris. *Cal.* imbricatus. *Cor.* rarius flosculo vno alterne radiante instruitur.

- tripartita.* 1. B. fol. trifidis, calyc. subfoliosis, sem. erectis.
minima. 2. B. fol. lanceolatis sessilibus, floribus seminibusque erectis.
nodiflora. 4. B. fol. oblongis integerrimis videntatis, caul. dichotomo, flor. solitariis sessilibus.
tenella. 5. B. fol. linearibus, pedunc. capillaribus, calyc. subtetraphyllis, sem. erectis quinis.
cernua. 3. B. fol. lanceolatis amplexicaulibus, flor. cernuis, sem. erectis. *Confer. Coreopsis Bidens.*
frondosa. 6. B. fol. pinnatis serratis lineatis glabris, sem. erectis, calyc. frondosis, caule laeui.
pilosa. 7. B. fol. pinnatis subpilosis, caule geniculis barbatis, calycibus inuolucro simplici, sem. diuergentibus
β. Agrimonia moluca. Rumph. amb. 6. p. 38. t. 15. f. 2. Simillima, sed foliola distincta et semina semper 4-aristata.
bipinnata. 8. B. fol. bipinnatis incisiss, calyc. inuolucratis, coroll. semiradiatis, sem. diuergentibus,
niuea. 9. B. fol. simplicibus subhastatis serratis petiolatis, flor. globosis, pedunc. elongatis, sem. laeuius.
verticillata. 10. B. fol. oblongis integris: inferne alternis, superne oppositis; flor. verticillatis.
scandens. 11. B. fol. oppositis ouatis acuminatis integerrimis, caule scandente fruticoso, flor. oppositis paniculatis.

- bullata.* 12. B. fol. ouatis serratis : inferioribus oppositis ; superioribus ternatis : intermedio maiore. *Arduin. spec. 2. p. 37. t. 18.* Bidens palustris annua, fol. subrotundis latioribus plerumque trilobis. *Mich. flor. 120.* Bidens fol. ouatis et tripteris, caulibus hirsutis et brachiatis. *Hall. goet. 383. nunc in Italia.*
- striplificifolia.* 13. B. fol. alternis deltoidibus dentatis petiolatis stipulatis, caule paniculato. *Sem. mutica. Affinitas Verbesinae Acemellae.*

933. CACALIA. *Recept. nudum. Pappus pilosus.*
1168. *Cal. cylindricus, oblongus, basi tantum subcalyculatus.*

* *Frutescentes.*

- papillaris.* 1. C. caule fruticoso obvallato spinis petiolaribus truncatis.
- Anteuphorbiuncuneifolia.* 2. C. caule fruticoso, fol. ouato oblongis, planis, petiol. basi linea triplici deductis.
3. C. caul. fruticoso, fol. cuneiformibus carnosif. *Mant. 110. Fructificationem non vidi.*
- Kleinia.* 3. C. caule fruticoso composito, fol. lanceolatis planis, petiolorum cicatricibus obsoletis.
- Ficoides.* 4. C. caule fruticoso, fol. compressis carnosif.
- repens.* 14. C. caule fruticoso, fol. depressis carnosif. *Mant. 110.*
- suffruticosa.* 13. C. caule suffruticoso ramoso, fol. linearibus planis sparsif. *Mant. 109. Affinis C. porophyllo.*

* * *Herbaceae.*

- Porophyll.* 3. C. caule herbaceo indiuiso, fol. ellipticis subcrenatis.
- sonchifolia.* 6. C. caule herbaceo, fol. lyratis amplexicaulibus dentatis.
- incana.* 7. C. caule herbaceo, fol. lanceolatis dentatis.
- saraceniaca.* 8. C. caule herbaceo, fol. lanceolatis serratis decurrentibus. *Simillima senecioni saracenicae. Bractee fetaceae.*
- hastata.* 9. C. caule herbaceo, fol. trilobis acuminatis serratis.
- suaveolens.* 10. C. caule herbaceo, fol. hastato-sagittatis denticulatis, petiol. superne dilatatis.

- atriplici-* 11. C. caule herbaceo, fol. subcordatis dentato-finua-
folia. tis, calyc. quinquefloris.
alpina. 12. C. fol. reniformi-cordatis acutis denticulatis. *Ca-*
lyc. subtrifloris. Calycis foliola conglutinata. Co-
rollulae 4-fidae. Scop.

934. ETHVLIA. *Recept. nudum. Pappus nullus.*
1171.

- conyzoid.* 1. E. flor. paniculatis.
Spargano- 2. E. flor. sessilibus lateralibus. *Habui plantam ind. ori-*
phora. ent. minimam, floribus sessilibus; an valantiana ea-
dem?
diuarica- 4. E. fol. linearibus dentatis decurrentibus, pedunc.
ta. oppositifloris unifloris, caule diuaricato. *Mant.*
110. Artemisia minima. Sp. plant. 1190. Burm.
ind. t. 56. f. 3, 4.
tomentosa. 3. E. suffruticosa, fol. linearibus integerrimis tomen-
tosis. Mant. 110.
bidentis. 5. E. racemulis secundis, calyc. subquinquefloris, fol.
lanceolatis. *Mant. 110. Hallstroem. Hortul. reg.*

935. EVPATORIVM. *Recept. nudum. Pappus*
1171, *plumosus. Cal. imbrica-*
tus, oblongus. Stylus se-
mibifidus, longus.

* *Calycibus quadrifloris.*

- Dalea.* 1. E. fol. lanceolatis venosis obsolete ferratis glabris,
calyc. quadrifloris, caul. fruticoso.
hyssopif. 2. E. fol. lanceolato-linearibus trineruis subintegerrimis.
scandens. 3. E. caule volubili, fol. cordatis dentatis acutis.
Planta indiae orientalis laevior, foliorum dentibus ob-
soletioribus.
houssonis. 4. E. caule volubili, fol. ovatis integerrimis.
* * *Calycibus quinquefloris.*
Zeilanica. 6. E. fol. ovato-hastatis petiolatis dentatis.
sessilifol. 7. E. fol. sessilibus amplexicaulibus distinctis lanceola-
tis.
album. 22. E. fol. lanceolatis ferratis, calyc. foliolis lanceola-
tis apice scariosis coloratis. *Mant. III.*

chinen-

- chinense.* 8. E. fol. ouatis petiolatis ferratis.
rotundif. 9. E. fol. sessilibus distinctis subrotundo-cordatis.
altissim. 10. E. fol. lanceolatis nervosis: inferioribus extimo
 subserratis, caule suffruticoso.
hastatum. 5. E. fol. cordato-hastatis subdentatis nudis, caule vo-
 lubili, flor. spicatis.
trifoliat. 11. E. fol. ternis.
cannabin. 12. E. fol. digitatis.

* * * *Calycibus octofloris.*

- purpur.* 13. E. fol. quaternis scabris lanceolato-ouatis inaequa-
 liter ferratis petiolatis rugosis.
*macula-
 tum.* 14. E. fol. quinis subtomentosis lanceolatis aequaliter
 ferratis venosis petiolatis.

* * * * *Calycibus quindecim pluribusue flosculis.*

- perfoliat.* 15. E. fol. connato-perfoliatis tomentosus.
*coelesti-
 num.* 18. E. fol. cordato-ouatis obtuse ferratis petiolatis, ca-
 lycibus multifloris.
*aromati-
 cum.* 19. E. fol. ouatis obtuse ferratis petiolatis trineruiis,
 calyc. simplicibus.
odoratum. 16. E. fol. deltoideis inferne dentatis subtus tomen-
 tosis, calyc. multifloris.
ivaefolium. 17. E. fol. angusto-lanceolatis trineruiis subserratis, ca-
 lyc. squarrosis multifloris.

936. **AGERATVM.** *Recept.* nudum. *Pappus* 5-ari-
 status. *Cal.* oblongus. sub-
 1175. aequalis. *Stylus* flore vix lon-
 gior.

- Conyzoid.* 1. A. fol. ouatis, caule piloso.
ciliare. 2. A. fol. ouatis crenatis obtusis, caule glabro.
altissimum. 3. A. fol. ouato-cordatis rugosis: floralibus alternis,
 caule glabro.

937. PTERONIA. *Recept.* fetis multipartitis. *Pappus* subplumosus. *Cal.* imbricatus.

1176.

- amphor.* 1. P. fol. sparsis basi ciliatis.
oppositifolia. 2. P. fol. oppositis, ramis dichotomis. Cyanus centauroides frutescens, lauandulae folio. *Breyn. prodr.* 3. p. 28. t. 17. f. 3. *centaur. fascic.* p. 21. *Habitat ad Cap. b. spei.* h. Fruticulus palmaris, nudus, Ramis oppositis, dichotomis. Folia opposita, parva, sublanceolata; incana s. subtomentosa. Flores terminales, sessiles, lutei. Corollulae profunde diuisae. Stigmata 2, longiuscula. Sem. birsuta. Pappus setaceus, hispido. Receptaculum paleaceum *Dau. Royen.* Conuenit generi *Stachelinae*, sed pappus neque ramosus, neque antherae caudatae, neque folia alterna.

938. STAEHELINA. *Recept.* breuissimae paleaceum. *Pappus* ramosus. *Antherae* caudatae.

1176.

- gnaphaloides.* 1. S. fol. tomentosis, squamis calycinis lanceolatis apice membranaceis reflexis. *Stylus* bifidus.
dubia. 2. S. fol. linearibus denticulatis, squamis calycinis lanceolatis, pappo calycibus duplo longiore. *Ger. prou.* 190. t. 6. *Caulis et folia subtus tomentosa. Stigma simplex.*
arborefc. 3. S. fol. oualibus. *Mant.* III.
fruticosa. 4. S. fol. lanceolatis obtusis. *Centaurea fruticosa.* *Sp. pl.* 1286.
Chamaepeuce. 5. S. fol. linearibus. *Serratula chamaepeuce.* *Sp. plant.* 1147.

939. **CHRYSOCOMA.** *Recept.* nudum. *Pappus simplex.* *Cal.* hemisphaericus, imbricatus. *Stylus* vix flosculis longior.

1177.

* *Frutescentes.*

- oppositifolia.* 1. *C.* fruticosa, fol. oppositis obouatis, flor. fasciculatis pedunculatis. *Differt haec tantum a Chrysocomis, quantum conuenit Pteroniae oppositifoliae facie externa, calycibus, caule reliquisque, sed huic receptaculum nudum est.*
- Comaurea.* 2. *C.* fruticosa, fol. linearibus rectis glabris dorso decurrentibus.
- cernua.* 3. *C.* suffruticosa, fol. linearibus recuruis subscabris, flor. nubilibus cernuis.
- siliata.* 4. *C.* suffruticosa, fol. linearibus rectis ciliatis, ramis pubescentibus.
- tomentosa.* 6. *C.* suffruticosa, foliis ramisque tomentosis. *Dau. Royen- Rami tomentosi, albid. Folia linearia, sub- tus similiter tomentosa, recta. Flores vt in proximis.*
- cabra.* 5. *C.* suffruticosa, fol. lanceolato-ouatis recuruis denticulato-ferratis, pedunc. pubescentibus.

* * *Herbaceae.*

- Linofyris.* 6. *C.* herbacea, fol. linearibus glabris, calyc. laxis.
- biflora.* 7. *C.* herbacea paniculata, fol. lanceolatis trineruiis punctatis nudis.
- graminifolia.* 8. *C.* herbacea, fol. linearibus lanceolatis glabris, flor. corymbosis.
- villosa.* 9. *C.* herbacea, fol. lanceolatis villosis, calyc. arctis.

940. **TARCHONANTHVS.** *Recept.* villosum. *Pappus plumosus.* *Cal.* 1-phyllus, semi 7-fidus, turbidatus.

1179.

camphoratus. 1. **TARCHONANTHVS.**

941. CALDA. *Recept.* paleaceum. *Pappus pilosus.*
1179. *Cal. imbricatus.*

- jamaicensis.* 1. C. flor. subternis pedunculatis, fol. ouato-oblongis subserratis petiolatis.
oppositifolia. 2. C. corymb. congestis, pedunc. longissimis, fol. lanceolatis, caul. herbaceo.
Amellus. 3. C. flor. subpaniculatis, calyc. breuibus, sem. nudis, fol. ouato-lanceolatis petiolatis.

942. SANTOLINA. *Recept.* paleaceum. *Pappus nullus.* *Cal. imbricatus, hemisphaericus.*

- Chamaecypar.* 1. S. pedunc. vnifloris, fol. quadrifariam dentatis.
rosmarin. 2. S. pedunc. vnifloris, fol. linearibus margine tuberculatis.
alpina. 3. S. pedunc. vnifloris, fol. bipinnatis, caul. simplicibus.
anthemoides. 4. S. pedunc. vnifloris, fol. bipinnatis, caul. ramosissimo villoso.

943. ATHANASIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus paleaceus, breuissimus.* *Cal. imbricatus.*

- squarrosa.* 1. A. pedunc. vnifloris lateralibus, fol. ouatis recuruatatis.
crenata. 2. A. flor. solitariis terminalibus, fol. linearibus.
capitata. 3. A. flor. terminalibus subsessilibus, fol. lanceolatis hirsutis.
maritima. 10. A. pedunc. vnifloris subcorymbosis, fol. lanceolatis crenatis obtusis tomentosis. *Semina pappo destituta, an itaque potius Santolinae species?*
genistifolia, pubescens. 11. A. corymbis simplicibus, fol. linearibus indiuisis nudis imbricato-patentibus. *Dau, Royen-*
annua. 8. A. corymbis simplicibus, fol. lanceolatis indiuisis villosis.
9. A. corymbis simplicibus coarctatis, fol. pinnatifidis dentatis.

- dentata.* 5. A. corymb. compositis, fol. inferioribus linearibus dentatis; superioribus ouatis ferratis.
- laeuigata.* 4. A. corymb. compositis, fol. ouatis amplexicaulibus subdentatis recuruis.
- trifurcata.* 6. A. corymbis simplicibus, fol. trilobis cuneiformibus.
- crithmi-
folia.* 7. A. corymb. simplicibus, fol. semitrifidis linearibus.
Folia tenella quasi conglutinata sunt.

POLYGAMIA SVPERFLVA.

944. TANACETVM. *Recept.* nudum. *Pappus* submarginatus. *Cal.* imbricatus, hemisphaericus. *Cor.* radii obsoletae, 3-fidae. (*interdum nullae omnesque flosculi hermaphroditi.*)

1182.

- crithmif.* 1. T. fol. pinnatis: pinnis linearibus remotis integerrimis. *Calyces subtriflori.*
- sibiricum.* 4. T. fol. pinnatis: laciniis lineari-filiformibus, corymbis glabris, caule herbaceo.
- incanum.* 5. T. fol. bipinnatis tomentosis, corymbo ouato composito.
- annuum.* 6. T. fol. bipinnatifidis linearibus acutis, corymbis tomentosis.
- monan-
thos.* 9. T. caul. simplicissimis vnifloris longitudine foliorum
Mant. 111,
- vulgare.* 7. T. fol. bipinnatis incisissimis ferratis.
- Balsamin.* 8. T. fol. ouatis integris ferratis.

945. ARTEMISIA. *Recept.* subuillosum vel nudiusculum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus squamis rotundatis, conniuentibus. *Cor.* radii nullae.

1184.

* *Fruticosae erectae.*

- aethiopi-
ca.* 1. A. fol. linearibus confertis minimis diuisis, caule fruticoso.

iudai.

- iudaica.* 24. A. fol. caulinis minutis obouatis palmatis obtusis tomentosis planis. *Mant.* 111.
- Abrotanum.* 2. A. fol. ramosissimis fetaceis, caule erecto suffruticoso.
- arborescens.* 15. A. fol. compositis multifidis linearibus, flor. subglobosis, caul. frutescente.

* * *Procumbentes ante florescentiam.*

- santonica.* 3. A. fol. caulinis linearibus pinnato-multifidis, ramis indiuisis, spic. secundis reflexis, flor. quinquefloris. *B.* Absinthium santonicum gallicum. *Bauh. pin.* 139. *Cam. epit.* 457.
- campestris.* 4. A. fol. multifidis linearibus, caul. procumbentibus virgatis. *Racemi simplices, alterni, floribus solitariis.*
- palustris.* 5. A. fol. linearibus pinnatis integerrimis, flor. glomeratis subsessilibus.
- crithmifolia.* 6. A. fol. compositis diuaticatis linearibus carnosis glabris, caule ascendente paniculato,
- maritima.* 7. A. fol. multipartitis tomentosis, racem. cernuis, flosculis femineis ternis. *γ.* Absinthium seriphium gallicum. *Bauh. pin.* 139.
- glacialis.* 9. A. fol. palmatis multifidis sericeis, caul. ascendentibus, flor. glomeratis fastigiatis.
- rupestris.* 8. A. fol. pinnatis, caulibus ascendentibus, flor. globosis cernuis receptaculo papposo.

* * * *Erectae herbaceae, foliis compositis.*

- pontica.* 10. A. fol. multipartitis subtus tomentosis, flor. subtundis nutantibus: receptaculo nudo.
- annua.* 11. A. fol. triplicato pinnatis vtrinque glabris, flor. subglobosis nutantibus: receptaculo glabro conico.
- tanacetifolia.* 13. A. fol. bipinnatis subtus tomentosis nitidis: pinnis transuersis, racem. simplicibus.
- Absinthium.* 14. A. fol. compositis multifidis, flor. subglobosis pendulis: receptaculo villosa.
- vulgaris.* 16. A. fol. pinnatifidis planis incisus subtus tomentosis, racem. simplicibus recuruatis, flor. radio quinquefloro.

* * * * *Foliis simplicibus.*

- integri-folia.* 14. A. fol. lanceolatis subtus tomentosis integerrimis dentatisque, flosculis femineis quinis.

- caerule- scens,* 15. A. fol. caulinis lanceolatis integris : radicalibus multifidis, flosculis femineis ternis.
Dracunc. 16. A. fol. lanceolatis glabris integerrimis.
shinensis. 17. A. fol. simplicibus tomentosis obtusis lanceolatis : inferioribus cuneiformibus trilobis.
madera- spatana. 18. A. fol. simplicibus lyrato-sinuatis, caul. procumbentibus, flor. pedunculatis solitariis globosis oppositifoliis.
ambigua. 23. A. fol. linearibus indiuisis acerosis, spic. terminalibus, calyc. foliolis intimis coloratis, caule fruticoso.

94C. GNAPHALIVM. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* imbricatus: squamis marginalibus rotundatis, scariosis, coloratis.

* *Fruticosa* *Argyrocoma.*

- arboreum.* 1. G. fruticosum, fol. sessilibus linearibus supra glabris margine reuolutis, flor. subcapitatis, pedunc. elongatis.
grandiflorum. 2. G. fruticosum, fol. amplexicaulibus ouatis trineruiis vtrinque lanuginosis.
coronatum. 3. G. fruticosum, fol. sessilibus lanceolatis, corymb. compositis sessilibus, pedunculis aphyllis, calyc. coronatis.
discolorum. 4. G. fruticosum, fol. sessilibus lanceolatis, calycibus albis: squamis inferioribus incarnatis.
niueum. 5. G. fruticosum, fol. filiformibus tomentosis subimbriatis, caule ramosissimo, calyc. subtomentosis.
muricatum. 6. G. fruticosum, fol. subulatis, umbella composita, cal. subtrifloris cylindricis.
ericoides. 7. G. fruticosum, fol. sessilibus linearibus, calyc. exterioribus rudibus; interioribus incarnatis.
teretifolium. 10. G. fruticosum, fol. confertis teretiusculis, corymb. ramosis, calyc. extus ferrugineis.

* * *Fruticosa* *Chrysocoma.*

- sordidum.* 8. G. fruticosum, fol. linearibus, pedunc. subtrifloris, calycibus squamis lanceolatis.

- Stoechas.* 9. *G.* fruticosum, fol. linearibus, corymb. composito, ramis virgatis
- ignescens.* 11. *G.* fruticosum, fol. sublanceolatis tomentosissimis sessilibus, corymb. alternis conglobatis, flor. globosis-
- dentatum.* 12. *G.* fruticosum, fol. cuneiformibus dentatis sessilibus, corymb. simplici.
- ferratum.* 13. *G.* fruticosum, fol. amplexicaulibus lanceolatis ferratis supra nudis.
- patulum.* 14. *G.* fruticosum, fol. amplexicaulibus spatulatis, corymb. aggregatis, ramis patentibus.
- petiolatum.* 15. *G.* fruticosum, fol. ovatis integerrimis petiolatis, flor. confertis terminalibus. *Affinis maxime praecedenti.*
- crassifolium.* 16. *G.* fruticosum, fol. lato-lanceolatis subpetiolatis coriaceis tomentosissimis, corymbo composito, caul. prolifero. *Mant.* 112.

* * * *Herbacea Chrysocoma,*

- cylindricum.* 16. *G.* herbaceum, fol. sessilibus oblongis tomentosissimis, corymb, inaequalibus, calyc. glabris cylindricis sessilibus.
- orientale.* 17. *G.* subherbaceum, fol. lineari-lanceolatis sessilibus, corymb. composito, pedunc. elongatis.
- arenarium.* 18. *G.* herbaceum. fol. lanceolatis: inferioribus obtusis, corymbo composito, caul. simplicissimis.
- rutilans.* 19. *G.* herbaceum, fol. lanceolatis, corymbo decomposito, caule inferne ramoso.
- imbricatum.* 20. *G.* herbaceum, fol. lanceolatis tomentosissimis, squamis calycinis reflexis, caule ramoso.
- cymosum.* 21. *G.* herbaceum, fol. lanceolatis trinerviis: supra glabris, racemo terminali, caule inferne ramoso.
- nudifolium.* 22. *G.* herbaceum, fol. lanceolatis trinerviis nudis reticulato-venosis.
- lucido-album.* 23. *G.* herbaceum, fol. semiamplexicaulibus ensiformibus repandis obtusis vtrinque pubescentibus, flor. conglomeratis.
- odoratissimum.* 24. *G.* herbaceum, fol. decurrentibus mucronatis vtrinque tomentosissimis planis.

* * * * *Herbacea Argyrocoma.*

- sanguineum.* 25. *G.* herbaceum, fol. decurrentibus lanceolatis tomentosissimis planis apiculo nudo terminali.

foeti-

- foetidum*. 26. G. herbaceum, fol. amplexicaulibus integerrimis subtus tomentosus, caule ramoso. *Variat calycibus argenteis & aureis.*
- undulatum*. 27. G. herbaceum, fol. subdecurrentibus lanceolatis undulatis acutis subtus tomentosus, caule ramoso. *Folia summa amplexicaulia, vix decurrentia.*
- crispum*. 28. G. herbaceum, fol. amplexicaulibus spatulatis tomentosus, calyc. obtusissimis plicato-undulatis: basi tomentosus.
- helianthemifolium*. 29. G. herbaceum, fol. amplexicaulibus lanceolatis, corymbis compositis, calycum squamis subplicatis.
- quarrosum*. 30. G. herbaceum, fol. sessilibus lingulatis tomentosus, calyc. squamis interioribus subulatis recurvatis.
- stellatum*. 31. G. herbaceum, fol. sessilibus lanceolatis villosis, calyc. acutis extus incarnatis.
- obtusifolium*. 32. G. herbaceum, fol. lanceolatis, caule tomentoso paniculato, flor. glomeratis conicis terminalibus.
- margaritaceum*. 33. G. herbaceum, fol. lineari-lanceolatis acuminatis alternis, caule superne ramoso, corymbis fastigiatis.
- plantagineum*. 34. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, fol. radicalibus ovatis maximis.
- dioicum*. 35. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, corymbo simplici, flor. diuisis.
- alpinum*. 35. G. sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, capitulo aphylo, flor. oblongis. *Femineis adhuc solum visis.*
- indicum*. 37. G. herbaceum, fol. lanceolatis, caule ramosissimo diffuso, corymbis inaequalibus, calyc. intus coloratis.
- purpureum*. 38. G. herbaceum, fol. lanceolatis nudis, caule erecto simplicissimo, flor. spicatis lateralibus sessilibus.

* * * * * *Filaginoidea.*

- sylvaticum*. 39. G. caule herbaceo simplicissimo erecto, flor. sparsis. *Varietas forte? minor, calyce similimo ex alpebus europaeis.*
- virginosum*. 41. G. caule herbaceo ramoso diffuso, floribus confertis terminalibus.
- glomeratum*. 40. G. caule herbaceo diffuso, calycib. squamis interioribus subulatis recurvatis, fol. subamplexicaulibus.

947. XERANTHEMVM. *Recept.* paleaceum. *Pappus* fetaceus. *Cal.* imbricatus, radiatus : radio colorato.

1201.

* *Receptaculo paleaceo ; Semin. corona quinqusetata.*

annuum. 1. X. herbaceum, fol. lanceolatis patentibus. *Radii stigma simplex ; Semine nudo. Disci stigma subbidum ; Semina quinque-aristata.*

** *Receptaculo nudo. Seminum corona pilosa.*

vestitum. 3. X. fruticosum erectum, fol. adnatis lanceolato-linearibus apice calloso mucronatis, ramis vnifloris foliosis.

speciosissimum. 4. X. fruticosum erectum, fol. amplexicaulibus lanceolatis trineruiis, ramis vnifloris subnudis.

proliferum. 5. X. caule fruticoso prolifero, flor. sessilibus, fol. granulato-subrotundis imbricatis obsoletis.

caneſcens. 6. X. caul. fruticosus, fol. ouatis nudis, pedunc. squamosis.

imbricat. 7. X. fruticosum, fol. imbricatis ouato-fubulatis glabris.

*** *Receptaculo nudo, Seminum corona plumosa.*

retortum. 8. X. caul. frutescentibus prouolutis, fol. tomentosis recuruatis.

spinofum. 9. X. squamis calycinis mucronato-spinosis.

ſesamoid. 10. X. ramis vnifloris imbricatis, fol. linearibus.

ſtaehelina. 12. X. pedunculis terminalibus exfertis nudis vnifloris, fol. lanceolatis tomentosis. *Habitat ad Cap. b. ſpei. Dav. Royen. Caulis lignoſus, tener, paniculato-ramoſus, vt tota Herba albo-tomentoſus. Pedunculi longi, terminales.*

variogatum. 12. X. flor. ſolitariis nutantibus, squamis calycinis obtuſis maculatis. *Roy. mſſ. Xeranthemum africanum, gnaphalii foliis tomentoſis, foliis & ſquamaram ſummitatibus ferugineis. Rai. ſuppl. 181.**

paniculat. 11. X. flor. paniculatis, fol. lineari-lanceolatis.

948. **CARPESIVM.** *Recept.* nudum. *Pappus nullus*
 1203. *Cal.* imbricatus: squamis exte-
 rioribus reflexis.

cernuum. 1. C. flor. terminalibus.
abrotanoides. 2. C. flor. lateralibus.

949. **BACCHARIS.** *Recept.* nudum. *Pappus pilosus.*
 1204. *Cal.* imbricatus, cylindricus.
Flosculi feminei hermaphroditis
 immixti.

ivaefolia. 1. B. fol. lanceolatis longitudinaliter dentato-ferratis.
 (*excluso Synonymo Morisoni*) *Flosculi* Feminei corol-
 lula 3-fida, copiosissimi; *Hermaphroditi* disci pauci,
 5-fidi.

neriifol. 2. B. fol. lanceolatis superne vno alteroue denticulo
 ferratis.

halimifol. 3. B. fol. obouatis superne emarginato-crenatis.

dioscorid. 4. B. fol. lato-lanceolatis dentatis sessilibus stipulatis.

indica. 5. B. fol. obouatis denticulatis petiolatis.

brasiliiana. 6. B. fol. obouatis integris scabris sessilibus subtus ve-
 nosis.

foetida. 7. B. fol. lanceolatis serrato dentatis, corymb. foliosis.

950. **CONYZA.** *Recept.* nudum. *Pappus simplex.*
 1205. *Cal.* imbricatus, subrotundus. *Cor.*
 radii trifidae.

squarrosa. 1. G. fol. lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboso,
 calyc. squarrosis,

linifolia. 2. C. fol. lineari-lanceolatis integerrimis, coroll. radiatis.

saxatilis. 3. C. fol. linearibus subdentatis, pedunc. longissimis
 vnifloris, caul. suffruticoso.

rupestr. 22. C. fol. spatulatis subdentatis cauleque suffruticoso to-
 mentosis, pedunc. elongatis vnifloris. *Mant.* 113.

scabra. 21. C. fol. oblongis subdentatis sessilibus scabris, pedunc.
 vnifloris elongatis. *Mant.* 113.

- asteroides*. 4. C. fol. lato-lanceolatis subferratis, coroll. radiatis, cal. squarrosis.
- bifrons*. 7. C. fol. ouato-oblongis amplexicaulibus *Conf. Inula bifrons*.
- lobata*. 8. C. fol. inferioribus trifidis; superioribus ouato-lanceolatis obsolete ferratis, flor. corymbosis.
- bifoliata*. 5. C. fol. ovalibus dentatis, pedunc. diphyllis: bracteis oppositis.
- pubigera*. 20. C. fol. oblongis subdentatis subpetiolatis, pedunc. lanatis subbifloris. *Mant. 113*.
- tortuosa*. 10. C. caule tortuoso fruticoso, fol. ouato-oblongis integerrimis, racem. reflexis.
- candida*. 12. C. fol. ouatis tomentosiss, flor. confertis, pedunc. lateralibus terminalibusque.
- anthelminthica*. 11. C. fol. lanceolato-ouatis scabris, pedunc. vnifloris, calyc. squarrosis. *Radix annua. Caulis teres, pubescens, rectus. Folia alterna, acuta, ferrata, angustata in Petiolum basi purpurascens. Calycis apices lanceolati, elongati, patuli. Corolla parua, purpurascens: Fosculis 25, hermaphroditis.*
- cinerea*. 14. C. fol. oblongis, flor. paniculatis; coroll. cylindricis, calyce duplo longioribus. Senecio indicus atriplicis folio. *Morif. hist. 3. p. 106. f. 7. t. 17. f. 7. Caulis erectus, paniculatus, pubescens. Folia canescentia, lanceolato-elliptica, repando-ferrata, remota. Corollae cylindricae, purpureae. Styli breues. Pappus calyce longior.*
- odorata*. 15. C. fol. ouatis ferratis subtomentosis acutis, caule corymbofo, coroll. subglobosis.
- chinensis*. 16. C. fol. lanceolato-ouatis reflexo-ferratis subtus tomentosiss, flor. terminalibus congestis.
- hirsuta*. 19. C. fol. ovalibus integerrimis scabris subtus hirsutis.
- arbore-scens*. 18. C. fol. ouatis integerrimis acutis subtus tomentosiss, spicis recuruatis secundis, bract. reflexis.
- fruticosa*. 17. C. fol. ouatis integerrimis obtusis, flor. sessilibus alternis, ramulis flexuosis.
- virgata*. 5. C. fol. decurrentibus lanceolatis ferrulatis, caul. virgatis, flor. spicatis sparsis congestis.
- decurrens*. 6. C. fol. decurrentibus lanceolatis ferrulatis, flor. axillaribus sessilibus glomeratis.

951. ERIGERON. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cor. radii lineares, angustissimae.*

- viseosum.* 1. E. pedunc. vnifloris lateralibus, fol. lanceolatis denticulatis, calyc. squarrosis, coroll. radiatis.
- graeo-lens.* 2. E. fol. sublinearibus integerrimis, ramis lateralibus multifloris. *Flores lutei.*
- glutinosum.* 18. E. fol. lanceolato-linearibus piloso-viscidis, pedunc. vnifloris. *Mant. 112. Flores purpurei.*
- ficulum.* 3. E. squamis calycinis inferioribus laxis florem superantibus, pedunc. foliosis. *Caules rubentes.*
- carolinianum.* 4. E. caule paniculato, flor. subsolitariis terminalibus, fol. linearibus integerrimis.
- canadense.* 5. E. caule floribusque paniculatis.
- bonariense.* 7. E. fol. basi reuolutis.
- iamaicense.* 6. E. caule paucifloro subvillosa, fol. cuneiformi-lanceolatis: ferraturis vtrinque duabus.
- Philadelphicum.* 8. E. caule multifloro, fol. lanceolatis subferratis: caulinis semiamplexicaulibus, flosc. radii capillaceis longitudine disci. (*Non descriptio, quae E. aegyptiaci.*)
- aegyptiacum.* 17. E. fol. semiamplexicaulibus spatulatis dentatis, flor. globosis. *Mant. 112.*
- acrepinum.* 9. E. pedunculis alternis vnifloris.
- alpinum.* 10. E. caule subbifloro, calyce subhirsuto, fol. obtusis subtus villosis.
- vniflorum.* 11. E. caule vnifloro, calyce piloso.
- graminifolium.* 12. E. caule vnifloro, fol. linearibus ciliatis scabris.
- camphoratum.* 14. E. fol. lanceolato-ouatis villosis: ferraturis a pice cartilagineis.
- gouani.* 13. E. flor. congestis, calyc. scariosis, fol. lanceolatis subdentatis margine scabris.
- rufosum.* 12. E. fol. linearibus, ramis vnifloris, caule suffruticoso Erigeron fol. rigidis, caul. sublignoso paucifloro. *Ger. prou. 205. Radix praemorsa.*
- foetidum.* 16. E. fol. lanceolato-linearibus retusis, flor. corymbosis. Pseudo-Helichrysum frutescens africanum, retusis foliis viridibus, flore luteo nudo. *Morif. hist. 3. p. 90. n. 1. conf. Inulam foetidam.*

952. **TVSSILAGO.** *Recept.* nudum. *Pappus simplex.* *Cal.* squamae aequales, discum aequantes, submembranaceae.

1213.

- Anandria.* 1. T. scapo vnifloro squamoso erecto, fol. lyrato-ouatis.
dentata. 3. T. scapo vnifloro ebracteato, fol. lanceolatis dentatis villosis.
nutans. 2. T. scapo vnifloro ebracteato, flor. nutante, fol. lyratis obtusis.
alpina. 4. T. scapo vnifloro subnudo, fol. cordato-orbiculatis crenatis.
Farfara. 5. T. scapo vnifloro imbricato, fol. subcordatis angulatis denticulatis.
iaponica. 10. T. floribus alternis radiatis. *Mant.* 113.
frigida. 6. T. thyrso fastigiato, flor. radiatis.
alba. 7. T. thyrso fastigiato, flosculis femineis nudis paucis.
hybrida. 8. T. thyrso oblongo, flosculis femineis nudis plurimis.
Petasites. 9. T. thyrso ouato, flosculis femineis nudis paucis.

953. **SENECIO.** *Recept.* nudum. *Pappus simplex.* *Cal.* cylindricus, calyculatus: squamis apice sphaecelatis.

1215.

* *Floribus flosculosis.*

- hieracifolius.* 1. S. coroll. nudis, fol. amplexicaulibus laceris, caule herbaceo erecto.
purpureus. 5. S. coroll. nudis, fol. lyratis hirtis; superioribus lanceolatis dentatis.
persicifolius. 3. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis integerrimis basi dentatis.
virgatus. 4. S. coroll. nudis, fol. lyratis subtus tomentosis, pedunc. vnifloris: squamis subulatis.
diuauicus. 2. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis dentatis scabris, ramulis floriferis diuauicatis.
Pf. Chin. 6. S. coroll. nudis, scapo subnudo longissimo.

- vulgaris*. 7. S. coroll. nudis, fol. pinnato-sinuatis amplexicaulibus, flor. sparsis.
arabicus. 41. S. coroll. nudis, fol. subbipinnatis petiolatis laevis.
Mant. 114.

* * *Flor. radiatis: radio reuoluto.*

- triflorus*. 8. S. coroll. reuolutis, fol. sessilibus sinuatis, calyc. conicis: squamis minimis intactis.
aegyptius. 9. S. coroll. reuolutis, fol. amplexicaulibus sinuatis, squamis calycinis brevioribus integris sphaelatis.
liuidus. 10. S. coroll. reuolutis, fol. amplexicaulibus lanceolatis dentatis, squamis calycinis brevissimis intactis.
trilobus. 11. S. coroll. reuolutis, fol. amplexicaulibus, squamis calycinis sphaelatis laceris.
viscosus. 12. S. coroll. reuolutis, fol. pinnatifidis viscidis, squamis calycinis laxis longitudine perianthii.
sylvaticus. 13. S. coroll. reuolutis, fol. pinnatifidis denticulatis, caule corymbofo erecto.
*hebroden-
sis*. 14. S. coroll. reuolutis, fol. lyratis sinuatis obtusis petiolatis, caule hirtis.
glaucus. 15. S. coroll. reuolutis, fol. amplexicaulibus lanceolatis obtusis dentatis integerrimis.
varicosus. 16. S. coroll. reuolutis, fol. ovatis petiolatis dentatis punctulato-varicosis.

* * * *Floribus radiatis: radio patente, fol. pinnatifidis.*

- hastatus*. 17. S. coroll. radiantibus, petiolis amplexicaulibus, pedunc. folio triplo longioribus, fol. pinnato-sinuatis.
pubigerus. 18. S. coroll. radiantibus, petiol. radicalibus lanatis, fol. pinnatifidis, caul. simplicissimis, flor. lateralibus sessilibus.
elegans. 19. S. coroll. radiantibus, fol. pinnatifidis aequalibus patentissimis margine incrassato recurvato. *Calycis squamae subciliatae.*
squalidus. 20. S. coroll. radiantibus calyce longioribus integris, fol. pinnatifidis: laciniis linearibus distantibus.
erucifolius. 21. S. coroll. radiantibus, fol. pinnatifidis dentatis subhirtis, caule erecto.

- incanus.* 22. S. coroll. radiantibus, fol. vtrinque tomentosis subpinnatis obtusis, corymbo subrotundo.
- abrotanifolius.* 23. S. coroll. radiantibus, fol. pinnato-multifidis linearibus nudis acutis, pedunc. subbifloris. *Iacobæa alpina*, foliis multifidis *etscheriana*, flore luteo plerumque gemelio. *Pluk. alm. 194. Folia Radicalia bipinnatifida; Caulina simpliciter pinnatifida. Pedunculi pubescentes, 3. f. 4, Saepius biflori.*
- canadensis.* 24. S. coroll. radiantibus, fol. bipinnatis linearibus. *Iacobæa chaerophylli folliis mariana.* *Pluk. mant. 107.*
- Iacobæa.* 25. S. coroll. radiantibus, fol. pinnato lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto.
- aureus.* 26. S. coroll. radiantibus, fol. crenatis: infimis cordatis petiolatis; superioribus pinnatifidis lyratis.
- umbellatus.* 27. S. coroll. radiantibus calyce longioribus, fol. pinnato-dentatis denticulatis: laciniis distantibus.
- * * * * *Floribus radiatis: radio patente, fol. indivisis.*
- linifolius.* 28. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus integerrimis, corymb. subsquamato, caule herbaceo.
- paludosus.* 29. S. coroll. radiantibus, fol. ensiformibus acute serratis subtus subvillosis, caule stricto.
- nemorensis.* 30. S. coroll. radiantibus octonis, fol. lanceolatis biserratis subtus villosis, caule ramoso.
- sarracenicus.* 32. S. coroll. radiantibus, flor. corymbosis, fol. lanceolatis serratis glabriusculis.
- Doria.* 31. S. coroll. radiantibus, flor. corymbosis, fol. subdecurrentibus nudis lanceolatis serratis: superioribus sensim minoribus.
- doronicum.* 33. S. coroll. radiante, caule indiviso subvniifloro, fol. indivisis serratis: radicalibus ovatis subtus villosis. *Varietates progressivas a-3 vidit D. Lacquin, at omnes negat conuenire D. Haller.*
- longifolius.* 34. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus sparsis, caule fruticoso.
- byzantinus.* 35. S. coroll. radiantibus, fol. oblongis remote dentatis spinoso-denticulatis supra nudis, caule herbaceo.

- halimifolius*. 36. S. coroll. radiantibus, fol. obouatis carnosis dentatis, caule fruticoso.
- ilicifolius*. 37. S. coroll. radiantibus, fol. sagittatis amplexicaulibus dentatis, caule fruticoso.
- rigens*. 38. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus oblongis indiuisis denticulatis nudis, caul. fruticoso.
- rigidus*. 39. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus spatulatis repandis erosis scabris, caule fruticoso. *Caulis inamoenus. Folia rigida, supra quasi oleo oblinita, non tamen glabra; subtus incana, villosiuscula. Flores parui radio luteo pentapetalo: flosculis remotis integris.*
- populifolius*. 40. S. coroll. radiantibus, fol. ouatis spatulatis integris obtusis: adultioribus supra glabris, caule fruticoso.

954. ASTER. *Recept. rudum. Pappus simplex. Cor. radii plures 10. Cal. imbricati squamae inferiores patulae.*

1224.

* *Fruticosi.*

- polifolius*. 1. A. suffruticosus, fol. decurrentibus obouatis subtus tomentosus subserratis, flor. terminalibus sessilibus.
- taxifolius*. 2. A. suffruticosus, fol. decurrentibus subulatis margine scabris, flor. terminalibus.
- reflexus*. 3. A. fruticosus, fol. ouatis subimbricatis recuruatis ferrato-ciliatis, flor. terminalibus.
- erinitus*. 4. A. fruticulosus, fol. ouato-oblongis acutis subtus tomentosus, calyc. pilo terminatis. *Folia exquisite acuminata.*
- fruticulosus*. 5. A. fruticosus, fol. linearibus punctatis, pedunc. vni-floris nudis.

* * *Herbacei integrifolii; pedunculis nudis.*

- tenuellus*. 6. A. fol. subfiliformibus aculeato-ciliatis, pedunc. nudis, calyc. hemisphaericis aequalibus. Aster parvus aethiopicus, chamaemeli floribus, tamarisci aegyptiaci foliis tenuissime denticulatis. *Pluk. alm. 56. t. 271. f. 4. Rai. suppl. 164. n. 84. Flores ante anthesin nutantes. Semina pappo rariore.*

- alpinus. 7. A. fol. lanceolatis hirtis: radicalibus obtusis, caul. simplicissimo unifloro. *Folia caulina 2, rarius 3. Gouan.*
- sibiricus. 8. A. fol. lanceolatis venosis scabris extimo ferratis, caul. striatis, pedunc. tomentosus.
- Tripolium. 9. A. fol. lanceolatis integerrimis carnosus glabris, ramis inaequalibus, flor. corymbosis.
- Amellus. 10. A. fol. lanceolatis obtusis scabris trineruis integris, pedunc. nudiusculis corymbosis, squamis calycinis obtusis. *Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello. Virg.*
- diaricatus. 11. A. ramis diaricatis, fol. ovatis ferratis, floralibus integerrimis obtusiusculis amplexicaulibus.

* * * *Herbacei Integrisolii, pedunculis squamosis.*

- hyssopifolius. 37. A. fol. linearibus integerrimis obliquatis acutis margine scabris, pedunc. subfoliosis. *Mant. 114.*
- dumosus. 12. A. fol. linearibus integerrimis, caule paniculato, flor. terminalibus.
- ericoides. 13. A. fol. linearibus integerrimis, caul. paniculato, pedunc. racemosis: pedicellis foliosis.
- tenuifol. 14. A. fol. sublinearibus integerrimis, pedunc. foliosis.
- linariifolius. 15. A. fol. linearibus integerrimis mucronatis scabris carinatis, pedunc. foliosis.
- linifolius. 16. A. fol. linearibus acutis integerrimis, caule corymboso ramosissimo.
- acris. 17. A. fol. lanceolato-linearibus strictis integerrimis planis, flor. corymbosis fastigiatis, pedunc. foliosis.
- concolor. 18. A. fol. ovatis sessilibus integerrimis, caule simplicissimo, racemo terminali.
- rigidus. 19. A. fol. linearibus alternis, flor. terminalibus solitariis.
- nou. angl. 21. A. fol. lanceolatis alternis integerrimis femiamplexicaulibus, flor. confertis terminalibus, caule hispido.
- vndulatus. 20. A. fol. amplexicaulibus vndulatis subtus tomentosus, flor. racemosis ascendentibus.
- grandiflorus. 32. A. fol. amplexicaulibus lingulatis integerrimis, ramis unifloris, calyc. squarrosis. *Mill. ic. 282. Catesby hunc in Europam primus introduxit.*

* * * * *Herbacei Serratifolii, pedunculis laeuis.*

- cordifolius*. 22. A. fol. cordatis ferratis petiolatis, caule corymbo-
so, pedunc. aphyllis. *Caulis sublaevis, superne
magis ramosus. Folia Radicalia cordata, acute ser-
rata, subtus pilosuscula; Caulina inferiora ouata, ser-
rata petiolis marginatis; suprema spatulato-lanceolata,
amplexicaulia. Panicula corymbosa. Pedunculi nudi.
Calyces imbricati, arcti. Radius exalbidus, vix
purpurascens, 12-petalus.*
- puniceus*. 23. A. fol. semiamplexicaulibus lanceolatis ferratis sca-
bris, pedunc. alternis subvniifloris, calyc. dif-
cum superantibus.
- annuus*. 24. A. fol. lanceolatis: inferioribus crenatis, caule co-
rymbofo, pedunc. nudis, calyc. hemisphaericis.
- vernus*. 25. A. fol. radicalibus lanceolatis integerrimis obtusis,
caul. subnudo filiformi subramoso, pedunc. nu-
dis.

* * * * * *Herbacei Serratifolii, pedunculis squamosis.*

- indicus*. 26. A. fol. ouato-oblongis ferratis: floralibus ouali-lan-
ceolatis integerrimis, ramulis vniifloris.
- laevis*. 27. A. fol. lanceolatis sessilibus laeuis subferratis,
pedunc. foliosis subdiuisis.
- mutabilis*. 28. A. fol. lanceolatis ferratis, calyc. squarrosis, panic.
subfastigiata.
- trade-
scanti.* 29. A. fol. lanceolato linearibus medio ferratis, pedunc.
foliosis, caule racemoso, calyc. erectis.
- noui bel-
gii.* 30. A. fol. lanceolatis subferratis sessilibus, caule pani-
culato, ramulis vniifloris solitariis, calyc. squar-
rosis.
- tardiflo-
rus.* 31. A. fol. spatulato-lanceolatis ferratis oblongis: basi
flexuosis semiamplexicaulibus, caul. prostratis,
flor. terminalibus.
- miser*. 33. A. fol. ferratis: ramorum integerrimis, flor.-ouatis:
disco radiis longiore.
- macrophyl-
lus.* 34. A. fol. ferratis: radicalibus maximis cordatis tri-
neruatis; caulinis ouatis sessilibus.
- chinensis*. 35. A. fol. ouatis angulatis dentatis petiolatis, caul. pa-
tentibus foliosis terminalibus. *Differt. nonnihil
a congeneribus.*

955. SOLIDAGO. *Recept. nudum. Pappus simplex*
 1232. *Cor. radii circiter 5. Cal. squa-*
mae imbricatae, clausae.

- semperui-* 1. S. fol. lanceolatis subcarnosis glaberrimis margine
rens. scabriusculis, panic. corymbosa.
canadensis. 2. S. paniculato-corymbosa, racem. recurvatis, flor.
 adscendentibus, fol. trineruiis subserratis scabris.
altissima. 3. S. paniculato-corymbosa, racem. recuruis, flor. ad-
 scendentibus, fol. eneruiis serratis.
lateriflora. 4. S. panic. corymbosa: racem. recuruis adscendentibus,
 caule inferne ramoso floriferoque.
bicolor. 14. S. racem. spicatis, fol. subserratis, florum radio di-
 colore. *Mant. 114.*
lanceo- 13. S. corymb. terminalibus, fol. lineari-lanceolatis inte-
lata. gerrimis trineruiis. *Mant. 114.*
caesia. 5. S. panic. corymbosa, racem. supra densifloribus, caule
 glabro laevi.
mexicana. 9. S. caule obliquo, pedunc. erectis foliolatis ramosis,
 fol. lanceolatis integerrimis.
flexicaulis. 7. S. caule flexuoso, fol. ovatis acuminatis serratis, ra-
 cem. lateralibus simplicibus.
latifolia. 8. S. caule erecto, fol. ovatis acuminatis serratis, racem.
 lateralibus simplicibus.
Virgau- 9. S. caule subflexuoso angulato, racem. paniculatis
rea. erectis confertis.
minuta. 10. S. caul. simplicissimo, fol. caulinis integerrimis, pe-
 dunc. axillaribus unifloris.
rigida. 11. S. fol. caulinis ovatis scabris integerrimis ram. alter-
 nis fastigiatis, corymb. terminalibus.
noueto- 12. S. fol. radicalibus ovato oblongis petiolatis, caule nu-
racensis. diusculo ramoso fastigiato.

957. CINERARIA. *Recept. nudum. Pappus. sim-*
 1242. *plex. Cal. simplex, polyphyl-*
lus, aequalis.

- zeifolia.* 1. C. pedunc. ramosis, fol. reniformibus suborbiculatis
 sublobatis dentatis petiolatis.

- cymbala-* 2. C. fol. lyratis: impari reniformi denticulato; caulinis
rifolia. summis amplexicaulibus lobatis integerrimis.
- sibirica.* 3. C. racem. simplici, fol. cordatis obtusis denticulatis
laeuibus, caul. simplicissimo monophyllo. *Bra-*
ctæae 2, *oblongae*, *emarcescentes*.
- glauca.* 4. C. racem. simplici, fol. spatulato-cordatis integerrimis, caul. simplicissimo. *Folia colore Crambes maritimae*, *glauca petiolis marginato-spatulatis*.
- sonchifol.* 5. C. fol. amplexicaulibus sinuatis difformibus.
- palustris.* 6. C. flor. corymbosis, fol. lato-lanceolatis dentato-sinuatis, caul. villoso.
- alpina.* 7. C. umbella inuolucrata, pedunc. communi nudiusculo; fol. oblongis villosis.
- aurea.* 8. C. flor. corymbosis, fol. lanceolatis ferratis subtus tomentosis.
- maritima.* 9. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis tomentosis: laciniis sinuatis, caul. frutescente.
- canaden-* 10. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis subvillosis: laciniis sinuatis, caule herbaceo.
- sis.*
- linifolia.* 11. C. pedunc. unifloris, fol. sparsis, caule fruticoso.
- othonni-* 12. C. pedunc. unifloris, fol. oblongis indiuisis subdentatis nudis petiolatis alternis.
- tes.*
- Amelloi-* 13. C. pedunc. unifloris, fol. oppositis ouatis, caul. suffruticoso.
- des.*

956. INVLA. *Recept.* nudum. *Pappus simplex.* *Antherae* basi in fetas duas desinentes.

1236.

- Helenium.* 1. I. fol. amplexicaulibus ouatis rugosis subtus tomentosis. calycum. squamis ouatis.
- odora.* 4. I. fol. amplexicaulibus dentatis hirsutissimis: radicalibus ouatis; caulinis lanceolatis, caule paucifloro.
- Oculus.* 5. I. fol. amplexicaulibus oblongis integris hirsutis, caule piloso corymboso.
- Christi.*
- britannica.* 6. I. fol. amplexicaulibus lanceolatis ferratis distinctis subtus villosis, caule ramoso erecto villoso.
- dysenterica.* 7. I. fol. amplexicaulibus cordato-oblongis, caule villoso paniculato, squamis calycinis fetaceis.

- undulata.* 24. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis undulatis. *Mant.* 115.
- indica.* 8. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis serratis, pedunc. unifloris filiformibus, flor. globosis. *Folia subscabra, subtus subtomentosa. Calyx cum disco corollae conficit globum. Flos luteus disco flavo.*
- Pulicaria.* 9. I. fol. amplexicaulibus undulatis, caule prostrato, flor. subglobosis radio brevissimo.
- arabica.* 22. I. fol. oblongis sessilibus, pedunc. filiformibus, calycib. cylindricis. *Mant.* 114.
- spiraeifolia.* 10. I. fol. subsessilibus ovato-oblongis nudis reticulatis confertis ferrulatis, flor. terminalibus subsessilibus.
- squarrosa.* 14. I. fol. ovalibus laevibus reticulato-venosis subcrenatis, cal. squarrosis.
- salicina.* 11. I. fol. lanceolatis recurvis serrato-scabris, ramis angulatis, flor. inferioribus altioribus.
- hirta.* 12. I. fol. sessilibus lanceolatis recurvis subserrato-scabris, caul. teretiusculo subpiloso, flor. inferioribus altioribus.
- mariana.* 16. I. fol. sessilibus lanceolatis subserratis pilosis, pedunc. subunifloris subviscosis: foliolis linearibus.
- germanica.* 13. I. fol. sessilibus lanceolatis recurvis scabris, flor. subfasciculatis.
- ensifolia.* 15. I. fol. sessilibus linearibus acuminatis nervosis glabris sparsis, caule subunifloro.
- erithmif.* 17. I. fol. linearibus carnosis tricuspидatis.
- prouincialis.* 18. I. fol. subserratis subtus tomentosis: radicalibus petiolatis ovatis, caule erecto unifloro.
- montana.* 19. I. fol. lanceolatis hirsutis integerrimis, caule unifloro, calyce breui imbricato.
- aestuans.* 2. I. fol. spatulatis subtus tomentosis.
- bifrons.* 3. I. fol. decurrentibus oblongis denticulatis, flor. congestis terminalibus subsessilibus.
- aromatica.* 20. I. fol. linearibus integerrimis tomentosis sparsis, caul. fruticoso.
- pinifolia.* 21. I. fol. subulato-linearibus triquetris confertissimis, caul. fruticoso.

foetida. 22. I. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, corymb. ramosis, radiis florum breuissimis. *Morif. hist.* 3. p. 90.

958. ARNICA. *Recept.* nudum. *Pappus.* simplex. 1245. *Corollulae* radii filamentis 5 absque antheris.

montana. 1. A. fol. ouatis integris: caulinis geminis oppositis. *Oed. dan. t. 63,*

piloselloides. 2. A. fol. integerrimis ellipticis villosis, scapo vnifloro aphylo lanato, calyce radium aequante.

scorpioid. 3. A. fol. alternis ferratis.

maritim. 4. A. fol. lanceolatis: inferioribus ferratis, caule folioso multifloro.

crocea. 5. A. fol. ouatis repando-denticulatis subtus tomentosis.

Gerbera. 6. A. fol. pinnatifidis: lobis rotundatis.

coronopif. 7. A. fol. pinnatis: laciniis linearibus.

959. DORONICVM. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Calysis* squamae duplicis ordinis aequales, disco longiores. *Sem* radii nuda pap-poque destituta. 1247.

pardalianches. 1. D. fol. cordatis obtusis denticulatis: radicalibus petiolatis: caulinis amplexicaulibus.

plantag. 2. D. fol. ouatis acutis subdentatis, ramis alternis.

Bellidiastrum. 4. D. caule nudo simplicissimo vnifloro.

960. PERDICIVM. *Recept.* nudum. *Pappus* simplex. *Corollulae* bilabiatae. 1248.

semifloscul. 1. P. flore semiflosculoso, scapo vnifloro nudo.

raaiide. 2. P. flor. subradiatis, calyc. exteriore tetraphyllo, caule fruticoso.

brasiliense. 3. P. flor. subradiatis, calyc. simplicibus, caule herba-ceo. *Mant.* 115.

961. HELENIVM. *Recept.* nudum: *Radii* paleaceum. *Pappus* 5-aristatus. *Cal.* simplex, multipartitus. *Corollulae* radii femitrifidae.

1248.

autumn. 1. H. fol. ferratis. *Speciem alteram foliis integerrimis Mill. dist. non vidi.*

962. BELLIS. *Recept.* nudum, conicum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemisphaericus: squamis aequalibus. *Sem.* obouata.

1248.

perennis. 1. B. scapo nudo.
annua. 3. B. caule subfoliofo.

964. TAGETES. *Recept.* nudum. *Pappus.* aristis 5, erectis. *Cal.* 1-phyllus. 5-dentatus, tubulosus. *Flosculi* radii 5, persistentes.

1249.

patula. 1. T. caule subdiviso patulo.
erecta. 2. T. caule simplici erecto, pedunc. nudis unifloris.
- Spiralis.* 3. O. bulbis aggregatis oblongis. caule subfolioso, flor. spirali-secundis, nectarii labio indiviso crenulato. *Segu. ver. t. 8. f. 9. d.* Epipactis foliis plerisque ex lineari-lanceolatis. *Gmel. sib. 2. p. 13. t. 3. f. 1.* Petala exteriora 3 conglutinata.
- cernua.* 4. O. bulbis fasciculatis, caule folioso, flor. cernuis, nectarii labio oblongo integro acuto.
- ouata.* 5. O. bulbo fibroso, caule bifolio, fol. ouatis, nectarii labio bifido.
- cordata.* 6. O. bulbo fibroso, caule bifolio, fol. cordatis. *Act. helv. 2. p. 75. t. 6.* Labellum bifidum basi vtrinque dente notatum, quod non in *O. ouata*.

* * *Bulbis rotundis.*

- linifolia.* 7. O. bulbo subrotundo, scapo nudo, fol. lanceolatis, nectarii labio integro, petalis dorsalibus linearibus. *Ehret. act. angl. 1764. n. 53. p. 81. t. 4. β.* Epipactis foliis binis ouatis, bulbis pyriformibus foliosa vagina cinctis. *Hall. act. 4. p. 120.* Bifolium bulbosum. *Dod. pempt. 292.* Scapus nudus, triqueter. Folia radicalia nervosa. Flores rubri, sed Petala 3 angusta, linearia, viridia.
- loeselii.* 8. O. bulbo subrotundo, scapo nudo trigono, nectarii labio ouato.
- paludosa.* 9. O. bulbo subrotundo, scapo subnudo pentagono, foliis apice scabris, nectarii labio integro.
- monophyl-los.* 10. O. bulbo rotundo, scapo nudo, folio ouato, nectarii labio integro.
- Monorch.* 11. O. bulbo globoso, scapo nudo, nectarii labio trifido cruciato.
- alpina.* 12. O. bulbis ouatis, scapo nudo, fol. subulatis, nectarii labio indiviso obtuso vtrinque videntato.

- camtscha-* 13. O. bulbis . . . scapo filiformi vaginato, racemo
tea. laxo, nectarii labio lineari bifido.
- antropo-* 14. O. bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio
phora. lineari tripartito: medio elongato bifido.
- insecti-* 15. O. bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii la-
fera. bio subquinguelobo.
- myodes.* α. O. muscae corpus referens, minor, galea & alis
herbidis.
- arachnites.* β. O. araneum referens.
- atrata.* 19. O. bulbis . . . florum cucullo staminifero bicorni.
Mant. 121.
- catholica.* 16. O. bulbis fibrosis, flor. tripetalis: galea ventrico-
sa magna: labio cruciata, scapo folioso.
- circumfle-* 17. O. bulbis indiuisis, flor. tripetalis: alis emarginatis;
xa. labio trifido lateralibus circumflexis.
- castra.* 18. O. bulbis . . . nectarii labio reniformi latissimo
emarginato.

1012. SERAPIAS. *Nectarium* ouatum, gibbum,
1344. labio ouato.

latifolia. 1. S. bulbis fibrosis, fol. ouatis amplexicaulibus, flor.
pendulis. *Fl. suec.* 819. Serapias bulbis fibrosis,
nectarii labio obtuso crenato petalis aequali, fru-
ctibus pendulis. *Huds. angl.* 341. Serapias bulbis
fibrosis, floribus secundis, labello planiusculo,
petalis ouatis. *Scop. carn.* 255. Serapias bulbis
fibrosis, caule multifloro, floribus spicatis, ne-
ctarii labio petalis breuiore. *Ger. prov.* 132. Epi-
pactis foliis amplexicaulibus ouato-lanceolatis,
labello lanceolato. *Hall. act. helv.* 4. p. 108. Epi-
pactis s. Helleborine. *Cam. epit.* 187. Hellebori-
ne floribus e viridi & purpureo variis labello acu-
minato, foliis breuissimis. *Hall. helv.* 275. Helle-
borine latifolia montana. *Bauh. pin.* 186. *Folia*
amplexicaul'a. Spica multiflora, longa. Petioli lon-
gi. Flores fructusque penduli. Nectarium lineis nullis.

longifolia. 2. S. bulbis fibrosis, fol. ensiformibus sessilibus, flor. pen-
dulis. Serapias bulbis fibrosis, nectarii labio obtu-
so longitudine petalorum *Ger. prov.* 132. Serapias
bulbis fibrosis, floribus sparsis patulis, labello

concauo petalis longiore. *Scop. carn.* 256. Epipactis foliis ensiformibus, floribus pendulis labello obtuso oris plicatis. *Hall. act. helv.* 4. p. 111. Helleborine angustifolia palustris s. pratensis. *Bauh. pin.* 87. *Caulis altior. Spica longa multiflora. Flores fructusque penduli. Flores duplo majores petalis latioribus. Nectarium reliquis petalis cohaerens: cymba lineis purpureis. H.*

grandiflora. 6. S. bulbis fibrosis, fol. ensiformibus, flor. erectis, nectarii labio obtuso petalis breuiore. *It. oel.* 144. *Hud. angl.* 341. Serapias bulbis fibrosis, caule paucifloro, flor. distantibus, nectarii labio petalis breuiore. *Ger. prov.* 132. Epipactis caule folioso paucifloro, lineis laeuius labelli obtusi. *Hall. act. helv.* 4. p. 105. *Flores albi, magni Fructusque erectus; Labellum breue minus acutum lineis eminentibus. H.*

rubra. 7. S. bulbis fibrosis, fol. ensiformibus, flor. erectis: nectarii labio acuto. Epipactis caule folioso paucifloro, lineis undulatis labelli acutissimi. *Hall. act.* 4. p. 103. Helleborine longifolia, paucis purpureis floribus. *Hall. helv.* 274. Helleborine montana angustifolia purpurascens. *Bauh. pin.* 187. Elleborines genus 5. *Clus. pan.* 275. *Flores purpurei magni Fructusque erecti. Labellum longius acutum lineis undulatis. H.*

Lingua. 2. S. bulbis subrotundis, nectarii labio trifido acuminato glabro petalis longiore.

cordigera. 4. S. bulbis subrotundis, nectarii labio trifido acuminato maximo basi barbato.

1013. LIMODORVM. *Nectarium* monophyllum, 1346. concauum, pedicellatum, intra petalum infimum.

tuberosum. 1. L. floribus sessilibus racemosis alternis.

altum. 2. L. floribus pedunculatis sparsis. *Plum. ic.* 189. *distincta a praecedenti nulla in floribus barba et floribus sparsis numerosissimis.*

1014. **ARETHUSA.** *Nectarium* tubulosum intra
1346. corollae fundum: labio infe-
riore stylo adnato.

- bulbosa.* 1. A. radice globosa, scapo vaginato, spatha diphylla.
ophioglos- 2. A. radice fibrosa, scapi folio ovali, foliolo spatha-
soides. cœo lanceolato.
diarica- 3. A. radice subpalmata, scapi folio folioloque spatha-
ta. cœo lanceolatis, petalis exterioribus ascendenti-
bus.

1015. **CYRIPEDIVM.** *Nectarium* ventricosum,
1346. inflatum, cauum.

- Calceolus.* 1. C. radicibus fibrosis, fol. ovato-lanceolatis cauli-
nis. *Mill. ic. t. 242.*
bulbosum. 2. C. bulbo subrotundo, fol. subrotundo radicali. *Flos*
pentapetalus.

1016. **EPIDENDRVM.** *Nectarium* turbinatum, ob-
1347. liquum, reflexum.

* *Scandentes.*

- Vanilla.* 1. E. scandens, fol. ovato-oblongis nervosis sessilibus
caulinis, cirrhis spiralibus. *Plum. ic. 188.*
Flos aëris. 2. E. caule scandente tereti subramoso, fol. lanceolatis,
petalis linearibus obtusis.

* * *Caule erecto folioso.*

- tenuifol.* 3. E. fol. caulinis subulatis canaliculatis.
spatula- 4. E. fol. caulinis oblongis alternis obtusis aueniis, ne-
tum. ctarii labio bifido diuaricato.
furuum. 5. E. caulescens, fol. imbricatis lanceolatis, racem.
axillaribus.
coccineum. 6. E. fol. caulinis ensiformibus obtusis, pedunc. vni-
floris axillaribus confertis.
secundum- 7. E. fol. caulinis oblongis, spicis secundis, nectarii
lineare. tubo longitudine corollae.
8. E. fol. caulinis linearibus obtusis emarginatis, cau-
le simplici.

- punctatum.* 10. E. fol. lanceolatis neruosis : vaginis imbricatis , scapo paniculato corollisque punctatis.
- caudatum.* 11. E. fol. lanceolatis neruosis , scapo paniculato , petalis maculatis caudatis : duobus longissimis.
- ouatum.* 9. E. fol. caulinis ouatis acutis amplexicaulibus neruosis , scapis paniculatis.
- ciliare.* 12. E. fol. oblongis aueniis , nectarii labio tripartito ciliato , intermedia lineari , caule bifolio.
- nocturnum.* 13. E. fol. oblongis aueniis , nectarii labio tripartito integerrimo : intermedia lineari , caule multifolio. *Catesbaei et Jacquini forte distinctae species.*
- cucullatum.* 14. E. fol. subulatis , scapo vnifloro , nectarii labio ouato ciliato acuminato , petalis elongatis.
- * * * Scapo nudo , foliis radicalibus.
- nodosum.* 15. E. fol. vnico subradicali , spadice subquadrifloro.
- carinatum.* 16. E. fol. oblongis obtusis compressis articulatis.
- aloifolium.* 17. E. fol. radicalibus oblongis obtusis superne latioribus.
- guttatum.* 18. E. fol. radicalibus lanceolatis canaliculatis , petalis cuneiformibus retusis.
- juncifolium.* 19. E. fol. subulatis sulcatis , scapo petalisque punctatis : labio immaculato dilatato.
- scriptum.* 20. E. fol. ouato-oblongis trineruis , flor. racemosis maculatis.
- retusum,* 21. E. fol. radicalibus linearibus apice bifariam retusis , flor. racemosis maculatis.
- amabile.* 23. E. fol. radicalibus lato-lanceolatis aueniis , petalis lateralibus orbiculatis.
- cochlearium.* 22. E. fol. oblongis geminis glabris striatis bulbo innatis , scapo multifloro , nectario cordato.
- tuberosum.* 24. E. fol. lato-lanceolatis neruosis membranaceis bulbo innatis , scapo vaginato , nectario cymbiformi bifido.
- pusillum.* 25. E. fol. ensiformibus subcarnosis , scapo paucifloro.
- ensifolium.* 26. E. caule tereti laeui , fol. ensiformibus striatis , petalis lanceolatis glabris : labio recuruato latiore.
- moniliforme.* 27. E. caule tereti articulato striato moniliformi nudo simplicissimo , foliis linearibus acutis.
- ophioglossoides.* 28. E. caule vnifolio , flor. racemosis secundis.

ruficifolium. 29. E. caule vnifolio, flor. e finu folii aggregatis.
graminis. 30. E. caule vnifolio, flor. e finu folii geminis.

1272. GUNNERA. Amentum squamis vnifloris.
Cal. o. *Cor.* o. *Germen* 2 - den-
 tatum. *Styli* 2. *Sem.* 1.

perpensa. I. GUNNERA. *Mant.* 121.

TRIANDRIA.

1017. SISYRINCHIVM. Monogyna. *Spatha* di-
 1353. *phylla*. *Petala* 6, pla-
 na. *Capsf.* 3-ocularis,
 infera.

Bermud. 1. S. fol. ensiformibus eneruiis.
palmifol. 2. S. fol. ensiformibus nervosis. *Mant.* 122.

1018. FERRARIA. Monogyna. *Spathae* vniflorae.
 1353. *Petala* 6, vndulato-crispata.
Stigmata cucullata. *Capsf.* 3-lo-
 cularis, infera.

vndulata. I. FERRARIA.

1273. STILAGO. Monogyna. *Cal.* 1 - phyllus. *Cor.*
 o. *Bacca* globosa.

Bunius. I. STILAGO. *Mant.* 122.

TETRANDRIA.

1019. NEPENTHES. Monogyna. *Cal.* 4-partitus.
 1354. *Cor.* o. *Capsf.* 4-ocularis.

destillato- I. NEPENTHES.
ria.

PENTANDRIA.

1020. AYENIA. Monogyna. Cal. 5 - phyllus. *Petalata* connata in stellam vnguibus longis. *Antherae* 5, sub stella. *Capf.* 5 - locularis.

- 1354.
- pusilla.* 1. A. fol. cordatis glabris.
tomentos. 2. A. fol. ouato - subrotundis tomentosis.
magna. 3. A. fol. cordatis pubescentibus, florum germine sessili.

1021. PASSIFLORA. Trigyna. Cal. 5 - phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* corona. *Bacca* pedicellata.

* *Foliis indiuisis.*

- serratifol.* 1. P. fol. indiuisis ouatis serratis.
pallida. 2. P. fol. indiuisis ouatis integerrimis: petiolis biglandulosis.
cupraea. 3. P. fol. indiuisis ouatis integerrimis: petiolis aequalibus.
tiliaefolia. 4. P. fol. indiuisis cordatis integerrimis, petiolis aequalibus.
malifor- 5. P. fol. indiuisis cordato - oblongis integerrimis: petiolis biglandulosis, inuolucris integerrimis.
ris.
quadrangularis. 6. P. fol. indiuisis subcordatis integerrimis: petiolis sexglandulosis, caule membranaceo tetragono. *Iacq. amer.* 231. t. 143.
laurifolia. 7. P. fol. indiuisis ouatis integerrimis: petiolis biglandulosis, inuolucris dentatis. *Iacq. obs.* 35.
multiflor. 8. P. fol. indiuisis oblongis integerrimis, flor. confertis.
 * * *Foliis bilobis.*
perfoliata. 9. P. fol. bilobis oblongis transversis amplexicaulibus petiolatis subtus punctatis.
rubra. 10. P. fol. bilobis cordatis acuminatis.
normalis. 11. P. fol. bilobis basi emarginatis: lobis linearibus obtusis diuarcatis: intermedio obsoleto mucronato. *Brown. iam.* 328. n. 11.

Muru-

Ayeniae Florem qui intelligat, separet petala a basi germinis.

- Murueuja.* 12. P. fol. bilobis obtusis basi indiuisis, nectariis monophyllis.
Vespertilio. 13. P. fol. bilobis basi rotundatis glandulosisque: lobis acutis diuaticatis: subtus punctatis.
capsularis. 14. P. fol. bilobis cordatis oblongis petiolatis.

* * * *Foliis trilobis.*

- rotundifolia.* 15. P. fol. subtrilobis obtusis subrotundis, subtus punctatis. *Petioli absque glandulis. Folia subtus inter nervos longitudinali ordine punctata. Jacq. obs. 2. t. 46. f. 1.*
punctata. 16. P. fol. trilobis oblongis subtus punctatis: intermedio minore. *Flos albidus. Petala calyce breviora. Nectarii ambitus exterior radiis 30 luteis, longitudine fere petalorum, clauatis. Intermedius ordo capillaris breuior. Intimus plicatus, truncatus, etiam viridis. Receptaculum tectum operculo concavo striato albido.*
lutea. 17. P. fol. trilobis cordatis aequalibus obtusis glabris integerrimis.
suberosa. 18. P. fol. trilobis subpeltatis, cortice suberoso.
holoserice. 19. P. fol. trilobis: basi vtrinque denticulo reflexo. *Petioli glandulis 2 oppositis. Foliorum lobi laterales breues: subius pone finem lobi glandula obsoleta.*
hirsuta. 20. P. fol. trilobis villosis, flor. oppositis.
foetida. 21. P. fol. trilobis cordatis pilosis, inuolucris multifido-capillaribus.
minima. 22. P. fol. trilobis integerrimis: lobis sublanceolatis: intermedio productiore.
incarnat. 23. P. fol. trilobis ferratis.

* * * * *Foliis multifidis.*

- caerulea.* 24. P. fol. palmatis integerrimis.
ferrata. 25. P. fol. palmatis ferratis.
pedata. 26. P. fol. pedatis ferratis.

HEXANDRIA.

1022. ARISTOLOCHIA. Hexagyna. Cal. o. Cor.

1361.

I-petala, lingulata, integra. Caps. 6-locularis, infera.

- bilobata.* 1. A. fol. bilobis, caule volubili.
- trilobata.* 2. A. fol. trilobis, caule volubili, flor. maximis. Jacq. *spec.* 8. t. 3. *Folia palmaio-triloba. Caulis aromaticus.*
- pentandra.* 3. A. fol. cordatis hastato-subtrilobis, caule volubili, bractea cordata amplexante.
- peltata.* 4. A. fol. reniformibus subpeltatis, caule volubili. Jacq. *spec.* 9. t. 4.
- maxima.* 5. A. fol. oblongis acuminatis, caule volubili, pedunc. multifloris. *Caulis versus radicem suberosus.*
- bilabiata.* 6. A. fol. ovato-oblongis trineruiis, caule volubili, corollis bilabiatis.
- erecta.* 7. A. fol. lanceolatis sessilibus subhirsutis caule erecto, pedunc. solitariis unifloris, flor. longissimis. †
- arboresc.* 9. A. fol. cordato-lanceolatis, caule erecto fruticoso.
- caudata.* 8. A. fol. cordatis acuminatis triplineruiis, caule volubili. Aristolochia scandens, florum flabellis maximis variegatis in appendicem longam tenuem desinentibus. *Brown. jam.* 329.
- odoratissima.* 10. A. fol. cordatis, caule volubili fruticoso, pedunc. solitariis, labio corollis maiore.
- anguicida.* 12. A. fol. cordatis acuminatis, caule volubili fruticoso, pedunc. solitariis, stipulis cordatis.
- maurorum.* 14. A. fol. hastatis integerrimis, caule infirmo simplici, flor. solitariis recurvatis.
- indica.* 11. A. fol. cordato-oblongis, caule volubili, pedunc. multifloris.
- baetica.* 13. A. fol. cordatis acutiusculis, caule volubili, pedunc. subternis petiolo longioribus.
- semper-virens.* 15. A. fol. cordato-oblongis undatis, caule infirmo, flor. solitariis.
- Serpentaria.* 16. A. fol. cordato-oblongis planis, caulibus infirmis flexuosis teretibus, flor. solitariis.

- Pistolo-* 17. A. fol. cordatis crenulatis subtus reticulatis petio-
chia. latis, flor. solitariis. *Braçlea cordata, sessilis, par-*
ua, infidens basi pedunculi.
- rotunda.* 18. A. fol. cordatis subsessilibus obtusis, caule infirmo,
flor. solitariis.
- longa.* 19. A. fol. cordatis petiolatis integerrimis obtusiuscu-
lis, caule infirmo, flor. solitariis.
- hirsuta.* 21. A. fol. cordatis obtusiusculis hirtis, flor. solitariis
pendulis recurvatis subtruncatis.
- clematidis.* 20. A. fol. cordatis, caule erecto, flor. axillaribus
confertis.

1023. PISTIA. Monogyna. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala,
1365. lingulata, integra. *Antherae* 6. f. 8,
filamento infidentes. *Caps.* 1-locu-
laris, in fundo corollae.

stratiotes. 1. PISTIA: fol. obcordatis. *Plantago aquatica. Rumph.*
amb. 6. t. 74.

DECANDRIA:

1024. KLEINHOVIA. Monogyna. *Cal.* 5-phyllus.
1365. *Petala* 5. *Nectarium* cam-
panulatum, pedunculatum,
staminiferum. *Caps.* infla-
ta, 5-cocca.

hospita. 1. KLEINHOVIA.

1025. HELICTERES. Pentagyna. *Cal.* 1-phyllus,
1366. obliquus. *Petala* 5. *Necta-*
rium foliolis 5. *Capsulae* 5,
intortae.

baruensis. 5. H. decandra, fol. cordatis ferratis, fruct. contorto
apicibus rectis. *Mant.* 122.

Ljora. 1. H. decandra, fol. cordatis ferratis, fruct. toto con-
torto. *Jacq. amer.* 236. *Helicteres villosa*, &
fruticosa, fol. cordatis acuminatis ferratis. *Brown.*
jam. 330.

- angustifolia.* 3. H. . . . fol. lanceolatis integerrimis, fructu ovato recto.
carthaginiensis. 2. H. polyandra, fol. cordatis ferratis, fructu oblongo recto.
apetala. 4. H. dodecandra apetala, fol. quinquelobis, filiquis diuaticatis.

DODECANDRIA.

1232. **CYTINVS.** Monogynia. *Cal.* 4-fidus, superus. *Cor.* o. *Antherae* 16, sessiles. *Bacca* 8-locularis, polysperma.

Hypocistis. 1. **CYTINVS.** Asarum *Hypocistis.* *Sp. pl.* 533.

POLYANDRIA.

1027. **XYLOPIA.** Monogyna. *Cal.* 1-phyllus. *Petalata* 6. *Stam.* exteriora 6 crassiflora. *Drupa* sicca.

muricata. 1. X. pedunculis multifloris, fructibus muricatis.
glabra. 2. X. pedunculis subunifloris, fructibus glabris.

1026. **GREWIA.** Monogyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petalata* 5: basi squama nectarifera. *Bacca* 4-locularis.

occident. 1. G. fol. subovatis, flor. solitariis.
oriental. 2. G. fol. sublanceolatis, flor. solitariis; *praecedenti affinis.*
asiatica. 3. G. fol. cordatis. *Mant.* 122. *Microcos lateriflora.* *Spec. pl.* 734.
Microcos. 4. G. fol. ovato-oblongis, flor. paniculatis. *Microcos paniculata.* *Sp. pl.* 733.

1238, AMBROSINIA. *Spatha* monophylla disse-
pimento diuisa: *Stamina* in-
terioris, *Pistilla* exterioris
lateris.

Bassii. 1. AMBROSINIA. *Gen. plant.* 579.
Arifarum potamogeiti folio. *Bocc. sic.* 50. t. 26. *Mo-
ris. hist.* 3. p. 544. *Raj. hist.* 1097. *Habitat* Panor-
mi et in Barbaria. 2.

1028. ARVM. *Spatha* monophylla, cucullata. *Spa-
dix* supra nudus, infere femineus,
1367. medio stamineus.

* *Acaulia*: fol. *compositis.*

Dracunculus. 1. A. fol. pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis
aequantibus spatham spadice longiorem.
Dracontium. 2. A. fol. pedatis. foliolis lanceolatis integerrimis su-
perantibus spatham spadice breuiorem.
pentaph. 3. A. acaule, fol. quinatis.
triphylum. 4. A. acaule, fol. ternatis, flor. dioicis.

* * *Acaulia*, fol. *simplisibus.*

trilobatum. 10. A. acaule, fol. sagittato-trilobis, flore sessili.
Cotocasia. 5. A. acaule, fol. peltatis ouatis repandis: basi emar-
ginatis.
esculentum. 6. A. acaule, fol. peltatis ouatis integerrimis: basi
emarginatis.
macrorrhizon. 7. A. acaule, fol. peltatis cordatis repandis: basi bi-
partitis.
peregrinum. 8. A. acaule, fol. cordatis obtusis mucronatis: an-
gulis rotundatis.
diuaticatum. 9. A. acaule, fol. cordatis-hastatis, diuaticatis. *Spa-
tha reuoluta. Spadix subulatus.*
sagittifolium. 11. A. acaule, fol. sagittatis triangulis: angulis diua-
ricatis acutis.
maculatum. 12. A. acaule, fol. hastatis integerrimis, spadice
clauato.
virginis. 13. A. acaule, fol. hastato-cordatis acutis: angulis
obtusis.

probo-

- probofci-* 14. H. acaule. fol. hastatis, spatha declinata filiformi-
deum. subulata.
- Arisarum.* 16. A. acaule, fol. cordatis oblongis, spathae apertura
ouata. *Arisarum serpentinum.* *Barr. ic. t. 573.*
Spatha superne integra, subinflexa; inferne integra,
nec conuoluta.
- ouatum.* 17. A. acaule, fol. ouato-oblongis, spatha scabra.
- tenuifol.* 15. A. acaule, fol. lanceolatis, spadice setaceo decli-
nato.

* * * *Caulescentia.*

- arboresc.* 18. A. caulescens rectum, fol. sagittatis.
- seguinum.* 19. A. caulescens subrectum, fol. lanceolato-ouatis.
Mill. ic. t. 295.
- hedera-* 20. A. caulescens radicans, fol. cordatis oblongis acu-
ceum. minatis, petiolis teretibus.
- lingulatum.* 21. A. caulescens repens, fol. cordato-lanceolatis:
petiolis marginato-membranaceis.
- auritum.* 22. A. caulescens radicans, fol. ternatis: lateralibus
vnilobatis.

1029. DRACONTIVM. *Spatha* cymbiformis.
1872. *Spadix* tectus. *Cal.* o.
Petala 5. *Baccae* poly-
spermae.

- polyphyl-* 1. D. scapo breuissimo, petiolo radicato lacero, folio-
lum. lis tripartitis: laciniis pinnatifidis.
- spinosum-* 2. D. fol. sagittatis, pedunculis petiolisque aculeatis.
- foetidum.* 3. D. fol. subrotundis.
- camisch.* 4. D. fol. lanceolatis.
- pertusum.* 5. D. fol. pertusis, caule scandente. *Mill. ic. 197. t.*
296.

1030. CALLA. *Spatha* plana. *Spadix* tectus flo-
1374. sculis. *Cal.* o. *Petala* o. *Baccae*
polyispermae.

- aethiopica.* 1. C. fol. sagittato-cordatis, spatha cucullata, spadi-
ce superne masculo. *Lederm. microsc. 37. t. 18,*
19.

palustris. 2. C. fol. cordatis, spatha plana, spadice vndique hermaphrodito.

1031. **POTHOS.** *Spatha. Spadix simplex, tectus.*
1373. *Cal. 0. Petala 4. Stam. 4. Baccae dispermae.*

scandens. 1. P. petiolis latitudine foliorum, caule radicante.

acaulis. 7. P. fol. lanceolatis integerrimis eneruiis. *Sp. plant.*
1675.

lanceolata. 1. P. fol. lanceolatis integerrimis trineruiis, scapo apice triquetro.

crenata. 2. P. fol. lanceolatis crenatis.

cordata. 3. P. fol. cordatis.

pinnata. 4. P. fol. pinnatifidis.

palmata. 5. P. fol. palmatis.

1032. **ZOSTERA.** *Spadix linearis, altero latere fructifero. Cal. 0. Cor. 0. Stam. alterna. Sem. solitaria, alterna.*
1374.

marina. 1. Z. pericarpis sessilibus.

oceanica. 2. Z. pericarpis pedicellatis oliuiformibus. *Mant.* 123.

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

1203. CHARA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1.
1034. ZANNICHELLIA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Pist.* 4.
Sem. 4.
1035. CERATOCARPUS. ♂ *Cal.* 2-partitus. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Sem. 1, inferum.
1036. ELATERIVM. ♂ *Cal.* o. *Cor.* hypocrateriform.
 ♀ *Cal.* o. *Cor.* hypocrateriform.
Capsf. infera, pulposa, 1-locularis, polysperma.
1033. CYNOMORIVM. ♂ *Cal.* amenti. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* amenti. *Cor.* o. *Styl.* 1.
Sem. 1, subrotundum.
 * *Callitriche verna.*

DIANDRIA.

1037. ANGVRIA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
 ♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
Pomum biloculare polyspermum.
1038. LEMNA. ♂ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla.
 ♀ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 1.
Capsf. 1-locularis.
 * *Gunnera.*

TRIANDRIA.

1042. ZEA. ♂ *Glum.* 2-flora. *Glum.* 2-valuis.
 ♀ *Glum.* 1-flora. *Gl.* 2-valuis. *Styl.* 1.
Sem. 1, nudum, subrotundum.
1044. TRIPSACVUM. ♂ *Glum.* 4-flora. *Glum.* 2-valuis.
 ♀ *Glum.* 2-f. 4-part. *Gl.* 2-valuis. *Styl.* 2.
Sem. 1, gluma sinu perforata.

1043. COIX. ♂ *Glum.* 2-flora. *Glum.* 2-valuis.
♀ *Glum.* 2-flora. *Gl.* 2-valuis. *Styl.* 2-fid.
Sem. 1, tectum nuce.
1045. OLYRA. ♂ *Glum.* 1-flora. *Glum.* 2-valuis.
♀ *Glum.* 1-flora. *Gl.* 2-valuis. *Styl.* 2-fid.
Sem. 1, nudum.
1046. CAREX. ♂ *Ament.* 1-florum. *Cor.* nulla.
♀ *Ament.* 1-florum. *Cor.* 1. *Styl.* 1.
Sem. 1, tunicatum.
1041. SPARGANIVM. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
Sem. 1-sperma.
1040. TYPHA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* capillaris. *Cor.* o. *Styl.* 1.
Sem. 1, pappigerum.
1074. AXYRIS. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Sem. 1, subrotundum.
1050. PHYLLANTHVS. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Capsf. 3-cocca.
1048. TRAGIA. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3-fid.
Capsf. 3-cocca.
1049. HERNANDIA. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* truncatus. *Cor.* 6-petala.
Drupa excauata.
1039. OMPHALEA. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Anth. immersae receptaculo.
♀ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Stig.* 3-fid.
Capsf. 3-locul. 1-sperma.
* *Amaranti varii.*

TETRANDRIA.

1054. VRTICA. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Nest. cyatiforme.
♀ *Cal.* 2-valuis. *Cor.* o. *Stig.* villos.
Sem. 1, ouatum.
1055. MORVS. ♂ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Sem. 1, baccatum.
1053. BVXVS. ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 2-petala.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 3-pet. *Stigm.* 3.
Capsf. 3-ocularis.

1052. BETULA. ♂ *Ament.* 3-florum. *Cor.* 4-partita.
 ♀ *Ament.* 2-florum. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Sem. 1. ouatum.
1051. CENTELLA. ♂ *Inuolucr.* 4-phyllum, multiflorum.
Petal. 4.
 ♀ *Inuolucr.* 2-phyllum. *Styli* 2.
Pericarp. inferum, 2-loculare.
1274. SERPICULA. ♂ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.
 ♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.*
Nux torulosa.
1275. CICCA. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0.
 ♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 4-fid.
Caps. 4-cocca.
- * *Plantago uniflora.*

PENTANDRIA.

1277. NEPHELIUM. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 0.
Anth. bifidae.
 ♀ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 0.
Styli 2, inter germina.
1056. XANTHIUM. ♂ *Cal.* comm. polyph. *Cor.* 5-fida.
Filam. connexa.
 ♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 0. *Styl.* 2.
Drupa 2-ocularis.
1057. AMBROSIA. ♂ *Cal.* comm. 1-phyll. *Cor.* 5-fida.
 ♀ *Cal.* 1-flor. 2-phyll. *Cor.* 0. *Styl.* 1.
Nux 5-dentata.
1058. PARTHENIUM. ♂ *Cal.* comm. 5-phyll. *Cor.* disci super.
 ♀ *Cal.* idem mari. *Cor.* radii ligulat.
Styl. 1. *Sem.* 1.
1059. IVA. ♂ *Cal.* comm. 5-phyll. *Cor.* disci super.
 ♀ *Cal.* idem mari. *Cor.* radii 0.
Styl. 2. *Sem.* 1.
1060. AMARANTUS. ♂ *Cal.* propr. 5-phyll. *Cor.* nulla.
Stam. 3. f. 5.
 ♀ *Cal.* propr. 5-phyll. *Cor.* 0. *Styl.* 3.
Caps. circumscissa
1061. SOLANDRA. ♂ *Inuolucro* communi. *Petala* 5.
 ♀ *Inuolucro* eodem. *Petala* 6. *Styl.* 2.
Caps. infera, dicocca.
1276. LEEA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida.
 ♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Styl.* 1.
Peric. 6-loculare. *Sem.* solitaria.

173. HARTOGIA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
 ♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 10 : 5 castratis. *Caps.* 3.
Sem. solitaria.

HEXANDRIA.

1062. ZIZANIA. ♂ *Cal.* *Glum.* nulla. *Cor.* *Glum.* 2-valuis.
 ♀ *Cal.* *Glum.* nulla. *Cor.* *Glum.* 2-valuis.
Styl. 2. *Sem.* 1. corolla circumscissa.
 1063. PHARVS. ♂ *Cal.* *Glum.* 1-flora. *Cor.* *Gl.* 2-valuis.
 ♀ *Cal.* *Glum.* 1-flora. *Cor.* *Gl.* 2-valuis.
Styl. 1. *Sem.* 2, . . .
 * *Rumex spinosus.*

HEPTANDRIA.

1064. GVETARDA. ♂ *Cal.* cylindric. *Cor.* 7-fida.
 ♀ *Cal.* cylindric. *Cor.* 7-fida. *Styl.* 1.
Drupa sicca.

POLYANDRIA. (plura quam 7.)

1067. SAGITTARIA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Stam. 24. circiter.
 ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-pet. *Pist.* 100.
Sem. numerosa.
 1066. MYRIOPHYLLVM. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* 8.
 ♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Pist.* 4.
Sem. 4.
 1065. CERATOPHYLLVM. ♂ *Cal.* sub 7-partitus. *Cor.* nulla.
Stam. 18. circiter.
 ♀ *Cal.* sub 7-partitus. *Cor.* 0. *Pist.* 1.
Sem. 1.
 1068. THELIGONVM. ♂ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* nulla.
Stam. 12. circiter.
 ♀ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 0. *Pist.* 1.
Sem. 1, corticatum.
 1069. POTERIVM. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-partita.
Stam. 32 circiter.
 ♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-pet. *Pist.* 2.
Sem. 2, obducta.
 1072. FACVS. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* nulla.
Stam. 12 circiter.
 ♀ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Styl.* 3.
Caps. 2-sperma.

1070. QVERCVS. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* nulla.
Stam. 10. circiter.
 ♀ *Cal.* integer. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Nux coriacea.
1071. IVGLANS. ♂ *Ament.* imbricat. *Cor.* 6-partita.
Stam. 18. circiter.
 ♀ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-pet. *Styl.* 2.
Drupa coriacea.
1074. CORYLVS. ♂ *Ament.* imbricat. *Cor.* nulla.
Stam. 8.
 ♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Nux nuda.
1073. CARPINVS. ♂ *Ament.* imbricat. *Cor.* nulla.
Stam. 10.
 ♀ *Cal.* 6-fidus. *Cor.* o. *Pist.* 2.
Nux nuda.
1075. PLATANVS. ♂ *Ament.* globos. *Cor.* obsoleta.
Anther. circumnata.
 ♀ *Ament.* globos. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 1.
Sem. 1, papposum.
1076. LIQVIDAMBAR. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Stam. plurima.
 ♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2.
Capsf. polysperma.

MONADELPHIA.

1087. HVRA. ♂ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* nulla.
Anther. 20, sessiles.
 ♀ *Cal.* cylindricus. *Cor.* o. *Pist.* 1.
Capsf. 10-cocca.
1077. PINVS. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Stam. plurima.
 ♀ *Ament.* strobilac. *Cor.* o. *Pist.* 2.
Nuces 2, alatae.
1079. CVPRESSVS. ♂ *Amentum.* *Cor.* nulla.
Anther. 4, sessiles.
 ♀ *Ament.* strobilac. *Cor.* o. *Stig.* 2.
Nux angulata.
1078. THVJA. ♂ *Amentum.* *Cor.* nulla.
Anther. 4.
 ♀ *Ament.* strobilac. *Cor.* o. *Pist.* 2.
Nux cineta ala.

1082. ACALYPHA. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
Stam. 12 circiter.
- ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.
1081. DALECHAMPIA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
Nectar. lamellatum. *Stam.* multa.
- ♀ *Cal.* 10-phyllus. *Cor.* nulla.
Stylus 1. *Caps.* 3-cocca.
1080. PLUKENETIA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala.
Stam. 8.
- ♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-pet. *Styl.* 1.
Caps. 4-cocca.
279. CUFANIA. ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 5.
- ♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Styl. 3-fidus. *Caps.* Seminibus 6,
arillatis.
1083. CROTON. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 15.
- ♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.
1085. RICINUS. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla.
Stam. multa.
- ♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.
1084. JATROPHA. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 5-fida.
Stam. 10.
- ♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 3.
Caps. 3-cocca.
1086. STERCULIA. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla,
Stam. 15. circiter.
- ♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Pist.* 1.
Caps. 5.
1088. HIPPOMANE. ♂ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o.
Antherae 2, bifidae.
- ♀ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o.
Stig. 3-plex. *Drupa* 1-sperma aut
Caps. 3-cocca.
1279. STILLINGIA. ♂ *Cal.* multiflorus. *Cor.* 1-petala.
Stam. 2.
- ♀ *Cal.* uniflorus. *Cor.* . . .
Stylus 3-fidus. *Germen* tricoccum
inter calycem et corollam.

1278. GNETUM.

♂ *Amentum* ex calyculis peltatis.*Cor.* 0. *Anther.* 2.♀ *Ament.* eiusdem. *Stylus* 3-fidus.*Drupa* 1-sperma.

SYNGENESIA.

1089. TRICHOSANTHES. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida, ciliata!
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pom. oblongum.1090. MOMORDICA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pom. elasticum.1092. CUCUMIS. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pomum. *Sem.* argutis.1091. CUCURBITA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Pomum. *Sem.* marginatis.1094. SICYOS. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-da.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fid. *Styl.* 3-f.
Drupa monosperma.1093. BRYONIA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita.
Filam. 3.♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-p. *Styl.* 3-f.
Bacca.

GYNANDRIA.

1095. ANDRACHNE. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Stam. 5.♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 3.
Capsf. 3-locul. 2-sperma.

MONANDRIA.

1034. ZANNICHELLIA. MASCULI. *Cal.* o. *Cor.* o.
 1375. FEMINEI. *Cal.* 1-phyllus
Cor. o. *Germina* circi-
 ter 4. *Sem.* totidem.

palustris. I. ZANNICHELLIA.

1035. CERATOCARPVS. MASC. *Cal.* 2-partitus.
 1375. *Cor.* o. *Filamentum* lon-
 gum.
 FEM. *Cal.* 2-phyllus, ger-
 mini adnatus. *Cor.* o.
Styli 2. *Sem.* 2-corne,
 compressum.

srenarius. I. CERATOCARPVS.

1033. CYNOMORIVM. MASC. *Cal.* Amentum im-
 1375. bricatum. *Cor.* o.
 FEM. *Cal.* in eodem amen-
 to. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Sem.*
 1, subrotundum.

coccineum. I. CYNOMORIVM.

1203. CHARA. MASC. *Cal.* o. *Coroll.* o. *Anthera*
 1624. *germini* subiecta.
 FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Sti-*
gma 5-fidum. *Sem.* 1. *vide man-*
tiss. p. 23.

tomentosa. 1. C. aculeis caulinis ouatis.
vulgaris. 2. C. caul. laeuis, frondibus interne dentatis.
hispida. 3. C. caul. aculeis capillaribus confertis.
flexilis. 4. C. caul. articulis inermibus diaphanis superne la-
 tioribus.

1036. ELATERIVM. MASC. Cal. o. Cor. hypo-
crateriformis.

1375.

FEM. Cal. o. Cor. hypocr.
Caps. infera, 1-locularis,
2-valvis.

carthaginense. 1. E. fol. cordatis angulatis.

trifoliatum. 2. E. fol. ternatis incis. *Mant.* 123.

DIANDRIA.

1037. ANGVRIA. MASC. Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala.

1376.

FEM. Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala.

Pomum inferum, 2-loculare,
polyspermum.

trilobata. 1. A. fol. trilobis.

pedata. 2. A. fol. pedatis ferratis.

trifoliata. 3. A. fol. ternatis integerrimis.

1038. LEMNA. MASC. Cal. 1-phyllus. Cor. nulla.

1376.

FEM. Cal. 1-phyllus. Cor. o. Sty-
lus 1. Caps. vnilocularis.

trifulca. 1. L. fol. petiolatis lanceolatis.

minor. 2. L. fol. sessilibus vtrinque planiusculis, radic. sol-
tariis.

gibba. 3. L. fol. sessilibus subtus hemisphaericis, radic. solita-
riis. *Varietas praecedentis secundum Gerardum 122.*

polyrhiza. 4. L. fol. sessilibus, radic. confertis.

TRIANDRIA.

1040. TYPHA. MASC. Amentum cylindricum. Cal.

1377.

obsoletus, 3-phyllus. Cor. o.

FEM. Amentum, cylindricum, infra
masculos. Cal. capillo villoso. Cor.
o. Sem. 1, infidens Pappo capillari.

latifolia. 1. T. fol. subensiformibus, spica mascula femineaque
approximatis. angu-

angustifolia. 2. T. fol. semicylindricis, spica mascula femineaque remotis.

1041. SPARGANIVM. MASC. Amentum subrotundum. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o.
1378. FEM. Amentum subrotundum. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o.
Stigma 2-fidum. *Drupa* exsucco, 1-sperma-

erectum. 1. S. fol. erectis triquetris.

natans. 2. S. fol. decumbentibus planis.

1042. ZEA. MASC. in distinctis spicis. *Cal.* Gluma
1378. 2-flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica,
FEM, *Cal.* Gluma 2-valvis. *Cor.* Gluma
2-valvis. *Stylus* 1, filiformis, pen-
dulus. *Sem.* solitaria, receptaculo
oblongo immersa.

Mays. 1. ZEA.

1044. TRIPSACVM. MASC. *Cal.* Gluma 4-flora.
1378. *Cor.* Gluma membranacea.
FEM. *Cal.* Gluma sinubus per-
foratis. *Cor.* Gluma 2-val-
vis. *Styli* 2. *Sem.* 1.

dactyloides. A. T. spicis androgynis.

hermaphrod. B. T. spica hermaphrodita.

1043. COIX. MASC. in spicis remotis. *Cal.* Gluma
1378. 2-flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
FEM. *Cal.* Gluma 2-flora. *Cor.* Gluma
mutica. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* ca-
lyce officato tectum.

Lacryma. 1. C. seminibus ovatis.

1045. OLYRA. MASC. *Cal.* Gluma uniflora, aristata. *Cor.* Gluma mutica.

1379.

FEM. *Cal.* Gluma uniflora, patula, ovata. *Stylus* 2-fidus. *Sem.* cartilagineum.

latifolia. A. OLYRA.

1046. CAREX. MASC. Amentum imbricatum. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 0.

1379.

FEM. Amentum imbricatum. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 0. *Nectarium* inflatum, 3-dentatum. *Stigm.* 3. *Sem.* triquetrum, intra nectarium.

* *Spica unica simplici.*

- dioica.* 1. C. *spica simplici dioica.*
capitata. 2. C. *spica simplici androgyna ovata: superne mascula, capsulis imbricato-patulis.*
pulicaris. 3. C. *spica simplici androgyna: superne mascula, capsulis diuaticis retroflexis.*
squarrosa. 4. C. *spica simplici androgyna: inferne mascula, capsulis imbricatis horizontalibus.*

* * *Spicis androgynis.*

- baldensis.* 5. C. *spicis ternis congestis sessilibus ovatis triquetris androgynis, inuolucro diphylo.*
arenaria. 6. C. *spica composita, spiculis androgynis: inferioribus remotioribus foliolo longiori instructis, culmo triquetro.*
virginosa. 7. C. *spica composita, spiculis androgynis: inferioribus remotioribus foliolo longiori instructis, culmo tereti.*
leporina. 8. C. *spica composita, spiculis ovatis sessilibus approximatis alternis androgynis nudis.*
vulpina. 10. C. *spica supradecomposita inferne laxiore, spiculis ovatis androgynis glomeratis: superne masculis.*
brizoides. 9. C. *spica composita disticha nuda, spiculis androgynis oblongis contiguis, culmo nudo.*

muri-

- muricata*. 11. C. spiculis subouatis sessilibus remotis androgynis, capsulis acutis diuergentibus spinosis.
- foliacea*. 13. C. spiculis subouatis sessilibus remotis androgynis, capsulis ouatis teretiusculis muticis diuaticatis.
- remota*. 14. C. spicis ouatis subsessilibus remotis androgynis, bracteis culmum aequantibus. Carex axillaris. *Sp. plant.* 1382. Carex angustifolia, caule triquetro. *Mich. gen.* 70. t. 33. f. 16.
- elongata*. 15. C. spiculis oblongis sessilibus remotis androgynis, capsulis ouatis acutis.
- caneſcens*. 16. C. spiculis subrotundis remotis sessilibus obtusis androgynis, capsulis ouatis obtusiusculis.
- paniculata*. 17. C. racemo composito, spiculis androgynis. Carex angustifolia, caule triquetro, spica multiplici fusca. *Mich. gen.* 68. t. 33. f. 7.

* * * Spicis sexu distinctis: femineis sessilibus.

- flaua*. 18. C. spicis confertis subsessilibus subrotundis: mascula lineari, capsulis acutis recuruis.
- pedata*. 19. C. spicis femineis sessilibus oblongis: inferiore axillari, fol. subfiliformibus.
- digitata*. 20. C. spicis linearibus erectis: mascula breuiore inferioreque, bracteis aphyllis, capsulis distantibus.
- montana*. 23. C. spicis femineis sessilibus subsolitariis ouatis masculae approximatis, culmo nudo, capsulis pubescentibus.
- tomentosa*. 38. C. spicis femineis subpedunculatis, capsulis subglobosis tomentosis. *Mant.* 123.
- globularis*. 22. C. spica mascula oblonga, feminea sessili ouata folio florali breuiori approximata.
- filiformis*. 23. C. spica mascula oblonga, femineis sessilibus oblongis: inferiore foliolo proprio breuiore.
- pilulifera*. 24. C. spicis terminalibus confertis subrotundis: mascula oblonga.
- saxatilis*. 25. C. spicis tribus ouatis sessilibus alternis; mascula oblonga. *Oed. dan.* t. 159.

* * * * Spicis sexu distinctis, femineis pedunculatis.

- atrata*. 26. C. spicis androgynis terminalibus pedunculatis: florentibus erectis; fructiferis pendulis. *Oed. dan.* t. 138.

- limosa.* 27. C. spicis ovatis pendulis: mascula longiore erectiore, radice repente. Gramen Cyperoides spica pendula minus. *Bauh. pin. 85.*
- capillaris.* 28. C. spicis pendulis: mascula erecta, femineis oblongis distichis, capsulis nudis acuminatis. *Oed. dan. t. 168.*
- pallescens.* 29. C. spicis pendulis: mascula erecta, femineis ovatis imbricatis, capsulis confertis obtusis.
- panicca.* 30. C. spicis pedunculatis erectis remotis: femineis linearibus, capsulis obtusiusculis inflatis.
- folliculata.* 31. C. spicis terminalibus pedunculatis: mascula femineaque, capsulis subulatis longitudine spicae.
- Pj. Cyper.* 32. C. spicis pendulis, pedunculis geminatis.
- caespitosa.* 34. C. spicis erectis cylindricis ternis subsessilibus: mascula terminali, culmo triquetro.
- distans.* 33. C. spicis remotissimis subsessilibus, bractea vaginali, capsulis angulatis mucronatis.

* * * * * *Spicis sexu distinctis: masculis pluribus.*

- acuta.* 35. C. spicis masculis pluribus, femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis.
- vesicaria.* 36. C. spicis masculis pluribus, femineis pedunculatis, capsulis inflatis acuminatis.
- hirta.* 37. C. spicis remotis: masculis pluribus, femineis subpedunculatis erectis, capsulis hirtis.

* * * * * *Spicis masculis distinctis a flore femineo.*

- lithosperma.* C. spicis paniculatis masculis, flor. femineis solitariis, fem. globosis nitidis. Schoenus lithospermus. *Sp. plant. 65. Spicae masculae parvae, multiflorae. Flores feminei solitarii, a masculis remoti in eodem gramine. Stylus trifidus.*

(1047. **AXYRIS.** MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla.
1389. FEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 2. *Sem.* 1.

- Ceratoid.* 1. A. fol. lanceolatis tomentosis, flor. femineis lanatis.
amarant. 2. A. fol. ovatis, caule erecto, spicis simplicibus.

hybr.

hybrida. 3. *A.* fol. ouatis, caule erecto, spicis conglomeratis.
prostrata. 4. *A.* fol. obouatis, caule subdiuiso, flor. capitatis.

1039. **OMPHALEA**. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0.

1377.

Receptac. ouatum, cui *Antherae* innatae.

FEM. *Cal.* et *Cor.* maris. *Stigma* 3-fidum. *Capsf.* carnosaf, 3-locularis. *Sem.* 1.

diandra. *A.* *O.* fol. ouatis.

triandra. *B.* *O.* fol. oblongis.

1048. **TRAGIA**. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0.

1390.

FEM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stylus* 3-fidus. *Capsf.* 3-cocca, 3-locularis. *Sem.* solitaria.

volubilis. 1. *T.* fol. cordato-oblongis, caule volubili.

inuoluer. 2. *T.* bracteis femineis pentaphyllis pinnatifidis.

*Mercu-
rialis*. 3. *T.* fol. ouatis.

vrens. 5. *T.* fol. lanceolatis obtusis integerrimis.

Chamaelea. 4. *T.* fol. lanceolatis obtusis integerrimis.

1049. **HERNANDIA**. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Co-*

1391.

roll. 3-petala.

FEM. *Cal.* truncatus, integerrimus. *Cor.* 6-petala.

Drupa caua, ore aperta: nucleo mobili.

sonora. 1. *H.* fol. peltatis. *Brown. iam.* 373. *Iacq. amer.* 245.

ouigera. *A.* *H.* foliis ouatis basi petiolatis.

1050. **PHYLLANTHVS. MASC.** *Cal.* 3-partitus,
1392. *canpanulatus. Cor.* 0.
FEM. *Cal.* 4-partitus.
Cor. 0. *Styli* 3, bifidi.
Caps. 3-locularis. *Sem.*
solitaria.

- grandifol.* 1. **P.** caule arboreo, fol. ovatis obtusis integerrimis.
Epiphyllanthus. 2. **P.** fol. lanceolatis ferratis : crenis floriferis. *Hanc Hermaphroditam pentandram corolla quinquesida facit Brown. 188 ; quod si hoc fructusque rite descriptus , quod vltius examinent autoptae , utique distincti generis erit haec 2 et Xylophylla chinensium.*
Niruri. 3. **P.** foliol. pinnatis floriferis , flor. pedunculatis , caule herbaceo erecto.
Vinaria. 4. **P.** foliol. pinnatis floriferis , flor. sessilibus , caule herbaceo procumbente.
madrasp. 5. **P.** foliolis alternis cuneiformibus mucronatis.
Emblia. 6. **P.** fol. pinnatis floriferis , caule arboreo , fructu bacato.

TETRANDRIA.

1051. **CENTELLA. MASC.** *Inuolucr.* 4-phyllum,
1393. *5-florum. Petala* 4.
FEM. *Inuolucr.* 2-phyllum,
1-florum. Petala 4. *Germen*
inferum. Styli 2. *Pericarp.*
2-loculare.

- villosa.* 1. **C.** fol. cordatis.
glabrata. 2. **C.** fol. lanceolatis.

1274. **SERPICVLA. MASC.** *Cal.* 4-dentatus. *Cor.*
4-petala.
FEM. *Cal.* 4-partitus. *Peric.*
Nux tomentosa.

- repens.* 1. **SERPICVLA.** *Mant.* 124.

1275. **CICCA.** MASC, *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla.
 FEM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0. *Styli*
 4. *Capsf.* 4-cocca.

disticha. 1. **CICCA.** *Mant.* 124.

1052. **BETVLA.** MASC. *Cal.* 1-phyllus, 3-fidus,
 1393. 3-florus. *Cor.* 4-partita.
 FEM. *Cal.* 1-phyllus, sub 3-fidus,
 2-florus. *Sem.* vtrinque mem-
 brana alata.

- alba.* 1. B. fol. ouatis acuminatis ferratis.
nigra. 2. B. fol. rhombeo-ouatis acuminatis duplicato-ferratis.
lenta. 3. B. fol. cordatis oblongis acuminatis ferratis.
nana. 4. B. fol. orbiculatis crenatis.
pumila. 6. B. fol. obouatis crenatis. *Mant.* 124.
Alnus. 5. B. pedunculis ramosis.

1053. **BVXVS.** MASC. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 2.
 1394. *Germinis* rudimentum.
 FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 3. *Sty-*
li 3. *Capsf.* 3-rostris, 3-ocularis.
Sem. 2.

semperuirens. 1. **BVXVS.**

1054. **VRTICA.** MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0.
 1395. *Nectarium* centrale, cyathifor-
 me.
 FEM. *Cal.* 2-valuis. *Cor.* 0. *Sem.*
 1, nitidum.

* *Oppositifoliae.*

- pilulifera.* 1. U. fol. oppositis ouatis ferratis, amentis fructiferis
 globosis.
balearica. 2. U. fol. oppositis cordatis ferratis: amentis fructife-
 ris globosis.

dodar-

- dodartii.* 3. U. fol. oppositis ouatis subintegerrimis, amentis fructiferis globosis.
- pumila.* 4. U. fol. oppositis ouatis, racemis bipartitis brevissimis.
- grandifolia.* 7. U. fol. oppositis ouatis, stipulis cordatis indivisis, racemis paniculatis longitudine foliorum.
- vrens.* 5. U. fol. oppositis ovalibus.
- dioica.* 6. U. fol. oppositis cordatis, racemis geminis.
- cannabina.* 8. U. fol. oppositis tripartitis incisif.
- alienata.* 19. U. fol. oppositis ouatis integerrimis lineatis.
- Parietaria Zeylanica.* *Sp. plant.* 1492. *Caulis palmaris, scaber, teres, rigidulus, erectiusculus. Rami oppositi, horizontales, diffusi, Folia petiolata, nutantia, scabra praesertim margine. Stipulae virinque binae. Flores axillares, sessiles; Masculi bini. Cal. 4-partitus. Stam. 4, alba. Feminus masculis adfident, Stylo 1, longo, pubescente, albo. Fructus ouatus, emarginatus, sulcatus 8 torulis. Semen glaberrimum, ouatum, atrum basi alba. Plantula semperuirens. Ex floribus masculis. Vrtica, ex Feminis et fructu Parietaria; adeoque intermedia.*
- cylindrica.* 9. U. fol. oppositis oblongis, amentis cylindricis solitariis indivisis sessilibus.
- parietaria.* 11. U. fol. oppositis lanceolatis integerrimis: hinc angustioribus.
- ciliaris.* 10. U. fol. oppositis ouatis ciliatis, racemis diuaticis. *Flum ic. 120. f. 2.*

* * *Alternifoliae.*

- aestuans.* 12. U. fol. alternis cordatis, racem. dichotomis, fruct. orbiculato-corymbosis.
- capitata.* 13. U. fol. alternis cordatis, glomerulis spicatis.
- diuaticat.* 14. U. fol. alternis ouatis, racemis compositis diuaticis.
- canalensis.* 15. U. fol. alternis cordato-ouatis, amentis ramosis distichis erectis.
- interrupta.* 16. U. fol. alternis ouato-cordatis serratis petiolo subbreuioribus, spicis solitariis interruptis. *Rumph. amb. 6. t. 20.*
- niuea.* 12. U. fol. alternis suborbiculatis vtrinque acutis subtus tomentosus. *Rumph. amb. 5. t. 79.*
- baccifera.* 18. U. fol. alternis cordatis dentatis aculeatis, caule fruticoso, calyc. femineis baccatis.

1055. MORVS. MASC. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o.
 1398. FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styli*
li 2. *Cal.* baccatus. *Sem.* 1.

- alba.* 1. M. fol. oblique cordatis laeuis.
nigra. 2. M. fol. cordatis scabris.
papyrifera. 3. M. fol. palmatis, fructibus hispida.
rubra. 4. M. fol. cordatis subtus villosis, amentis cylindricis.
indica. 5. M. fol. ouato-oblongis vtrinque aequalibus inaequaliter ferratis.
tatarica. 6. M. fol. ouato-oblongis vtrinque aequalibus aequaliter ferratis.
indica. 7. M. fol. oblongis hinc productioribus, spinis axillaribus. *Jacqu. amer.* 247. t. 180.

PENTANDRIA.

1277. NEPHELIVM. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* nulla.
 FEM. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o.
Germina 2. *Styli* 2 singulis. *Drupae* siccae, 2, muricatae, 1-spermae.

lappaceum. 1. NEPHELIVM. *Mant.* 125.

1056. XANTHIVM. MASC. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* 1-petalaе, 5-fidae, infundibulif. *Recept.* paleaceum.
 FEM. *Cal.* inuolucrum 2-phyllum, 2-florum. *Cor.* o.
Drupa sicca, muricata, 2-fida. *Nucleus* 2-ocularis.

- strumar.* 1. X. caule inermi, fol. cordatis trinerviatis.
orientale. 2. X. caule inermi, fol. cuneiformi-ouatis subtrilobis.
Linn. dec. 33. t. 17.
spinosum. 3. X. spinis ternatis, fol. trilobis.

1057. AM.

1057. **AMBROSIA. MASC.** *Cal.* communis. 1-phyllus. *Cor.* 1-petalae, 3-fidae, infundibulif. *Recept.* nudum.
1401.
- FEM.** *Cal.* 1-phyllus, integer, ventre 5-dentato, 1-florus, *Cor.* o. *Nux* e calyce indurato, 1-sperma.

- trifida.* 1. A. fol. trilobis ferratis.
elator. 2. A. fol. bipinnatifidis, racemis paniculatis terminalibus glabris.
artemisiifolia. 3. A. fol. bipinnatifidis: primoribus ramulorum indivisis integerrimis.
maritima. 4. A. fol. multifidis, spicis solitaris pilosis subsessilibus.

1058. **PARTHENIVM. MASC.** *Cal.* communis, 5-phyllus. *Cor.* disci monopetalae.
1402.
- FEM.** *Cor.* radii 5, singulae 2, masculae: intermedia feminea supera. *Sem.* nudum.

- Hysteroph.* 1. P. fol. composito-multifidis.
integrifol. 2. P. fol. ovatis crenatis.

1059. **IVA. MASC.** *Cal.* communis 3-phyllus. *Cor.* disci 1-petalae, 5-fidae. *Recept.* pilis distinctum.
1402.
- FEM.** *Cal.* flosculi radii 5. *Cor.* o. *Styli* 2, longi. *Sem.* nudum, obtusum.

- annua.* 1. I. fol. lanceolato-ovatis, caule herbaceo.
frutesc. 2. I. fol. lanceolatis, caule fruticoso.

273. **HARTOGIA.** MASC. Cal. 5-phyllus. Petala 5.
288. FEM. Cal. 3-phyllus. Petala 5.
Stamina 5 sterilia et 5 castrata. Capsf. 3. Sem. arillatum.

- ciliaris.* H. fol. lanceolatis ciliatis.
Diosma ciliata. Sp. pl. 287.
Folia lanceolata, acuta, ciliata margine et carina.
Petala oblonga vnguibus vix calyce longioribus.
- lanceolata.* H. foliis ellipticis.
Diosma lanceolata. Sp. pl. 287.
Folia obtusifuscula, pagina utraque raris pilis.
- imbricata.* H. foliis ovatis mucronatis imbricatis. Mant. 124.
Similis *H. ciliari*. Folia subimbricata, carinata. Petala purpurea, subrotunda, vnguibus calyce triplo longioribus.
- capensis.* H. fol. linearibus triquetris subtus punctatis.
Hartogia capensis. Sp. pl. 288.
Stamina Sterilia huic fere petaloidea sunt.
- pulchella.* H. fol. ovatis obtusis crenatis, flor. geminis axillariibus.
Diosma pulchella. Sp. pl. 288.
Flores huic hermaphroditi, sed Fructus trilocularis.
Germinis cornua singula terminata glandulis duabus.

1060. **AMARANTHVS.** MASC. Cal. 3-f. 5-phyllus.
1403. Cor. o. Stam. 3-f. 5.
FEM. Cal. 3-f. 5-phyllus.
Cor. o. Styli 3. Capsf. 1-
locularis, circumscissa.
Sem. 1.

* *Triandri.*

- albus.* 9. A. glomerulis triandris axillaribus bipartitis, bracteis subulatis, fol. ovatis emarginatis lineatis strictis. Blitum maritimum minus, calycibus aculeatis. Till. pisf. 25.
- graccians.* 10. A. glomerulis triandris axillaribus, fol. lanceolatis repandis obtusis.

- melancholicus.* 4. A. glomerulis triandris axillaribus subrotundis sessilibus, fol. lanceolatis acuminatis.
- tricolor.* 3. A. glomerulis triandris axillaribus subrotundis amplexicaulibus, fol. lanceolato-ouatis coloratis.
- polygamus.* 2. A. glomerulis diandris subspicatis ouatis, flor. hermaphroditis femineisque, fol. lanceolatis.
- gangeticus.* 5. A. glomerulis triandris subspicatis ouatis, fol. lanceolato-ouatis emarginatis.
- mangostanus.* 7. A. glomerulis triandris subspicatis rotundatis, fol. rhombeis.
- trifidis.* 6. A. glomerulis triandris rotundatis subspicatis, fol. ouato-cordatis emarginatis petiolo brevioribus.
- lividus.* 8. A. glomerulis triandris subspicatis rotundatis, fol. rotundato-ouatis retusis.
- oleraceus.* 1. A. glomerulis triandris pentandrisque, fol. ouatis otusissimis emarginatis rugosis.
- Blitum.* 11. A. glomerulis lateralibus, floribus trifidis, fol. ouatis retusis, caule diffuso.
- viridis.* 12. A. glomerulis triandris, flor. masculis trifidis, fol. ouatis emarginatis, caule erecto.
- polygonoides.* 13. A. glomerulis triandris axillaribus, fol. ouatis emarginatis, flor. femineis infundibuliformibus obtusis.

- COR. monopetala, infundibuliformis. *Limbus* quadripartitus: *Laciniis* ouatis, patentibus; superiore remotiore. *Faux* margine eleuato.
- STAM. *Filamenta* sex, fetacea, declinata, fauci infidentia: ab utroque latere terna basi inter se connata. *Antherae* calcaneo instructae.
- PIST. *Germen* pedicellatum, oblongum, compressum, longitudine staminum. *Stylus* subulatus, declinatus, longitudine germinis. *Sigma* obtusum,
- PER. *Legumen*?
- SEM.

XVIII.

XVIII. POLYADELPHIA.

PENTANDRIA.

1268. MONSONIA.

XIV.

- CAL. *Perianthium* pentaphyllum . erectum : Foliolis lanceolatis, sub apice mucronatis, aequalibus, persistentibus.
- COR. *Petala* quinque, obouata, aequalia, calyce longiora.
- STAM. *Filamenta* quinque, lanceolata, calyce breviora, semitrifida. *Antherae* singulis filamentis tres, oblongae.
- PIST. *Germen* pentagonum, breue. *Stylus* columnaris, longitudine staminum. *Stigmata* quinque, oblonga.
- PER. *Capsula* pentagona, quinquelocularis.
- SEM. solitaria?

POLYANDRIA.

1269. MELALEVCA.

XL.

- CAL. *Perianthium* superum, quinquepartitum : Laciniiis rotundatis, euanescentibus, persistentibus.
- COR. *Petala* quinque, subrotunda, minuta.
- STAM. *Filamenta* ultra viginti, setacea, erecta, longissima, connata in corpora quinque, e 6. s. 7. singula. *Antherae* oblongae, incumbentes.
- PIST. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine staminum. *Stigma* acutum.
- PER. *Capsula* colorata, subrotunda, vestita. *Calyce* *hacato* viceolato, integerrimo, praeputii instar, trilocularis, triualuis.
- SEM. numerosa, decumbentia, oblonga, introrsum acuminata, extrorsum truncata.
- OBS. Affinitas *Ginorae*.

1270. HOPEA. *authore* Gardenio †.

- CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum : laciniis ouatis, obtusis, persistentibus.
- COR. *Petala* quinque, oblonga, concava, basi mediantibus staminum fasciculis connexa.

STAM.

- STAM. *Filamenta* plurima, fetacea, corolla longiora, basi connata in quinque corpora. *Antherae* quadrangulares.
- PIST. *Germen* inferum, subrotundum. *Stylus* sensim incrassatus, longitudine corollae persistens. *Stigma* crassiusculum, oblique depresso.
- PER. *Drupa* sicca, ovali cylindrica, gibba, calyce coronata.
- SEM. *Nux* glabra, trilocularis, apice obtulis protracta.
- OBS. *Nuclei* loculamenta 2 saepe abortiunt et obliterantur. *Affinitas* *Styracis* videtur.

XIX. SYNGENESIA.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

1271. ZOEGEA.

XLIX. α.

- CAL. *Perianthium* Commune ovatum, imbricatum: Squamis lanceolatis, ciliatis: intimis scariosis, lanceolatis, longioribus.
- COR. *Communis* radiata. *Corollulae Hermaphroditae* plurimae in disco. *Feminae* pauciores in radio. *Propria Hermaphroditii* monopetala: *Tube* filiformi; *Limbo* quinquepartito: laciniis lanceolatis, erectis.
Feminei monopetala, ligulata, plana, subquinquedentata.
- STAM. *Hermaphroditis Filamenta* quinque, brevia. *Anthera* cylindrica.
- PIST. *Hermaphroditis*. *Germen* breue. *Stylus* capillaris, longissimus, erectus. *Stigma* breue, bifidum.
Femineis *Germen* breue. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.
- PER. nullum. *Calyx* immutatus, connuens.
- SEM. *Hermaphroditis* solitaria. *Pappus* fetaceus.
Femineis nulla.
- REC. fetosum.
- OBS. *Affinitas Centaureae* summa, sed *Florum Corollae* radius planus.

XX. GYNANDRIA.

DIANDRIA.

1272. GYNNERA.

- CAL. *Amentum* verticillatum : squamis monophyllis ,
 unifloris , setaceis , longitudine floris , perfi-
 stentibus.
Perianthium nullum , nisi crusta feminis bidentata.
- COR. nulla.
- STAM. *Filamenta* duo , breuissima , opposita , infidentia
 germinis lateribus extra dentes. *Antherae* ob-
 longae.
- PIST. *Germen* ovatum , apice bidentatum. *Styli* duo ,
 breues , subulati , inter dentes germinis. *Sti-
 gmata* simplicia.
- PER. nullum.
- SEM. unicum , ovatum , crusta perianthina corticatum.

TRIANDRIA.

1273. STILAGO.

- CAL. *Perianthium* monophyllum , hemisphaericum , sub-
 integerimo-trilobum.
- COR. nulla.
- STAM. *Filamenta* tria , germiini infidentia , patentia , ca-
 lyce longiora.
- PIST. *Germen* superum , subrotundum. *Stylus* cylin-
 dricus , persistens , staminibus breuius. *Stigma*
 verrucosum.
- PER. *Bacca* globosa.
- SEM. - - -

XXI. MONOECIA.

TETRANDRIA.

1274. SERPICVLA.

XV.

- ♂. *Masculi* flores solitarii , pedunculati.
- CAL. *Perianthium* minimum , quadripartitum , erectum ,
 acutum , persistens.
- COR. *Petala* quatuor , oblonga , obtusa , sessilia.
- STAM.

- STAM. *Filamenta* quatuor, breuissim^a. *Antherae* oblongae longitudine petalorum.
- ♀ *Feminei* flores in eadem planta.
- CAL. *Perianthium* superum, quadripartitum, minimum, persistens.
- COR.
- PIST. *Germen* inferum, ouatum, sulcatum. *Stylus* . . .
Stigma . . .
- PER. *Nux* cylindrica, exarata torulis octo cartilagineis, vnilocularis, decidua.
- SEM. vnicum, oblongum.

1275. CICCÁ.

XXXVIII.

- ♂ *Masculi* flores sparsi.
- CAL. *Perianthium* tetraphyllum: foliolis subrotundis, concavis.
- COR. nulla.
- STAM. *Filamenta* quatuor, fetacea. *Antherae* subglobosae, longitudine calycis.
- ♀ *Feminei* flores sparsi in eadem planta.
- CAL. vt in Masculis.
- COR. nulla.
- PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* quatuor, bipartiti, subulati, longitudine germinis. *Stigmata* acuta, persistentia.
- PER. *Capsula* subglobosa, tetracocca, elastica.
- SEM. solitaria.
- OBS. Affinitas *Phyllanthi*.

PENTANDRIA.

1276. LEEA. *authore D. Dav. Royeno.*

- ♂ *Masculi* flores.
- CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum.
- COR. Monopetala. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquefidus, aequalis: laciniis faccatis. *Nectarium* basi interioris corollae adnatum, corolla dimidio breuius, cylindricum, quinquefidum lobis bifidis.
- STAM. *Filamenta* quinque, nectario breuiora. *Antherae* oblongae, incumbentes.
- PIST. *Germen* nullum. *Stylus* simplex. *Stigma* obsoletum.
- Syst. Nat. Tom. II.* * B ♀ Fe-

♀ *Feminei* flores saepius in eadem planta.

CAL. vt in Masculis.

COR. vt in Masculis.

Nectarium vt in Masculis, sed duplicatum: interiore minore.

PIST. *Germen* superum ouatum. *Stylus* simplex. *Stigma* lacerum.

PER. globosum, sexloculare.

SEM. solitaria.

1277. NEPHELIVM.

XXXVIII.

♂ *Masculi* flores in racemo spicato.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinque-dentatum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, subulata, calyce longiora. *Antherae* obtusae, basi bipartitae.

♀ *Feminei* flores in eodem racemo.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quadridentatum dentibus 2 oppositis remotioribus, marcescens.

COR. nulla.

PIST. *Germina* duo, subrotunda, muricata, calyce maioribus. *Styli* bini, filiformes, recurui, inter germina enati. *Stigmata* crassiuscula, obtusa.

PER. - - - bina, ouata, unilocularia, tecta fetis subulatis.

SEM. solitaria, subrotunda.

ADELPHIA.

1278. GNETVM.

AMENTVM e *Verticillis* remotis, callosis, incrassatis, subtus suffultis Calyculo partiali.

Calyculus partialis peltatus, orbiculatus, planus, integerrimus, continet *Flosculos* sessiles: *Masculos* inferius, *Femineos* superius ejusdem verticilli.

♂ CAL. *Squama* ouata, minuta, colorata.

COR. nulla.

STAM. *Filamentum* vnicum, filiforme, squama longius. *Antherae* geminae, connexae.

♀ CAL.

- ♀ CAL. *Squama* lacera, rudis.
 COR. nulla.
 PIST. *Germen* ouatum, receptaculo verticilli immer-
 sum, longitudine staminum. *Stylus* conicus,
 brevis. *Sigma* trifidum, acutum.
 PER. *Drupa* ouata, unilocularis.
 SEM. *Nux* oblonga, striata.
 OBS. *Dioicam* statuit Rumphius; mea monoica erat,
 vidi etiam Amentum mere masculinum, proprio
 pedunculo insidens iuxta feminineum flosculum.

1279. STILLINGIA. *authore Alex. Garden.*

- ♂ *Masculi* flores in Spicam amentaceam digesti.
 CAL. *Perianthium* multiflorum (7-florum), coriace-
 um, hemisphaericum, vrceolatum, integerrimum.
 COR. Monopetala, fistuloso-infundibuliformis, senfim
 ampliata, calyce multo angustior: ore indi-
 uiso, lacero-ciliato.
 STAM. *Filamenta* duo, filiformia, corolla, duplo lon-
 giora, apice diuaticata, basi leuissime coalita.
Antherae reniformi-didymae.
 ♀ *Feminei* flores pauci, ad basin ejusdem spicae.
 CAL. *Perianthium* uniflorum, caeterum vt in Masculis.
 COR. supera.
 PIST. *Germen* subrotundum, inter calycem & corol-
 lam. *Stylus* filiformis. *Stigmata* tria, distin-
 cta, recuruata.
 PER. *Capsuli* tricocca, subturbinata, subtrigona, tri-
 locularis, calyce ampliato cincta basi.
 SEM. solitaria, oblonga, subtrigona, intus excisa hi-
 lo transuerso.

XXII. DIOECIA.

TRIANDRIA.

1280. CATVRVS.

- ♂. *Mas.*
 CAL. nullus.
 COR. Monopetala. tubulosa, semitrida, Laciniis o-
 uatis, concavis, acutis, persistentibus.
 B 2 STAM.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corolla longiora. *Antherae* subrotundae.

♀. *Feminei.*

CAL. *Perianthium* tripartitum: Foliolis ouatis, planis, persistentibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* villosum, *Styli* tres, longi, pinnato-multifidi, colorati. *Stigmata* acuta.

PER. *Capsula* subrotunda, tricocca, trilocularis.

SEM. solitaria, rotunda.

OBS. *Flores masculos minus distincte vidi.*

PENTANDRIA.

1281. CANARIVM.

♂ *Mas.*

CAL. *Perianthium* diphyllum: Foliolis ouatis, concavis persistentibus.

COR. *Petala* tria, oblonga, petala, calyciformia.

STAM. *Filamenta* quinque, breuissima. *Antherae* oblongae, longitudine petalorum.

♀ *Femina.*

CAL. vt in Mare: Foliolis reflexis.

COR. vt in Mare.

PIST. *Germen* ouatum. *Stylus* vix vllus. *Stigma* capitatum, trigonum.

PER. *Drupa* sicca, ouata, acuminata, basi circumscripta membrana crenata.

SEM. *Nux* ouata, trigona, acuta.

POLYANDRIA.

1282. CIMICIFVGA.

XXVI. d.

♂ *Mas.*

CAL. *Perianthium* foliolis 4. s. 6, subrotundis, concavis, obtusiusculis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* plura (18. s. 20), filiformia, calyce longiora. *Antherae* subrotundae, didymae.

♀. *Femina.*

CAL. vt in mare, deciduus.

COR. nulla.

STAM.

- STAM. *Filamenta* plura (14 s. 22), filiformia, calycis longitudine, definitia in *Antheras* steriles, obouatas, emarginatas, depressas.
- PIST. *Germina* 4-7, oblonga, obtusa, longitudine calycis. *Styli* subulati, recuruati, emarginati, breues. *Stigmata* conuexa, longitudinalia styli.
- PER. *Capsulae* totidem, distinctae, erectae, futura interiore dehiscentes.
- SEM. plurima, duplici serie futurae adnexa, obteeta squamis exstantibus.
- OBS. Affinis *Aëtaeae*, sed *Petala* nulla; *Capsulae* plures, *Semina* squamata et *sexus* separare cogunt.

XXIII. POLYGAMIA.

MONOECIA.

1283. TERMINALIA.

- ♂ *Masculi* flores superiores racemi.
- CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, stellatum, acutum, funde hispido.
- COR. nulla.
- STAM. *Filamenta* decem, subulata, longitudine calycis. *Antherae* subrotundae: interiores bifidae.
- ♀. *Hermaphroditus* flos vnus alterue inferior racemi.
- CAL. vt in Masculis.
- COR. nulla.
- STAM. vt in Masculis.
- PIST. *Germen* inferum, conico-subulatum. *Stylus* simplex, subulatus. *Stigma* acutiusculum.
- PER. *Drupa* oualis, cymbiformis: latere superiore depresso, bifurcato.
- SEM. *Nux* ouali-oblonga, laeuis, basi obtusa.

XXIV. PALMAE.

ELAIS. *Jacqu.*

♂. MAS.

- CAL. *Perianthium* hexaphyllum: foliolis concauis, erectis.
- COR. Monopetala, sexfida, erecta, acuta, longitudine calycis.

STAM. *Filamenta* sex, subulata, longitudine corollae.
Antherae oblongae, acutae.

♀. FEMINA.

GAL. vt in Mare.

COR. Hexapetala.

PIST. *Germen* ouatum. *Stylus* crassiusculus. *Stigmata* tria, reflexa.

PER. fibrosum, ouatum, subangulatum, oleosum.

SEM. *Nux* ouata, subtrigona, foraminibus tribus, trivaluis, vnilocularis.

ADDITAMENTA.

SACCHARVM ex alio specimine pro saccharo dato.

CAL. Gluma bivaluis, uniflora: valvulis lanceolatis, inuolutis, basi barbatis.

COR. Gluma bivaluis, breuior, obtusiuscula. Arista dorsalis torta.

STAM. Ut antea germen oblongum. Styli duo pennati. Stigmata plumosa caetera.

537. TRIANTHEMA.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: foliolis oblongis, intus coloratis, sub apice mucronatis, persistentibus.

COR. nulla, nisi *Calycem* dicas quasi ex corolla et calyce connatum.

STAM. *Filamenta* decem (quibusdam 5-12) capillaria, longitudine calycis. *Antherae* subrotundae,

PIST. *Germen* subsuperum, oblongiusculum, retusum. *Stylus* 1 s. 2, filiformes, longitudine staminum, hinc hispidi. *Stigmata* simplicia.

PER. *Capsula* oblonga, truncato-retusa, circumscissa: Loculis duobus superioribus, duobusque inferioribus.

SEM. solitariis s. bina, subouata.

OBS. Numerus Staminum Stylorumque in distinctis speciebus numero diuersus.

1203. CHARA. Schreber. Monœcia Monandria.

♀. *Femineus flos.*CAL. *Perianthium* tetraphyllum : foliolis subulatis, erectis, persistentibus : oppositis 2 exterioribus longioribus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* turbinatum. *Stylus* nullus. *Stigma* quinquefidum, oblongum, deciduum.PER. *Crusta* ovata, unilocularis, adhaerens.

SEM. unicum, ovatum, spiraliter striatum.

♂. *Masculus* ad basin germinis, extra calycem.

CAL. vt in Masculo.

COR. nulla.

STAM. *Filamentum* nullum. *Anthera* globosa, antice germini, extra calycem, subiecta.

273. HARTOGIA.

♂ *Masculi* flores.CAL. *Perianthium* pentaphyllum, erectum : foliolis oblongis, acutiusculis, persistentibus.COR. *Petala* quinque, obovata, parua : unguibus filiformibus, calyce duplo longioribus.STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine petalorum. *Antherae* ovatae, incumbentes.♀ *Feminei* flores Masculis intermixti.

CAL. vt in Masculis.

COR. vt in Masculis.

STAM. *Filamenta* vt in Masculis. *Antherae* steriles, oblongae, erectae. *Filamenta* quinque alia, longitudine petalorum, castrata.PIST. *Germen* turbinatum, triquetrum, terminatum superne angulis totidem mucronibus filiformibus, erectis, longitudine calycis. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.PER. *Capsulae* tres, connexae, oblongae, compressae.SEM. solitaria. *Avillo* clastico.OBS. *Affinis Diosmatis.*

SPECIES.

II. DIANDRIA.

MONOGYNIA.

- americana. 3. **OLEA** foliis lanceolato-ellipticis.
 Ligustrum lauri folio, fructu violaceo, baccis purpureis. *Catesb. 1. p. 61. t. 61.*
Habitat in Carolina. D. Guarden. 5.
 Folia opposita, lanceolata, semperverentia, integerrima, petiolata, nitida. Racemi breves, axillares, brachiati, pedicellis oppositis. Corollae lacinae revolutae. Stylus brevissimus et fere nullus. Stigma bifidum. Drupa globosa, laevis, speciosa. Nux obovata, substriata, basi perforata. Flores Masculi et Feminei in eadem planta cum hermaphroditis.
- indum. 1. **DIALIVM.**
Habitat in India 5.
 Arboris Folia alterna, pinnata: foliolis septem, ovato-oblongis, acuminatis, petiolatis, laevibus, palmaribus. Flores paniculati, nutantes.
- pectinata. 35. **VERONICA** racemis lateralibus foliatis, foliis oblongis pectinato-ferratis, caulibus prostratis.
 Veronica Constantinopolitana incana, chamaedryos folio.
Tournef. cor. 7. Buxb. cent. 1. p. 25. t. 39.
Habitat Constantinopoli. 24.
 Caules prostrati, basi suffruticosi, palmares, pubescentes. Folia Chamaedryos; elliptico-oblonga, profundissime aequaliterque serrata pectinis instar, subpetiolata, opposita, pubescentia. Scapus lateralis, palmaris foliis 5 s. 6 similibus, sed alternis, sessilibus; terminatus Corymbo in racemum elongato.
- pinnata. 36. **VERONICA** spica terminali, foliis linearibus dentato-pinnatis.
Habita: in Sibiria. Laxman. 24.
 Caules palmares, diffusi; erecti. Folia opposita, confertiuscula, linearia dentibus utrinque saepius tribus, linearibus, elongatis; glabra. Racemus terminalis, longitudine caulis. Flores caerulei. Stylus capillaris, persistens. Capsulae ovales H. U.

ferotina. SALVIA foliis cordatis ferratis mollibus, floribus racemoso-spicatis, corollis vix calycem excedentibus.

Salvia foliis cordato-ouatis ferratis rugosis, bracteis sub verticillis senis, calycibus tridentatis, *Ard. spec. 1. p. 10. t. 2.*

Habitat in Chio? Ardrini. ♂. ♀.

Radix biennis. Caulis suffruticosus, sesquipedalis, brachiatus, tetragonus, vix tomentosus Ramis inferioribus caulescentibus. Folia cordata, margine undulato tenuissime serrata, vix tomentosa, mollissima subtus pallidiora. Spicae vix pedunculatae, verticillares. Calyx cylindricus, angustus, striatus, ore trifido: inferiore latiore. Corolla minuta, ziziphorae magnitudine, vixque calycis ore maior. Odor Nepetae, ingratus, validus. Calyces pedunculati bracteis minutis, ut vix conspicuis.

paniculata. 34. SALVIA foliis obouato-cuneiformibus denticulatis nudis, caule frutescente.

Habitat in Africa. D. Royen. ♀.

Caulis frutescens, erectus, teres, purpurascens, scaber. Folia parua, cuneiformia, argute denticulata, venosa, laeui, subpetiolata. Panicula brachiata, decomposita. Calyces trifidi, vix pilosi: laciniis 2 inferioribus acutis. Corollae galea labio vix longior. Stylus corolla longior.

acetabulosa. 35. SALVIA foliis obouatis dentatis, calycibus campanulatis patentibus pilosis, caule fruticoso.

Salvia foliis ouatis, calyce turbinato limbo amplissimo. *Gron. or. 10.*

Salvia syriaca, cisti feminae foliis, acetabulis moluccae. *Morif. hist. 3. p. 399.*

Habitat in Oriente. ♀.

Fruticulus Ramis brachiatis, angustis, laeuius. Folia petiolata, obouata, basin versus dentata, subtus tomentosa. Racemi e diuacatione caulis, elongati, remote verticillati. Flores utrinque 3, pedicellati. Bractee ouatae, integerrimae, acuminatae, glabrae, ciliatae, calyce fere minores. Calyx campanulatus, patens morae Mollucellae s. Marrubii Pseudodiſtanni, margine quinquelobo: Lobis 2 superioribus latioribus, ectus pilosis. Corolla albida, calyce maior: Labio superiore bifido patulo (non falcato s. elongato) L. inferiore

riore trifido: media maiore. Stamina longitudine corollae. Stylus corolla duplo longior.

cerato- SALVIA foliis pinnatifidis rugosis villosis, caule paphylloides. Salvia. *Arduin. suec. 2. p. 12. t. 2.*

Habitat in Sicilia Aegypto. Forskähl.

Media inter S. elandestinam et ceratophyllum. H. U.

aegyptia- 36. SALVIA foliis oblongis repandis, calycibus spinosis, bracteis cordatis mucronatis concavis.

Horminum syriacum. Bauh. pin. 238. prod. 114. Moris. hist. 3. p. 392. f. 11. t. 16. f. 2.

Habitat in Aegypto. Forskähl. ♂.

*Caulis pedalis, obsolete quadrangulus, hirsutus, brachiatus. Folia petiolata, subcordata s. ovata, rugosa, obtusiuscula, repanda, subtus magis pilosa; Suprema sessilia, acuminata, serrato-crenata. Praeae cordatae, concavae, nervosae, supra glabrae, integerrimae, aristatae. Verticilli vtrinque triflori, sessiles. Calyx tubulosus, sulcatus, aristatus, subaequalis: dentibus 3 superioribus confertioribus: inferioribus. 2. Corolla alba; Galea erecta, subfalcata, longitudine tantum labii inferioris. Labium trifidum: media maiore, concava, biloba. Stamina alba, galea longiora. Antherae flavae. Stylus purpureus. Calyx fructus aridus, compressus, striatus, longitudine bractearum, dentibus subulatis, ut in *Hyoscyamo* pungentes, intra Bracteas ad verticillos. Involucella diphylla, brevia, acuta. H. U.*

Forskaeh- 37. SALVIA. caule subaphyllo, foliis lyrato-auriculatis, corollis galea semibifida.

Habitat in Oriente. Forskähl. ♀.

*Caulis secundi anni florens, erectus, sesquipedalis, aphyllus, ultra dimidium verticillis florens. Rami 2 oppositi, infra verticillum infimum. Folia radicalia-ovata, lyrata vtrinque lobo baseos minore, repando-crenata, obtusa, villosa, viridia. Bracteae calyce breviores, cordatae, acutae, integerrimae. Verticilli vtrinque floribus 3 s. 5, breviter pedunculatis. Calyces adspersi pilis viscidis. Corolla caerulea, calyce triplo maior: Galea falcata, semibifida lobis incumbentibus. Labium trilobum intermedia biloba, maiore, crenata; basi punctis caeruleis reticulatum. Stylus corolla duplo longior. Facies *S. nutantis*. H. U.*

III. TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

- supina. 19. VALERIANA floribus tetrandris, inuolucris hexaphyllis trifloris, foliis integris.
 Valeriana *supina*, floribus tetrandris, caule repente, foliis radicalibus cuneiformibus emarginatis ciliatis.
Ard. spec. 2. p. 13. t. 3.
 Valeriana alpina, foliis integris, radice repente, inodora. *Raj. hist. 15.*
 Valeriana montana minor italica, foliis integris, radice repente, *Barr. rar. 15. t. 868. sed maior.*
Habitat in Alpibus Italicis: Carinthiae. Arduini. 2.
 Plana pollicaris vix *Bellide maior*, licet culta *Folia Radicalia obouata, petiolata, integerrima. Caulis lanceolata, sessilia. Corynthus terminalis e Pedunculis oppositis, terminatis inuolucro hexaphyllo, tinuari, trifloro.*
- hirsuta. 10. IXIA hirsutissima, umbella bifida racemosa.
Habitat ad Cap. b. spei. 2.
 Planta tota cana, villosissima exceptis floribus interne. Caulis subcompressus. Folia alterna, lanceolata, amplexicaulia, breuia, Umbella fusligiata, regularis. Inuolucrum vniuersale, hexaphyllum; lanceolatum, breue: Radii pedunculares circiter sex, bipartiti: Brachio utroque racemoso: Floribus alternis, adscendentibus, pedicellatis. Corollae intus subglabrae, auro-purpureae, petalis ovalibus connexae. Stamina tria, longitudine petalorum. Antherae luteae. Stigma stylis simplex, trigonum. Fructus inferus, etiam villosus.
- vniflora. 11. IXIA. scapo vnifloro foliis ensiformibus, spatula lacera. Ixia foliis gladiatis glabris, caule vnifloro. *Mill. dict. 158. t. 137. f. 3.*
Habitat ad Cap. b. spei. D. de Royen.
 Spatha striata, lacera. Corolla violacea tubo breuissimo.
- vndulatus. 7. GLADIOLVS foliis ensiformibus, petalis lanceolatis vndulatis subaequalibus:
Habitat in Aethiopia. 2.
 Statura Gladioli communis. Culmus sesquipedalis. Folia ensiformia, striata. Flores distiche alterni. Spathae

thae propriae diphyllae: valvula interiore minore. Corollae Tubus longus, filiformis. Limbus sexpartitus, subaequalis: Petala lanceolata, in formam Lillii digesta: alternis imprimis undulatis.
Media Ixias inter \mathcal{E} Gladiolos.

recurvus. 8. GLADIOLVS foliis ensiformibus, petalis subaequalibus lanceolatis recurvatis.

Gladiolus foliis linearibus sulcatis, floribus vno versu dispositis, tubo floris longiore. *Mill. ic. 157. t. 235. f. 2.*

Habitat ad Cap. b. spei. 2.

Differt a G. undulato Petalis non undulatis, minusque acuminatis, et tubo corollae non filiformi, laxo aut pendulo; caeterum valde affinis.

iridioides. MORAEA foliis gladiatis.

Moraea spatha uniflora, foliis gladiatis, radice fibrosa. *Mill. ic. 159. t. 239. f. 1.*

Iris orientalis pumila semperuirens, gramineo acuto rigido folio, flore luteo et caeruleo mixto inodoro. *Till. pis. 89. t. 33.*

Habitat in Oriente: Constantinopoli. 2.

Caulis spithamaeus, teretiusculus, longitudine foliorum. Folia disticha, ensiformia, basi interiore angustata. Flores ex alis supremis foliorum tres: Spatha propria bivalvis. Germen pedicellatum, subtrigonum, striatum. Corolla hexapetala: Petala 3 exteriora obovata, oblonga, patula, barbata, patentia, macula lutea in medio. Petala 3 interiora alba, immaculata, facie exteriorum, patentia. Stylus brevis, crassus. Stigmata 3, petaloidea, minora, patentia, caeruleo-ferentia, bifida ut in Iride. Stamina 3, albida, sub stigmate. Capsula exserta, truncata. Differt vix ab Iride, nisi petalis interioribus patentibus.

alternifolius. CYPERSVS culmo triquetro nudo apice alternatim folioso, pedunculis lateralibus proliferis.

Gramen fluuiatile geniculatum, panicula foliacea, virginianum. *Morif. hist. 3. p. 183. f. 7. t. 3. f. 17.*

Habitat in Virginia. 2.

Culmi pedales, triquetri, nudi, apice. Foliis alternis, confertis, ensiformibus, semipedalibus, laevis, margine scabriusculis. Bractea subulata, parua, e singulis alis. Pedunculus e singula folii ala, filiformis, folio

folio quadruplo brevior, terminatus spina ovata. Pedicelli aliquot e basi spicae, apice ferentes spicam similem. Umbella adeoque nulla.

triquetr. 28. SCIRPVS culmo triquetro nudo, spiculis sessilibus pedunculatisque mucronem aequantibus.

Scirpo-Cyperus palustris, caule molli, panicula sparsa minore, capitulis subrotundis plurimis simul junctis subfuscis. *Mich. gen. 47.*

Juncus acutus maritimus, caule triquetro molli, procerior. *Pluk. alm. 200. t. 40. f. 2. Raj. suppl. 629.*

Habitat in Europa australi. 24.

Culmus triqueter angulis planis, nec excavatis.

DIGYNIA.

atopescu- CORNVCOPIAE spica aristata cucullo hemisphaerico
roides. recepta.

Habitat in Italia. Arduini.

Simillimum Gr. Alopecuro pratensi. Culmi ascendentes, laeues. Folia laeua. Spica terminalis, ovata, laxa, flosculis brevissime pedicellatis. Calycis gluma bivalvis, aequalis, ovata, acuta. Corollae Gluma univalvis, longitudine calycis, cui opposita est Arista patens, flore duplo longior. Vagina supremi folii ventricosa, ut in Phalaride. Singularis nota est vrceolus hemisphaericus, integerrimus, consistentia folii, qui instar calycis communis cingit basin Spicae.

serobricu- 5. PASPALVM spicis alternis, rachi membranacea,
latum. floribus alternis, calycibus multinerviis extus serobiculatis.

Habitat in India orientali. 24.

Culmi erecti, basi hirsuti, pedales et ultra. Vaginae foliorum purpurascetes, margine ciliatae et basi genicula vestientes, hirsutae. Folia laeua, supra linea alba longitudinali. Spicae alternae, saepe reflexae. Rachis late membranacea. Calyces subrotundi, ovati, glabri, multinervi, obtusi, gibbi: valvula planiore basi intrusa, et in medio pari serobiculorum impresso.

ramosum. 29. PANICVM paniculae ramis simplicibus, floribus subternis: inferiore subsessili, culmo ramofo.

Habitat in Indiis.

Culmi pedales, erecti, ramosi, laeues: Articulis basi crassiusculis, geniculatis. Folia vaginis laeuibus, striatis,

tis,

uis, margine sauceque ciliata. Panicula ramis simplicibus, triquestris, hinc canaliculatis; ad singulos dentes flores 2 s. 3, pedicello vno alteroue pilo. Calycis exterior valuula brevis, membranacea, perfoliata, reliquæ ouatae. H. U.

coloratum. 30. PANICVM panicula patente, culmo ramoso, staminibus pistillisque coloratis.

Habitat Cairi. Forshahl. 24.

Culmi bipedales, valde ramosi, laeues, vaginis foliorum pilosis demum scabris. Panicula patentissima, laxiuscula ramis filiformibus. Glumae uniflorae, muticae, ouatae, virividi-purpurascens, oëofulcatae. Antherae croceae et Pistilla saturate violacea, quibus a *P. capillari* reliquisque n.ox dignoscitur. Folia laeua, linearia, laxa, margine versus basin denticulato callis, interuam pilo instructis, interdum eo destitutis; valuula extima calycis breuior lata, amplexicaulis. H. U.

biomoides. 16. AGROSTIS panicula simplici angustata, corolla pubescente: arista recta calyce longiore.

Habitat Monspeli. D. Guman.

Culmi sesquipedales, rigidi, laeues. erecti. Folia laeua, angustissima, subfiliformia, canaliculata. Panicula s. Racemis erectus, oblongus, angustus, simplex; ad rachis singulos dentes vel pedicelli duo biflori: flore altero subsessili, vel tantum Flores duo: altero sessili. Calyx oblongus, striatus, lanceolatus: foliolis subaequalibus. Corolla semen vestiens, subpubescens; arista recta, scabra, calyce duplo triploue longior, vt in *Bromis*.

australis. 17. AGROSTIS panicula subspicata, seminibus ouatis pubescentibus: arista longitudine calycis.

Habitat in Lusitania. Vandelli.

Culmi tripedales, articulati, foliosi, laeues. Simillima *A. arundinaceæ*, sed panicula magis spicata. Semina non basi hirsuta, sed vndique pubescentia. Calyces apice fere setacei. Folia latiora, planiora. Culmina pluribus geniculis.

ferotina. 18. AGROSTIS flosculis oblongis mucronatis, culmo obrecto, foliis breuissimis.

Festuca ferotina. Sp. pl. III.

Gramen loliaceum ferotinum, panicula dispersa.

Sequ. ver. 3. p. 146. t. 3. f. 2.

Habitat Veronae. Seguiet.

Culmi pedales, vaginis foliorum obtekti, adscendentes.

Folia brevia, vix articulis longiora, patentia. Paniculae rami alterni, subramosi. Flores plerique sessiles. Gluma calycina membranacea, brevis. Gluma petaloidea lanceolata, arundinacea, utraque valuula acumine mucronata, vix altera laeuiter apice aristata. Pistilla purpurea.

pumila. 19. AGROSTIS panicula mutica subsecunda, culmis fasciculatis erectis.

Gramen minimum spalustre, panicula spadicea delicata, tenuifolium. *Scheuch. gramm. 131.*

Habitat in Suecia, Islandia, Heluetia. 24.

Radix multiplex. Culmi numerofo-fasciculati, laeues, alitudine pollicum 2, vestiti foliis, radicalibus similibus, vagina striata, disco subinuoluta. Panicula patentissima, subsecunda. Flores colorati, mutici, acuminati. Semina maiuscula.

Differt ab A. stolonifera, cum qua promiscue crescit, quod dimidio minor; panicula minus erecta parumque secunda; magis caespitosa. Pedicelli minime undulati horsum vorsum tamen flexi.

mexicana. 20. AGROSTIS panicula oblonga congesta, calycibus corollisque acuminatis subaequalibus muticis.

Habitat in America calidiora. D. Jacquin. 3.

Culmi numerofo, pedales, laeues, erecti. Ramis indiuisis. Folia laeuiscula ligula truncata. Panicula viridis, oblonga, non patens, sed congesta coaceruatis numerosissimis viridibus floribus. Flores scabri. Calyces apice subulati, subaequales, parum scabri. Corollae longitudine calycis, apice similiter acuminatae, basi pilosae. Aristae nullae. Stigmata atropurpurea, ramosa. Stamina alba. Difficillime hoc Gramen determinatur. Altero anno floret. Faices Cimae. H. U.

papilionacea. 4. MELICA calycibus valuula inferiore maxima colorata, petalo exteriori subciliato.

Melicca brasiliana petalo exteriori amplo vexillato.

Ard. spec. 2. p. 17. t. 6. f. 1, 2.

Habitat in Brasilia. D. Arduinus.

Statura *M. altissimae*. Panicula virgata, Pedunculis tenuibus, flore longioribus, imprimis inferne ramosis. Calyx bivalvis: Valvula inferiore obouata, obtusa, maxima, colorata. V. Superiore sexies minore, spatia remota ab inferiore, apice scarioso-colorata. Flosculi 2, alterni, praeter tertium rudimentum. Petalum singulis exterius oblongum, striatum nervis 16, mediis muricatis, lateralibus ciliatis setis plurimis; at apex petali scariosus membrana tenui, laevi, obtusa, colorata. P. Interius simplex. Tertii rudimentum oblongum.

- minuta. 5. MELICA culmo ramoso, foliis setaceis. *Habitat in Italia. D. Scopoli.*
Culmi filiformes, angustissimi, semipedales, ramosissimi, obrecti foliorum Vaginis. Folia setacea, angustissima, involuta, filiformia, basi patula. Racemi terminales, simplices, capillares, pauciflori. Calycis Gluma bivalvis, biflora, ovata, flosculis dimidio brevior. Flosculi oblongi, mutici: intermedio pedicellato, truncato, sterili.
- spicata. 22. POA panicula spicata, floribus subulatis: flosculis remotis. *Habitat in Lusitania. Vandelli.*
Culmi plures, e basi adscendentes, palmares, vestiti vndique foliorum vaginis. Folia linearia, angusta, laevia vaginis crassioribus. Florum racemus coarctatus in spicam. longitudine fere culmi, inaequalem. Calycis valvula exterior brevis, ovata; interior duplo longior. Flosculi distantes valvula exterior oblonga, acuminata. Antherae flavae, vtrinque bifidae. Styli plumosissimi, albi. Habitus Festucae.
- distans. POA paniculae ramulis subdivisis, floribus quinquefloris: flosculis distantibus obtusis. *Habitat in Austria. D. Jacquin.*
Statura reliquarum Poae specierum. Culmi adscendentes, laeves, vti Folia. Panicula scabriuscula. Flosculi 4 s. 5. obtusi, ab apice ad medium corollae alti, et adeo distantes, ut facile assumeretur pro Agrostidis specie, nisi calyx inquiratur; qua nota primo intuitu dignoscitur.

- lagopoi- 3. **DACTYLIS** spicis subrotundis pubescentibus, cul-
des. mo prostrato ramoso.
Bar. ind. t. 10. f. 1.
Habitat in India. Burmannus.
Culmi laeves, prostrati, ad genicula Ramis pluribus,
spiciferis. Folia laevia, brevia: vagina striata,
absque ligula. Pedunculi subtomentosi. Spicae facie
capituli Psyllii, secundae, subrotundae, muticae. Ca-
lyces pubescentes, octoflori. Flosculi pubescentes.
Media inter Cynosuros, Dactyles, Poasque.
- phoeni- 16. **FESTUCA** racemo indiuiso, spiculis alternis sub-
coides. sessilibus teretibus, foliis inuolutis mucronato-
pungentibus.
Ger. prou. 25. t. 2. f. 2. †
Gramen phœnicoides, foliis conuolutis iuncea pur-
gentibus. *Bauh. hist. 2. p. 477.*
Habitat in Galloprovinciae maritimis arenosis. 4.
Glumae mucronatae sunt. Folia glauca. Culmi bipedales.
- ringens. 18. **BROMVS** panicula spicata, spiculis subsessilibus
erectis pubescentibus subquadrifloris.
Habitat in Lusitania. Vandellii.
Culmi spithamei, foliis vestiti. Folia neruosa, supra
leuiter pilosa: Vaginis totum culmum tegentibus. Spi-
ca breuiter pedunculata, erecta rigidula: Spiculis spar-
sis, subsessilibus, tenacibus, parum pubescentibus, ere-
ctis: Flosculis 4. s. 5; arista infra apicem exeunte, ere-
cta vel parum patula, longitudine spiculae.
- genicula- 19. **BROMVS** panicula erecta, flosculis distantibus,
tus. pedunculis angulatis, culmo genu procumbente.
Habitat in Lusitania. Vandelli.
Culmi vix palmares, decumbentes ad vltimum vsque ge-
nu, fuscum; dein erecti, ascendentes. Folia grami-
nea, laevia, vaginis culmos vestientibus. Pedunculus
panicula breuior. Panicula erecta, patula pedicellis
minime attenuatis; sed compressis, ancipitibus, subtri-
quetris, scabris. Flores oblongi, quadriflori: floscu-
lis scabris, vix pubescentibus, maxime omnium distan-
tibus, arista longitudine flosculi, recta.

ramosus. 20. BROMVS culmo indiuiso, spiculis sessilibus, caule ramosissimo, foliis inuoluto-subulatis.

Gramen iunceum corniculatum velut frutescens glabrum orientale. *Scheuch. gram. 38.*

Habitat in Oriente. D. Schreber. 24.

Culmi *alternatim ramosissimi, filiformes, procumbentes, laeues. Folia setacea lateribus inuolutis, culmo fere angustiora. Scapus erectus, filiformis, unico geniculo. Spicae saepius tres, alternae, facie omnino Bromi pinnati: Calyce multifloro acuto: Glumis mucronatis, subciliatis.*

frinifex. 8. STIPA capitulorum bracteis fasciculatis maximis inuolutis mucronatis, flosculis muticis.

Cyperus littoreus. Rumph. amb. 6. p. 6. t. 2. f. 2.

Ily-mullu. Rheed. mal. 12. l. 75.

Habitat in Indiae arenosis maritimis. 24.

Capitula maxima, confecta e Bracteis canaliculato-inuolutis, mucronatis, validis, longis, strictis, intra quas Calyces sessiles, uniflori, mutici, bracteis multoties minores. Habitus Arundinis maioris. Capitulum abscissum ventus in littore agitat ac si Diabolus illud prosequeretur. *Rumph.*

sesquiter- 15. AVENA paniculata, calycibus subtrifloris: flosculis omnibus aristatis, receptaculis barbatis.

Gramen pratense villosum, panicula densa ex argenteo dilute spadicea s. fusca. *Scheuch. gram. 220.*

Habitat in Heluetia, Austria. Jacquin.

Panicula oblonga. Flores pilosi videntur, sed pili omnes insident pedicellis s. receptaculis intra calycem, inter flosculos. Flosculus tertius imperfectus in rudimento haerens, etiam arista parua instructus.

stipifor- 15. AVENA paniculata, calycibus bifloris, aristis semine duplo longioribus, culmo ramoso.

Habitat ad Cap. b. spei.

Culmi pedales, saepe reclinati, laeues, geniculis fuscis. Ramus brevis, etiam florifer, ex singulis foliorum alis. Panicula auenacea, parua. Calycis Gluma bivaluis: valuula altera lanceolata, altera ouata. Flosculi 2 sessiles. Corollae Gluma bivaluis, laeuis; exterior basi hirta: Arista terminali scabra, sequilongiore.

europaeus. 9. ELYMVS spica erecta, spiculis bifloris, inuolucro aequali.

Gramen hordeaceum montanum, spica strigiflora, brevius aristata. *Scheuch. gram. 16. prod. t. 1. f. 1.*

Gramen hordeaceum montanum s. maius. *Bauh. pin. 9. theatr. 135. Rai. angl. 3. p. 393. hist. 1258.*

Habitat in Germania. 24.

Simillimum *Elymo virginico*, huic inuolucris folia non striata, ut illi. Flosculi inuolucro sunt cum arista longiores. Flosculi sunt huic 2, illi 3. H. U.

vnilate. 11. TRITICVM calycibus vnilateralibus alternis muticis.

Gramen minimum. *Bauh. hist. 2. p. 469.*

Gramen exile duriusculum maritimum. *Rai. hist. 1287. Piuk. phyt. 32. f. 7. Scheuch. gramm. 272.*

Gramen pusillum vniciale, panicula foliacea. *Bocc. mus. 2. t. 57.*

Habitat in maritimis Italiae, Galliae australis.

Flores facie *Poae*, in spica vnilaterali. Synonymon *Scheuchzeri excludatur, Festucae maritimae additum, cum flores muticos sistat author.*

TRIGYNIA.

islandica. 1. KOENIGIA.

Habitat in Islandia detecta 1765. a Jo. Ger König, qui Islandiam adiit Historiam naturalem eius descripturus. ☉.

Herba facie *Polycarpi*. Caulis digitalis, subsucculentus; Ramis paucissimis, oppositifoliis, patentissimis. Folia alterna, subpetiolata, obovata, integerrima, obtusa, subsucculenta, longitudine internodiorum caulis. Stipulae solitariae, vaginales (more *Perficariae*), intrafoliaceae, campanulatae, persistentes. Folia terminalia quaterna. Flores terminales plurimi, subfasciculati, subpedunculati, bracteis membranaceis distincti. Variat Stigmatibus 2 et 3.

IV. TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

- specio- 15. LEVCADENDRON foliis lanceolatis integris, caly-
sum. lycibus tomentosis apice penicillatis.
Lepidocarpodendrum folio oblongo viridi limbo ru-
bro ornato, squamarum apice et margine lanugi-
nosis. *Boerh. lugdb. 2. p. 185. t. 185.*
Clus. exot. 39. f. 15.
Habitat ad Cap. b. spei. h.
Rami laeues. Folia alterna, sessilia, lanceolata, laevia.
Flos terminalis, sessilis. Calyx (strobiliformis, cina-
roides) imbricatus squamis sericeo-tomentosis: infimis
minutis, mediis lanceolatis apice vilosis; summis s. inti-
mis longis, canaliculatis, magis sericeis, erectis, api-
ce ciliatis lana ferruginea penicilliformi, singulari.
Flosculi calyce breviores ex staminibus 2 apice conne-
xis in cylindrum: altero brevior. Germina pilosa.
Calyx stupendum artificium conditoris. *Obs.* Flosculi
dipetali, longi, lutei. Petalum maius erectum, subu-
latum, basi angulatum, limbo subdiviso, erecto, acuto.
Petalum minus eiusdem longitudinis, lineare, angustis-
simum, erectum. Filamenta ad basin limbi, linearia,
limbo dimidio breviora. Antherae erectae; brevissimae.
Stamina in maiori petalo tria, in minori unicum.
- pinifoli- 16. LEVCADENDRON foliis linearibus, flosculis
um, disiunctis racemosis spicatis.
Pini foliis planta africana, cyperi capitulis. *Burm.*
af. 193. t. 70. f. 3.
Habitat ad Cap. b. spei. D. Royen. h.
Arbuscula Ramis lignosis, flexuosis, rubro-fuscis, subdi-
chotomis, apice foliosis floriferis. Folia conferta,
sparsa, linearia, acuta, laevia, longa. Racemi sub-
spicati, terminales, solitarii, erecti, sessiles, ovati
Bracteis linearibus, longitudine pedicellorum, Calyx
nullus, nisi apex pedunculi coronula quadripartita. Pe-
tala 4-lineari-lanceolata, patentia cruciatim. Filamen-
ta 4, brevissima, singula ex singuli petali medio enata.
Antherae lineares. Germen superum, minutum, te-
tragonum, villosum. Stylus longitudine staminum, sen-
sim latefcens. Stigma simplex. *Royen.*

palaeſtina. 25. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus: laciniis omnibus trifidis, foliis indiuiſis ſubſerratis; ſummis baſi pinnatifidis.

Habitat in Palaefſtina. Haſſelquiſt.

Caulis pedalis, teres. Folia latius lanceolata, aliquot inciſuris inciſa, pubeſcentia; ſumma lineari-lanceolata, baſi infima pinnatifida. Pedunculi longiſſimi. Flores albi, radiati, longitudine calycis. Corollulae radio ſpecioſiſſimo, quod lacinae eius omnes, tam 2 ſuperiores minores, quam 3 exteriores, ſubdiuiſae in tres lacinias. Fructus omnino *S. ſtellatae*.

Iſetensis. 26. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus calyce longioribus, foliis bipinnatis linearibus.

Scabioſa corollis quinquefidis, foliis duplicato-pinnatis fetaceis. *Gemel. ſiber. 2. p. 214. t. 88. f. 1.*

Habitat in Sibiriae Iſetensis rupibus.

Caules pedales, aſcendentes, ſubtomentoſi. Folia linearia, bipinnata, pilis rigidulis adſperſa: ſumma ſimpli-ter pinnata. Rami rariſſimi, ſaepe nulli. Flos albus, calyce non breuior. Calyx polyphyllus, patens. Semina vt in *S. ſtellatae*.

triflora. I. SCABRITA

Habitat in India. ħ.

Frutex Ramis tetragonis, ſcabris. Folia oppoſita, petiolata, ouata, oblonga, integerrima, articulis rameis longiora, vtrinque ſcabra. Pedunculi axillares, oppoſiti, ſolitarii, tetragoni, folio dimidio breuiores, apice diphylly Pedicellis trifloris. Inuolucrum par-tiale tetraphyllum? Foliolis obouatis, longitudine calycum, obtuſis; continens ſoſculos tres, ſeſſiles.

crassi- 7. ASPERVLA foliis quaternis oblongis lateribus re-
lia. volutis obtuſiuſculis pubeſcentibus.

Habitat in Creta, Oriente. ħ.

Caulis alterne ramoſus, diſſuſus, ſubpubeſcens. Folia caulina quaterna, longitudine articulorum, oblonga ſ. oualia, lateribus reuoluta, ſupra gibba vti *Sedum*, pubeſcentia. Ramea remotiora, anguſto-lanceolata, lateribus reuoluta, inaequalia. Rami floriferi erecti, alternatim ramoſi. Folia vltima bina. Flores ſcicu-
lulati, terminales, pauci. Corollae extus pubeſcentes.

laeuigata. 8. ASPERVLA foliis quaternis ellipticis laeuifculis, pedunculis trichotomis, feminibus laeuibus.

Cruciata minor glabra, flore molliuginis albo. *Barr. ic. 323.*

Cruciata lusitanica latifolia glabra, flore albo. *Tournef. infl. 115.*

Habitat in Barbaria, Lusitania. 2.

Caules *primum erecti, semipedales, laeues, dein diffusi.*

Folia *ouata s. ovalia, laeuia, eneruia, margine scabriuscula, subpetiolata, obtusiuscula.* Pedunculi *ex apice caulis ramorum que solitarii, filiformes, folio longiores, terminati* Bracteis *2 lanceolatis, paruis; et* Pedicellis *tribus trifloris, excepto tertio iterum trichotomo.* Flores *albi, infundibuliformes.* Semina *laeuia, matura nigra, rugosa, non hispida.* H. U.

maritimi. 24. GALIVM foliis quaternis hispidis, pedunculis vnifloris, fructibus villosis.

Aparine maritima incana, flore purpureo. *Tournef. icon. 4.*

Habitat in Oriente. D. Schreber.

Caulis *brachiatus, hirtus, ramosissimus: Ramis ultimis dichotomis.* Folia *quaterna, rarius quina; summa floralia saepe bina: singula lanceolato-ouata, viringue hirta, suprema subpetiolata.* Pedunculi *capillares, foliis breuiores, saepius vniflori, rarius bifidi.* Flores *parui.*

graecum. 25. GALIVM hirtum, foliis subsenis lineari-lanceolatis, caulibus lignosis.

Gallium montanum creticum. *Alp. exot. 167. t. 166.*

Aparine graeca saxatilis incana tenuifolia. *Tournef. cor. 4.*

Habitat in Insulis Archipelagi. D. Schreber. 5.

Caules *varie flexi, tortuosi, lignosi, s. suffruticantes.*

Rami *recti, stricti, herbacei, villis albis hirti, ut* Folia, *Pedunculi, Germina* Folia *subsenis, lineari-lanceolata, sessilia, stricta, erecta, longitudine internodiorum, parcius pilosa, viridia.* Pedunculi *foliis longiores, subdivisi, subumbellati, pauciflori, capillares.*

aegyptia- 6. CRVCIANELLA foliis quaternis sublinearibus, floribus subspicatis quinquefidis.

Habitat in Aegypto. Forstkaehl. 6.

Caules palmares, erecto-patuli, ad radicem diffusi s. prostrati. Folia quaterna, lateribus reuoluta, pagina superiore margineque scabra; infima ouata, inferiora lanceolata, reliqua linearia. Spicae terminales, solitariae, laxiores. Bractee lanceolatae, non carinatae. Flores minuti, bracteis longiores, flavescente-albidi, quinquefidi aristatique, vt *Cr. maritimae*. Radix annua, caulis minime lignosus. H. U.

angustifo- 3. RVBIA fol. perrennantibus linearibus supra scabris.
lia. *Habitat in Minorca. Richard.*

Caules diffusi, scaberrimi, tetragoni. Folia quaterna, s. sena, lineari-acuta, perennia, carina et margine-ciliata aculeolis et insuper costa longitudinali paginae superioris scabra. Flores lutei, plani, 5-fidi. H. U.

suratten- 1. COMETES. *Burm. ind. t. 15. f. 5.*
fis. *Habitat in Suratte. ☉.*

Caulis herbaceus. Folia opposita, sessilia, obouata, acuminata, integerrima, glabra. Pedunculi axillares, alterni (alterius alae), solitarii, uniflori, patuli, longitudine foliorum.

pufilla. 2. BLAERIA floribus sparsis.
Habitat ad Cap. b, spei. D. Schreber. 6.

Statura *Ericae minoris*. Rami pubescentes. Folia quaterna, linearia, scabra, petiolata, subtus linea exarata. Flores minuti, sparsi, foliis breuiores. Cautè ab *Ericis* distinguenda.

quadran- 6. CISSVS foliis cordatis subcarnosis [serrato-dentatis,
gulus. caule tetragono tumido.

Funis quadrangularis. *Rumph. amb. 5. p. 83. t. 44. f. 2.*

Planta baccifera scandens epidendros. *Pluk. phyt. 310. f. 6.*

Habitat in Arabia, India. †,

Caulis scandens, tetragonus, incrassatus, carnosus geniculis, contractus, laevis, perennis. Folia alterna, petiolata, subcarnosa, cordata, subhastata: utrinque glabra, argute remoteque serrata. Petioli angulati. Cirrhi oppositifolii. Radix tuberosa. H. U.

- alba. 6. **CORNVS** arborea, ramis recuruatis, cymis nudis, Cornus syluestris, fructu albo. *Anm. ruth.* 277.
Habitat in Sibiria, Canada. b.
 Corno sanguineae tam similis ac ouum ouo; distinguitur tantum Ramis recuruatis et Baccis albis; multi stolonnes iuxta radicem ennati præcumbunt. H. U.
- oëctandra. 4. **FAGARA** foliolis tomentosis. †.
 Elaphrium tomentosum. *Jacq. amer.* 105, t. 71, f. 1-3.
Habitat in Curacao duris. b.
- erigata. 3. **LVDVIGIA** foliis oppositis lanceolatis, caule erecto.
Habitat in India. ☉.
 Caulis herbaceus, pedalis, erectus, brachiatus, laeuis. Folia opposita, petiolata, lanceolata, integerrima, laeuia. Pedunculi terminales, subterni, vniflori, rarius axillares. Germina tetragono-alata. Calyces minuti. Corolla vix conspicua. Capsula quadrilocularis angulis quatuor carinatis, subcubica.
- verticil- 6. **OLDENLANDIA** floribus verticillatis sessilibus, lata, stipulis fetigeris.
 Crateogonum amboinicum. *Rumph. amb.* 6. p. 25, t. 10.
Habitat in Amboinae, Jauae collibus apricis.
 Caules subpedales, simplices, articulati, laeues, teretes, vrinque sulco exarati. Folia opposita, sessilia, angustolanceolata, costa exarata, acuminata, scabra. Flores sessiles, verticillati, congesti. Stipula membranacea in setas diuisa, more Spermacoces, quarum nonnullae setae capillares, floribus longiores. Capsula subrotunda, bilocularis, polysperma connata Calycis foliolis quatuor, acuminatis. H. U.
- repens. 7. **OLDENLANDIA** capsulis subsessilibus hispidis, foliis lanceolatis. *Burm. ind.* t. 15. f. 4.
 Crusta ollae minima. *Rumph. amb.* 6. p. 460. t. 170. f. 4.
Pluk. phyt. 356. f. 5. sec. *Burm.*
Habitat in India
 Caulis repens, filiformis, ramosus, articulatus, ad singula genicula radiatus, laeuis. Folia opposita, subpetiolata, lanceolata, integerrima, laeuia, parua. Flores axillares, solitarii, alterni, subsessiles. Capsula

capsula subglobosa, hispida, vndique pilis obtusis cauis pellucidis, bilocularis, polysperma. Corollam non vidi.

- orientalis. 4. ELAEAGNUS foliis ovatis oblongis opacis.
 Elaeagnus orientalis latifolius, fructu maximo. *Tournef. cor. 33?*
Habitat in Oriente. DD. Royen.
Facies E. angustifolii, sed Folia duplo latiora, ovato-oblongiuscula, vtrinque tactu mollia, subtus pallida, sed neutra pagina nitentia aut argentea. Flores non vidi.
- laevis. 4. RIVINA racemis simplicibus, floribus tetrandris, foliis glabris.
 Piercea foliis ovato-lanceolatis glabris. *Mill. dict.*
 Solanoides americana, circaea foliis glabris. *Tournef. act. 1706.*
Habitat in America. h.
Simillima R. canescens, sed glabra tota. Folia margine purpurascens.
- virgata. 1. STRVTHIOLA pubescens.
Habitat ad Cap. b. spei. h.
 Caulis prolifer. Ramis simplicibus, virgatis, subvillosis. Folia opposita, lanceolata, acuminata, glabra, striata, canaliculata. Flores axillares, solitarii, sessiles, longitudine folii, extus purpurascens.
- erecta. STRVTHIOLA glabra.
 Passerina dodecandra. *Sp. pl. 513. excluso synonymo.*
Habitat ad Cap. b. spei.
 Folia lanceolato-subulata, glabra, vti caulis et flores.
- Pteranthus. 4. CAMPHOROSMA ramosissima, pedunculis ensiformibus dilatatis, bracteis cristatis.
Habitat in Arabia. ☉.
 Radix fibrosa. Caulis herbaceus, articulatus, palmaris, dichotomus s. trichotomus, vnde ramosissimus. Folia linearia, subramosa teretiuscula, verticillata: duobus inferioribus paulo maioribus. Flores subsessiles, virides, parvi, cineti membrana bifida brevissima, e qua vtrinque Bractee imbricatae 3, foliaceae (quasi foliorum rudimenta). Capsula globosa, vestita calyce patulo bicorni at 2 aristis exterioribus calycis foliis.

Pedunculus membranaceus, dilatatus, maxime compressus. H. U.

V. PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

- violaceum. 9. ECHIVM corollis stamina aequantibus: tuba calycibus brevior.
- Echium sylvestre hirsutum maculatum. *Bauh. pin. 254.*
 Echium rubro flore. *Clus. hist. 2. p. 164.*
Habitat in Austria. ☉.
Simillimum E. vulgari, sed Corollae violaceae. Caulis magis diffusus. Stamina corollae non longiora, purpurea, tamen stylo albo piloso; Corollae tubus longitudine fere calycis; facies distincta. H. U.
- capitatum. 8. ECHIVM floribus capitato-corymbosis aequalibus, staminibus corolla longioribus, caule piloso, foliis hispida.
- Habitat ad Cap. b. spei. h.*
Caulis lignosus, ramosus, pilosus. Folia lanceolata, adspersa setis patulis, pellucidis, basi bulbosis. Flores dense in capitula terminalia congesti. Corollae regulares, infundibuliformes, vix Lycopsidis maiores. Stamina corollis et stylus staminibus duplo longior. D. Royen.
- Argusia. 1. MESSERSMIDIA. *Hort. vps. 36. Act. petrop. 1761. p. 315.*
Tournefortia fibirica. Sp. pl. 202.
Argusia montana. Annam. ruth. 38.
Habitat in Dauriae apricis, glareosis, aridis. 4. H. U.
- viscosa. 1. NIGRINA.
- Vasculifera viscosa, calyce maiore. *Pet. mus. 496. an?*
Habitat ad Cap. b. spei. Burmannus. 2.
Caules herbacei, erecti, sesquipedales, teretes, scabri, non articulati. Folia opposita, sessilia, lanceolata, scabra, dente vtrinque unico validiore versus basin; superiora sensim minor. Flores axillares, solitarii, penduli, pedunculati, pedunculo longitudine floris. Bractae in medio pedunculi, duae, oppositae, lanceolatae, flore breviores.

Obs. *Calyx Cucubali bacciferi. Corolla Lycopfidis pul-
lae. Herba Lythri. Planta tota exsiccatione atra.*

- longifo- 1. LISIANTHVS foliis lanceolatis.
lius. *Lisianthus erectus, foliis lanceolatis, floribus singu-
laribus terminalibus. Brown. iam. 137. t. 2. f. 1.
Rapunculus fruticosus linifolius, flore luteo specio-
so, foliis ex aduerso sitis. Sloan. iam. 58. hist. 1.
p. 157. t. 101. f. 1.
Habitat in Jamaicae syluis. b.*
- cordifo- 2. LISIANTHVS foliis cordatis.
lius. *Lisianthus foliis cordatis, acuminatis, petiolis bre-
uibus, floribus terminalibus quandoque geminis.
Brown. iam. 137.
Habitat in Jamaica. b.
Antecedentis nimis affinis.*
- Jalapa. 45. CONVOLVULVS caule volubili, foliis difformi-
bus cordatis angulatis oblongis lanceolatisque, pe-
dunculis vnifloris. †
*Conuoluulus foliis variis, pedunculis vnifloris, radi-
ce tuberosa. Mill, dict. n. 32.
Conuoluulus americanus Jalapium dictus. Rai. hist. 742:
Bryonia Mechochana nigricans. Bauh. pin. 298. prod.
137. Bauh. hist. 151.
Jalapium, Mechoacanna nigra. Dal. pharm. 291.
Habitat in Mexico, Vera cruce. †.
Semina hirsuta sunt. Haec vera Jalapa officinarum teste
Millero, qui huius radices ab Houstono accepit, et
Pharmacoeis Londinensibus vendidit.*
- sericeus. 46. CONVOLVULVS foliis lanceolato-ellipticis sub-
tus tomentoso-sericeis, pedunculis subumbellatis,
calycibus pilosis, caule volubili. *Burm. ind. t. 17. f. 1.
Habitat in India. b
Caulis volubilis, frutescens, laeuisculus. Folia alter-
na, petiolata, lato-lanceolata, supra nuda, subius to-
mentoso-sericea nitidaque, lineata, acuta. Pedunculi
axillares, longitudine petiolorum, umbelluliferi floribus
saepius 5, involucre ovato sericeo. Calyces maxi-
me pilosi.*
- anceps. 44. CONVOLVULVS foliis cordatis, caule volubili
vtrinque carinato.

Habi.

Habitat in Zeylona, Jaua.

Caulis uolubilis, anceps vtrinque carinatus, a folio ad folium. Folia ouata cordata oblonga laeuius. Mihi non floruit. H. U.

muricatus. 47. CONVOLVULVS foliis cordatis, pedunculis incrassatis calycibusque laeuius, caule muricato.

Habitat in Surate. Braad.

Similimus C. purpureo, sed caulis laeuis, adpersus aculeis inermibus. Folia indiuisa. Pedunculi saepius biflori, incrassati. Corolla purpurea, infundibuliformis, magis quam C. purpurei. Diuersus ab Ipomoea bona nox. H. U.

martini-
censis. CONVOLVULVS foliis ellipticis glabris, pedunculis vnifloris folio longioribus, caule repente. Jacq. amer. 26. t. 17.

Conuoluulus floribus axillaribus solitariis, foliis oblongis obtusis. Loeff. it. 231.

Habitat in Martnicae umbrosis, inundatis.

erinoides. 43. CAMPANVLA caulibus diffusis, foliis lanceolatis subserratis, decurrentibus linea scabra, floribus pedunculatis solitariis.

Campanula minor africana, erini facie, flore violaceo, caulibus erectis. Herm. iugdb. 100. t. III?

Habitat in Africa.

Similis Lobeliae erinoidi. Caules ramosissimi. Folia alterna, lanceolata, vix manifeste serrata, decurrentia vtrinque: margine minimo, aculeis ciliato. Flores ramulos terminant solitarii, pedunculati, erecti. Germen laeue. Stylus trifidus.

tridentata. 42. CAMPANVLA capsula quinqueloculari obiecta, caule vnifloro, foliis radicalibus tridentatis. Schreb. dec. 3. t. 2.

Campanula orientalis pumila repens, flore magno. Tournes. cor. 3.

Habitat in Oriente.

Folia Radicalia Statice reticulata, lanceolata, cuneiformia, apice saepe subtridentata. Caulis foliis duplo longior, foliis aliquot linearibus. Flos erectus; maiusculus, solitarius. Calyx sinubus, reflexis germen tegentibus.

spinosa. 3. MVSSAENDA spinosa, floribus sessilibus aggregatis. *Jacq. amer. 70. t. 49. †.*
Habitat in Martinicae, Carthagenae syluis. †.
Ramuli ultimi Spinis quaternis, cruciatim positis. Flores terminales, quatuor, conferti.

formosa. 2. MVSSAENDA inermis, floribus solitariis sessilibus. *Jacq. amer. 70. t. 49. †.*
Habitat in Carthagenae sylvaticis. †.
Folia opposita. Corollae tubus longissimus, hirsutus.

hexandra. 2. PORTLANDIA floribus hexandris. *Jacq. amer. 63. t. 182. f. 20.*
Habitat in Carthagenae syluis. †.
Folia huius basi aequalia; P. grandiflorae vero inaequalia.

boerhau. 13. VERBASCUM foliis sublyratis, floribus sessilibus. *Verbasum foliis radicalibus ovatis petiolatis, caulibus oblongis sessilibus subtus tomentosis ferratis. Mill. ic. t. 273.*
Verbasum, blattariae foliis, nigrum, amplioribus floribus luteis, apicibus purpurascens. Boerh. lugdb. 1. p. 228.
Habitat in Europa australi.
Folia sessilia, minime decurrentia, spatulata, basi angustiore, sinuata, vix tamen lyrata, supra nudiuscula, subtus subtomentosa. Spica similis V. Thapsi, floribus sessilibus, non confertissimis, sed ad bracteas singulas pluribus maioribusque. Corollae luteae genitalibus purpureis. H. U.

muticus. 6. HYOSCYAMUS foliis petiolatis ovatis acutangulis, calycibus muticis, bracteis indivisis. *Hyoscyamus albus aegyptius. Alp. exot. 193. t. 192?*
Habitat in Aegypto, Arabia. ♂.
Caulis pedalis, crassitie digite, erectus, teretiusculus, subpubescens: Ramis axillaribus, brevioribus. Folia alterna, petiolata, ovata, obtuse sinuata, acutius utrinque biangulata, acuta, laevia, integerrima, pallefcentia: Petiolis pubescentibus. Floralia folia subpetiolata, ovata s. ovato-oblonga, integra, alternis floribus bina, alternis solitaria. Racemus secundus apice insuruato. Calyx campanulato-infundibuliformis, quinquefidus: laciniis latiusculis, minimeque spinosis. Corolla

rolla calyce paulo longior, non vero latior, subcampanulata, quinquefida: laciniis 3 superioribus latioribus; inferioribus 2 minoribus, profunde separatis; color corollae primum extus viridis, demum albidus; intus atropurpureus, laciniis infimis 2 albidis; ultimo corolla tota alba immaculata euadit. Stamina 5 declinata, purpurea, corolla paulo longiora. Pistillum longius, declinatum. H. U.

Scopolia. 7. *HYOSCYAMVS* foliis ouatis integris, calycibus inflatis campanulatis.

Atropa caule herbaceo foliis ouatis integris, calycibus erectis, fructu capsulari. *Scop. carn. 288.*

Scopola carniolica. *Jacq. spec. t. 20.*

Habitat circa Idr'am in syluis. *Wilke. 24.*

Simillimus *Atropæ Belladonnæ*, sed *Caulis* vix ultra pedalis, dichotomus. *Folia* alterna, passim opposita, petiolata, lanceolato ouata, nuda, integra. *Pedunculi* axillares, filiformes, uniflori. *Flores* pendulati. *Calyx* quinque fidus laeuis muticus. *Corolla* campanulata. *Filamenta* hirta, recta. *Pistillum* staminibus longius. *Capfula* globosa, circumscissa bilocularis. H. U.

insanum. 30. *SOLANVM* caule aculeato herbaceo, foliis ouatis tomentosis, pedunculo pendulo apice incrassato, calycibus aculeatis.

Solanum calycibus aculeatis, foliis ouatis integerrimis tomentosis. *Hort. clif. 61. Hort. vpf. 49. Fl. zeyl. 93.*

Solanum foliis multifidis segmentis oppositis, caule foliis & fructu aculeatis. *Gron. orient. 62.*

Solanum spinosum, fructu rotundo. *Bauh. pin. 167.*

Solanum pomiferum magno fructu ex albo et atropurpureo nitente, foliis et calyce spinosis. *Pluk. alm. 550. t. 226. f. 3. Morif. hist. 3. p. 524. f. 13. t. 2. f. 2.*

Habitat in Indiis. ☉.

Simillimum *Melongenæ*; *Caule* vix ramoso, tomento stellato, foliis subsinuatis; *Pedunculis* solitariis unifloris pendulis incrassatis; *Pomis* magnis.

Differt *Caule* aculeis sparsis; *Foliis* vtrinque aculeis raris rectis; *Calyce* multum aculeato.

lycioides. 34. *SOLANVM* caule spinoso fruticoso, fol. ellipticis. *Habitat* in Peru? ♀.

Fru.

Frutex facie Lycii. Caulis inermis ramis omnibus in spinam desinentibus. Folia parua, lanceolato-ouata, f. lato-lanceolata, minus acuta, vtrique laeua, petiolata. Corollae rotatae, leuiter quinquefidie, absque tubo. Calyx dentibus quinque, acuminatis. Antherae corolla breuiores, luteae, erectae, apice dehiscentes. Stigma adscendens. Flores laterales, solitarii.

hauanen- 32. SOLANVM caule inermi frutescente, foliis lanceolatis nitidis integerrimis, pedunculis subbifloris. *Jacq. amer. 49. t. 35.*

Habitat in Martinicae syluis vmbrosis, maritimis. ♀.
Flores et Baccae caeruleae,

racemo- 33. SOLANVM caule inermi frutescente, foliis lanceolatis repandis undulatis, racemis longis rectis. *Jacq. amer. 50. t. 36.*

Habitat in Martinica. ♀.

Simillimum S. bahamensi. Flores albi. Baccae rubrae.

baccatum. 3. CAPSICVM caule fruticoso laeui, pedunculis geminis. Capsici frutescentis β huc amandanda.

Habitat in Indiis. ♀.

Differt parum a C. fruticoso: Caule teneriore, magis frutescente, nec scabriusculo. Baccis minimis, ouatis, magnitudine Ribeos; nec magnitudine Cerasi. Ramis diuaticatis; nec angulo recto exeuntibus. Calycibus dentibus subulatis patulis: nec obsoletis.

grossum. 4. CAPSICVM caule suffrutescente, fructibus incrassatis variis.

Capsicum fructu longo, ventre tumido; per summum tetragono. Tournes. inst. 152.

β . *Capsicum fructu bifido. Tournes. inst. 152.*

Habitat in India. 4 - ♀.

Simillimum C. annuo; sed Caulis perennans, spithamæus, subramosus. Fructus relatione ad plantam maximus, Mali fere magnitudine, varia in variis indiuiduis forma, solitarius, erectus. H. U.

europae- 3. LYCIVM foliis obliquis, ramulis flexuosis teretibus. um. *Lycium foliis cuneiformibus. Vir. cliff. 14. Sp. plant. 1. p. 192.*

Iasminoides aculeatum, falicis folio, flore paruo ex albo purpurascente. Mich. gen. 224. t. 105. f. 1.

Rhamnus spinis oblongis, flore candicante. Bauh. pin. 177.

Habi-

Habitat in Europa australi. \mathfrak{H} .

Differt a L. barbaro, quod per se recta stare valet; quod folia, etsi lanceolata, non plana, sed obliqua s. flexuosa; quod ramuli flexuosi, minime angulati vlla linea a petiolo decurrente; superficie non glabra, sed subtomentosa; et quod spinæ ex omni gemma, A. L. afro foliis lanceolatis, ramulis flexuosis, teretibus omnino differt. H. U.

- Melano- 4. **SIDEROXYLON** inerme, fol. perennantibus lanceolatis, pedunculis angulatis.
 phleos. *Padus foliis oblongis, fructu solitario.* *Burm. afric. 238. t. 84. f. 2.*
Laurifolia africana. Comm. hort. 1. p. 195. t. 109.
Habitat ad Cap. b. spei. David. de Royen. \mathfrak{H} .
Simillima arbor S. inermi Ramis crassis (sed non striatis aut punctis verrucosis). Foliis perennantibus, Pedunculis brevissimis (sed non teretibus). Burmanni figura hanc potius, quam S. inerme refert. Dentes inter Stamina nulli.
- decan- 5. **SIDEROXYLON** spinosum, foliis deciduis ellipti-
 drum. cis.
Habitat in America septentrionali. Munchausen, Lib. Bar.
Arbor. Spinæ axillares, solitariae. Folia alterna. Pedunculi axillares, uniflori, plurimi, petiolis paulo longiores. Calyx 5-fidus, obtusus. Corolla infundibuliformis, 5-fida, obtusa. Laciniis concavis vix explicatis. Nectarium 5-phyllum, serratum, breue, ad singulam corollae laciniam singulo lobo adnato. Stamina 10. subulata, longitudine nectarii. Antherae sagittatae. Germen globosum. Stylus filiformis. Stigma minimum. Bacca nigra, globosa, 3 s. 5-locularis, abotiens plerumque. Simile est S. lycioidi, sed ab eo aut specie aut cultura nimis varians.
- tenax. 6. **SIDEROXYLON** inerme, foliis deciduis lanceolatis subtus tomentosis, pedunculis filiformibus.
Habitat in Carolinae siccioribus. D. Garden.
Arbor 20 pedum, cortice albicante, ramis tenacissimis. Gemmae alternæ, e singulis Pedunculi pollicares, numerosi, uniflori. Folia intra s. inter pedunculos 5. s. 6, petiolata, oblonga, obtusiuscula, integerrima, subtus

subtus subtomentosa, digiti longitudine et latitudine, consistencia, annua. Flores parui. Calyx ouatus: foliolis 5, ouatis, obtusis, exterioribus latioribus, conuenientibus. Corollae tubus longitudine calycis. Limbus 5-partitus, laciniis ouatis, calyce breuioribus. Nectarium in fauce corollae, corolla paulo minus, quinquepartitum: foliolis trifidis, media fere longiore. Stamina longitudine corollae. Germen pentagonum. Stylus et Stigma simplex. Drupa oualis. Nux ouata, nitida, basi foraminibus duobus, septo arcuato distinctis. Statura Cerysophylli s. Achras: variat spinis breuissimis, hinc inde in ramulis.

fœtidissi- 7. SIDEROXYLON inerme, foliis suboppositis, flo-
mua. ribus patentissimis. *Jacq. amer. 55. †.*

Habitat in Domingo. †.

Folia subalterna, lineolato-oblonga, obtusa, nitida. Pedunculi axillares, uniflori, copiosi.

infectori- 21. RHAMNVS spinis terminalibus, floribus quadri-
us. fidis dioicis, caulibus procumbentibus. *Ger. prou. 462. **

Rhamnus catharticus minor. Bauh. pin. 478.

Lycium gallicum. Bauh. pin. 478. Bauh. hist. 1. p. 58.

Spina infectoria pumila I. Clus. hist. 1. p. 111.

Habitat in Hispania, Gallia, Italia. †.

Frutex procumbens. Styli stigmata 2, reflexa. Differt a R. cathartico, corollae laciniis longitudine tubi, nec longioribus. Gerard.

pumilus. 22. RHAMNVS inermis repens, flor. hermaphroditis;
fol. serratis. *Turr. diar. ital. 120.*

Frangula montana pumila saxatilis, fol. subrotundo: Tournes. inst. 612. Segu. veron. 2. p. 296.

Frangula minima rupestris pruno syluestri affinis americanae foliis. Rai, dendr. 65.

Habitat in Mont. Baldo †.

‡. *Differt a Frangula caulibus saxi adhaerentibus, foliis serratis; a R. alpino fl. hermaphroditis.*

lucidus. 6. CELASTRVS foliis ovalibus nitidis integerrimis
marginatis.

Euonymus aethiopicus, alaterni foliis rotundioribus duris et non crenatis. Pluk. alm. 139. t. 280. f. 3.

Habitat ad Cap. b. spei. DD. Royen. 5.

Frutex erectus: Ramis fuscis, duris. Folia alterna, ovata s. obouata, obtusiuscula, venosa, lucida, brevissime petiolata, margine integerrimo reflexo. Pedunculi axillares, conferti, simplices, folio breviores. Petala concava. Stamina corolla breviora. Stylus crassus. Stigmata tria, diuergentia.

cupressi- 10. DIOSMA foliis ovatis triquetris imbricatis, flori-
na. bus terminalibus solitariis sessilibus.

Habitat ad Cap. b. spei. 5.

Rami filiformes, erecti, alterni, tecti Foliis imbricatis, alternis, ovatis, minutis (Ericae), exacte triquetris, subscabris, sessilibus, erectis, apice calloso colorato terminatis. Flos terminalis, sessilis. Calyx membranaceus, lanceolatus, erectus. Petala (saepe 4) quinque, obouata, calyce duplo longiora, sensim in vngues desinentia. Stamina 5, erecta, longitudine calycis.

racemi- 1. CYRILLA.
flora.

Habitat in Carolinae pinetis humentibus. D. Garden. 5.

Frutex orgialis: Caule Ramisque compositis, s. ex apicibus annotinis tantum ramosis. Folia alterna, petiolata, exstipulata, lanceolata (Ligustri), integerrima, glabra, supra subtilissime venosa. Racemi plures, terminales, rami praecedentis anni, penduli, spithamaei, bracteis setaceis, longitudine pedicellorum. Flores albi. Petala disco longitudinali villosa.

brachia- 8. ACHYRANTHES caule herbaceo erecto brachia-
ta. to, foliis oppositis glabris lanceolato-ovatis, spicis tomentosis lateralibus-

Habitat in Suratte. 5.

Caulis pedalis, herbaceus, laevis, erectus, Ramis brachiatis. Folia Achyranth. ficulae, opposita, glabra, petiolata, lato-lanceolata. Spicae parvae, albo tomentosae, confertae, inaequales, similes Achyr. lanatae, sed minores. H. U.

alterni- 9. ACHYRANTHES caule herbaceo, floribus spica-
folia. tis remotis, calycibus squarroso-patulis, foliis alternis.

Habitat in Aegypto, Arabia. ☉:

Planta erecta, facie Celosiae. Folia alterna, petiolata, ovata s. cordata, laevis, petiolis subciliatis. Pedunculi

culi axillares, pentagoni, foliis longiores. Spica floribus distantibus.

dichotoma. 10. ACHYRANTHES caulibus suffruticosis, fol. linearibus planis, floribus cyma dichotoma.

Habitat in Virginia.

Caulis suffruticosus, articulatus, teretes, diffusi. Folia opposita, linearia, plana, acuta, margine scabra, articulis caulinis duplo longiora, stricta, patula. Stipulae oppositae, membranaceae, lanceolatae, foliis latiores, longitudine articulorum, persistentes, intra foliaceae. Cyma una alteraque, terminalis, quadripartita, dichotoma. Calyces monophylli, 5-partiti: foliolis subulatis, striatis, rigidis, extra apices aristatis. Corolla nulla. Stamina intra singula foliola calycis singula. Stylus simplex. Capsula monosperma. Similis Achyranthi corymbosae.

arabicum. 11. ILLECEBRVM floribus sparsis congestis bracteis nitidas aequantibus, caulibus procumbentibus.

Habitat in Arabia. Forrskahl.

Simillimum J. Paronychia, at Flores non in capitula terminalia, sed per totum caulem sparsa congestaque, bracteis non flore longioribus. Stamina basi connexa vixculo quinquedentato, dentibus staminibus interpositis. Styli duo. Folia Paronychia, sed angustiora, H. U.

alsinifolium, 12. ILLECEBRVM floribus congestis bracteis nitidis, caulibus diffusis, foliis ovatis.

Paronychia hispanica supina alsinifolia, capitulis minoribus. *Tournef. hist. 508.*

Habitat in Hispania.

paniculatum, 7. THESIVM totum paniculatum.

Habitat ad Cap. b. spei.

Caulis sublignosus, pedalis, totus quantus in paniculam floriferam effusus, more Galii. Folia minuta, linearia, alterna, supremaque subulata. Flores minuti, pedunculati. Calyx interus, 3 f. 4 f. 5-fidus, sed ipatio remotus, unde non proprius; Calyx superus ut in congeneribus. Fructus facie Coriandri. Multi flores abortiunt.

ventosa. 1. PLECTRONIA.

Rhamnus foliis subrotundo-acuminatis, fructu racemoso. *Burm. afr. 257. t. 94.*

Habitat ad Cap. b. spei. h.

Arbor Ramis tetragonis. Folia opposita, petiolata, lanceolato-ouata, integerrima, laeuis, internodiis longiora. Corymbi capillares, brachiati, foliis breuiores.

bispinosa. 2. ARDVINIA.

Lycium foliis cordato-ouatis oppositis sessilibus perennantibus, spinis crassis bigeminis, floribus confertis. *Mill. ic, t. 300.*

Habitat ad Cap. b. spei. h.

Frutex dichotomus. Spinae 2, bigeminae s. bis bifidae, erectae. Folia subsessilia, opposita, cordata, integerrima, perennia. Flores terminales, conferti s. fasciculati, albi. Baccae rubrae. Facies inter Randiam et Peneam media.

Carandas. 1. CARISSA.

Carandas. *Rumph. amb. 7. p. 57. t. 25. vide Pluk. phyt. 305. f. 4.*

Habitat in India. h.

Arbor Ramis dichotomis. Folia opposita, petiolata, obtusa, laeuis, integerrima. Spinae axillares (non tamen ex omnibus alis), oppositae, foliis breuiores, patentes. Pedunculi subterminales, gemini, triflori pedicellis aequalibus. Flores Jasmini facie.

foetida. 1. PAEDERIA.

Conuoluulus foetidus. *Rumph. amb. 6. p. 436. t. 160.*

Habitat in India. 24.

Caulis volubilis, laeuis. Folia opposita, petiolata, cordata, oblonga, integerrima, laeuis. Paniculae axillares, brachiatae.

caudata. 10. ECHITES corollis infundibuliformibus: apicibus linearibus longissimis. *Burm. ind. t. 24.*

Habitat in India. h.

Arbor. Folia opposita, petiolata, lanceolato-elliptica, integerrima, nuda. Flores axillares, pedunculati, erecti, magnitudine Nerii, infundibuliformes: Limbo quinquesido, erecto, terminato apicibus linearibus, longissimis, corolla tota longioribus, quibus ab omnibus notis plantis differt.

- scholaris. 11. ECHITES foliis subuenticillatis oblongis, folliculis filiformibus longissimis, umbellis compositis. Lignum scholare. *Rumph. amb. 2. p. 246. t. 82.*
Habitat in India ☿.
 Arbor ramis ad genicula tantum foliatis. Folia verticillata, ad genicula 5 s. 7, ovali lanceolata, coriacea transuerse striata, integerrima, petiolata. Pedunculi aliquot inter folia enati, longitudine foliorum. Umbella composita: Flores parui: Folliculi bini, sessipedales, filiformes, foliis triplo longiores; adeoque longiores ullis folliculis notis.
- grandiflora. 5 TABERNAEM, foliis oppositis, caule dichotomo, calycibus inaequalibus laxissimis. *Jacq. amer. 40. t. 31.*
Habitat Carthagenae.
 Folia lanceolato-ouata, Pedunculi subtriflori. Calycis folia scariosa, alba: exteriora 2 cordata; reliqua angusta.
- cymosa. 6. TABERNAEM, foliis oppositis, floribus cymosis. *Jacq. amer. 39. t. 181. f. 14.*
Habitat Carthagenae.
 Folia semipedalia. Cymae densae, connexae. Folliculi rubescentes pulpa aurantia.

DIGYNIA.

- glabra. 1. PERGVLARIA foliis ouatis glabris. Flos pergulanus. *Rumph. amb. 5. p. 51. t. 29. f. 2.*
Habitat in India. ♀.
 Caulis volubilis, laeuis. Folia opposita, petiolata, ovata, acuta, integerrima, glabra. Pedunculi axillares, subdiuisi, alterni.
- tomentosa. 2. PERGVLARIA foliis cordatis tomentosis. *Habitat in Arabia.* Forstkahl. ♀.
 Caulis volubilis, teres, tomentosus. Folia opposita, petiolata, cordata, acuta, integerrima, glabra. Umbellulae axillares, alternae, pedunculatae. Corollae figura *Kalmiae.* H. U.
- planiflorum. 6. CYNANCHVM caule volubili, foliis cordatis glabris subtus tomentosis, pedunculis subracemosis. *Jacq. amer. 82. t. 55.*
Habitat Carthagenae. ♀.

- racemosum. 7. CYNANCHVM caule volubili, foliis cordatis glabris acutis, racemis simplicibus. *Jacq. amer. sr. t. 54.*
Habitat Carthagenae. 24
- maritimum. 8. CYNANCHVM caule volubili, foliis cordatis hirsutis subtus tomentosis, pedunculis aggregatis. *Jacq. amer. 86. t. 56.*
Habitat in Terra Bomba. 24.
Planta hirsuta. Pedunculi plures, uniflori, congesti tanquam in umbellulam sessilem. Corolla atropurpurea.
- vndulatum. 9. CYNANCHVM caule volubili, foliis lanceolatis glabris, umbellulis globosis. *Jacq. amer. 85. t. 58.*
Habitat Carthagenae. 24
Planta glabra.
- polyclo-
nos. 12. SALSOLA sublignosa diffusa, foliis oblongis, calycibus marginatis glomeratis coloratis.
Anthylloides rotundifolia sicula, euphrasiae floribus rubentibus. *Bocc. mus. 2. p. 34 t. 34.*
Pedicularis minima polyclonos humifusa. *Barr. rar. 214. t. 275.*
Habitat in Siciliae Hispaniae maritimis.
Caules subligrosi, ramosissimi, diffusi. Folia oblonga, carnosa, mutica. Flores axillares terminalesque, glomerati, sessiles. Calyx infundibuliformis, quinquepartitus, membranaceus limbo plano, paruo, colorato.
- muricata. 13. SALSOLA frutescens ramulis hirsutis, calycibus spinosis,
Chenopodium maritimum, ramulis virgatis. *Buxb. cent. 3. p. 27. t. 49.*
Habitat in Europa australi, Aegypto. 6.
Suffrutescens, patula planta, similis S. prostratae. Caulis minus pubescentes. Folia linearia, mutica, hirsuta, albida. Calyces axillares, sessiles, parvi, monophylli, glabri, cartilaginei: radiis 5, subulatis, mucronatis, pungentibus; in cuius fundo hirsuto latet semen nigrum.
- jauana. 1. STERIS.
Habitat in India. 24.

Planta herbacea, *statura* Capfici. Caulis herbaceus, ramosissimus, laevis. Folia alterna, petiolata, ovali-oblonga, integerrima, acutiuscula, laeuis. Pedunculi nunc oppositifolii, nunc axillares, nunc terminales, subdivisi aut uniflori. Corollae caeruleae, magnitudine Capfici.

maritima. 30. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, stylis geminis, caule dichotomo paucifloro *Ger. prou. 311.*

Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule simplici apice dichotomo, floribus pedunculatis. *Gouan. monf. 35.*

Centaurium luteum pusillum non perfoliatum. *Bauh. pin. 278.*

Centaurium minus luteum latifolium et angustifolium non perfoliatum. *Bocc. mus. 2. p. . . t. 76. Barr. ic. 468. 469,*

Centaurium luteum nouum. *Col. ephr. 2. p. 78. t. 77. Habitat in Italiae, Galliae australis maritimis. ☉.*

Similis G. Centaurio, sed flores pedunculati, lutei. Folia vineruia, nec trineruia.

pyrenai- 29. GENTIANA corolla infundibuliformi-decemfida
ca. aequali: laciniis exterioribus rudioribus.

Habitat in Pyrenaeis. 24.

Simillima G. vernae, sed Corolla non 5-fida, verum aequaliter 10-fida, laciniis obtusis: alternis s. exterioribus subtus viridibus; omnibus intus caeruleis. Folia linearia s. lineari-lanceolata. Caulis perennis, procumbens ramis crectis, unifloris, flore longitudine rami.

peregrinum. 8. TORDYLIVM feminibus sulcatis rugosis plicatis, inuolucro vniuersali monophyllo subtrifido.

Caucalis peregrina, femine rugoso. *Bauh. pin. 153.*

Caucalis hispanica. *Cam. hort. 37. t. 11.*

Habitat in Oriente. D. Arduini.

Caulis laevis, ramosus. Folia Cerefolii. Umbella vniuersalis radiis subtribus; partialis subseptenis. Inuolucrum folio vnico lineari; Inuolucella foliolis 5, longitudine flosculorum. Flosculi omnes fertiles, flosculosi, albi. Semina ouata, subcompressa, sulcis 3 profundis, qui lateribus lameliato plicati sunt.

copticum. 3. AMMI foliis supradecompositis linearibus, seminibus muricatis.

Habitat in Ægypto. Forstkähl. O.

Statura *Anethi*, viridis. Caulis laevis, striatus. Folia tripinnata, oblonga, laevia, linearia. Umbella umbellulaeque radiis 10, non magnae. Involucrum foliolis 5, linearibus, longitudine radiorum: variis trifidis. Involucella foliolis 7, acutis, linearibus, indivisis: interioribus 4 brevissimis; reliquis longitudine radiorum. Corollae albae, aequales, quinquangulae. Fructus ovatus, undique muricatus. Semina striata, 5 torulis, undique muricata, magis gibba quam lata, aromatica. H. U.

rigens. 4. CONIVM seminibus submuricatis, pedunculis sulcatis, foliis canaliculatis obtusis.

Habitat ad Cap. b. spei. D.

Similis C. africano, sed maius, erectum, rigens. Caulis purpurascens, striatus, rigidus, erectus, diffusus, ramosus, striatus. Pedunculi striati (africani laeves). Petioli longitudiniter canaliculati (africani teretes). Folia bipinnata, subcarnosa, canaliculata, parva, obtusiuscula, coarctata, caesia ut Rutae; non semper oppositifolia. Flosculi omnes fertiles (africani multi steriles), albi. Semina rubicunda, muricata, simulque striata (ut in C. europeo): vix centrale sessile (ut C. africano). H. U.

fibrica. 10. ATHAMANTA foliis pinnatis inciso-angulatis.

*Hort, Vpf. 60. * sub Selino.*

Habitat in Sibiria. 4.

Simillima A. Ceruariae, cum qua in speciebus coniunxi; collatis ultimo utrisque video eas nonnihil differre et distinctas esse. H. U.

simplex. 10. LASERPITIVM scaponeudo aphylo, foliis pinnatis multifidis linearibus acutis, umbella femiglobosa.

Laserpitium foliis multifidis lanceolatis, radiis umbellae trifidis. *Hall. emend. III. n. 202.*

Habitat in Alpibus austriacis. D. Jacquin.

Folia pinnata: pinnis multifidis, incisis, angustis, acutis.

angustifo-6. **HERACLEVM** foliis cruciato-pinnatis : foliolis linearibus, corollis vniformibus.

Sphondylium hirsutum, foliis angustioribus. *Bauh. pin. 157. prodr. 83. Riv. pent. 5.*

Sphondylium hirsutum minus, foliis tenuiter laciniatis. *Pluk. phyt. 63. f. 3.*

Habitat in Suecia, Anglia. 24.

Obs. Heracleum angustifolium. Jacq. vind. 217. t. 2. f. 1, 2 vix diuersum videtur.

Statura H. Sphondyli, sed foliola angustissima, linearia, ad petiolum communem pinnata cruciatim, scilicet ad singula genicula quaterna: anteriore folio basi lobato. Ob Corollas virides vniformes remoueo nunc hanc a Sphondylio.

trichosperma. 9. **SCANDIX** feminibus hirsutissimis : pilis semine duplo longioribus.

Habitat in Aegypto. D. Ant. Turra. ☉.

Caules plures, obliqui, semipedales, ramosi, flexuosi, fere glabri. Folia bipinnata, glabra, subtus pallidiora: Foliolis ovato-lanceolatis, inciso-ferratis, margine scabris: petiolis subpilosis. Pedunculi oppositifolii. Umbella vniuersalis radiis 3 s. 4, inaequalibus; partialis 10 s. 12, subaequalibus. Inuolucella partialia foliolis 7, subulatis, longitudine umbellulae. Flores conformes, carnei, fertiles. Semina pilosissima, pilis semine duplo longioribus.

coloratum. 8. **CHAEROPHYLLVM** caule aequali, foliis supra-decompositis, inuolucellis coloratis.

Myrrhis perennis lutea daucoides. Morif. hist. 3. p. 302. f. 9. t. 10. f. 6. Pluk. phyt. 100. f. 5. forte.

Habitat in Illyria. D. Arduini.

Caulis teres, hirsutus, imprimis inferne. Folia Selini Thysselini, adspersa pilis raris. Umbella Chaer. syluestris. Inuolucella ovata, acuminata, luteo-colorata vt in Bupleuris, longitudine pedicellorum. Floresculi varii steriles. Fructus Ch. aurei, sed tenuius striati, a quo differt omnino foliolis pilisque diuersis.

garganica. 5. **THAPSIA** foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis lanceolatis.

Thapsia s. Turbith garganicum, semine latissimo. Bauh. hist. 3. p. 50.

Thapsia thalictri folio. Magn. monsp. 287. t. 286.

Habitat in Barbaria, Gargano Apuliae. Gouan. 24.
Folia glabra, pinnata: Foliola sessilia, subtus pallidiora, pinnatifida s. pinnato-partita: Laciniis lanceolatis, distantibus, parum reflexatis, integerrimis, exceptis infimis iterum tripartitis.

lucida. 3. PASTINACA foliis simplicibus cordatis lobatis acute crenatis lucidis.

Pastinaca folio quasi libanotidis latifoliae. Boerh. lugdb. 1. p. 67.

Habitat in Europa australi. 24.

Caulis laevis, sesquipedalis et ultra. Folia cordata, sublobata, rigidula, rugosa, lucida, margine acute crenulata s. serrata. Petala lutea, integra, acuta, inflexa. Semina compressa, orbiculata. H. U.

dichotoma. 5. PIMPINELLA pedunculis oppositifoliis, foliis floriferis bitrifidis, petiolis alato-membranaceis.

Habitat in Hispania.

Planta semipedalis, ramosissima, dichotoma. Folia inferiora triternata, superiora biternata, fere linearia, breviora, acuta: Petiolis vtrinque auctis membrana latiore, quam in reliquis, plane membranacea, alba. Pedunculi oppositifolii, folio multo longiores, ex omnibus alis singuli, unde copiosi. Umbellae vniuersalis radii 5 s. 6. Petala alba, incuruo-emarginata. Fructus subglobosi, striati.

TRIGYNIA.

Sidoides. 4. TVRNERA pedunculis axillaribus bifetis, foliis obouato-cuneatis ferratis.

Habitat in Brasilia. D. Arduini.

Caules palmares, simplices, pilosi. Folia alterna, sessilia, cuneato-obouata, profunde serrata, versus basin integerrima, vtrinque leuissime tomentosa, subtus venis margineque pilosa. Flores axillares, solitarii, brevissime pedunculati. Bracteae in pedunculo binae, oppositae, lineares, hirtae, longitudine calycis. Calyx turbinatus, quinquefidus, pilosus. Petala obouata, calyci inserta. Stamina 5, petalis dimidio breviora. Styli tres.

Conuenit cum Turn. cistoide Caule piloso: sed illa caret Bracteis tomentoque foliorum.

PENTAGYNIA.

- incana. 14. **STATICE** scapo paniculato, foliis lanceolatis trineruibus subundulatis, paniculae ramulis angulatis.
Habitat in Arabia Forshahl. 2.
 Folia radicalia, elliptico-lanceolata, trineruia, incana, subundulata, apice mucronata. Scapus teres Ramis triangularibus. Flores albi. H. U.
- minuta. 15. **STATICE** caule suffruticoso folioso, foliis cuneatis glabris muticis, scapis paucifloris.
 Limonium maritimum minimum. *Bauh. pin. 192. prodr. 99. Bocc. sic. 26. t. 13. f. 3.*
 Limonium fruticosum minimum glabrum. *Pluk. alm. 221. t. 200. f. 5.*
 Limonium ficulum, folio cordato. *Bocc. sic. 64. t. 34.*
Habitat ad Mare Mediterraneum. b.
 Plantae longitudo vix digiti. Flores pallide rubentes.
- purpurata. 16. **STATICE** caule subfolioso, foliis obouato-cuneatis trineruibus mucronatis.
Habitat ad Cap. b. spei. 2.
 Folia radicalia, obouato-lanceolata, laeuiua, petiolata, obtusa, mucrone terminali; caulina pauca. Scapus subnudus, ramosus. Calyces purpurascens radiis 5 sanguineis. Corollae purpurascens. Simillima S. Limonio, sed folia obtusiora. Flores duplo maiores colorati. Folia in scapo supra radicem nonnulla.
- pruinosa. 17. **STATICE** caule flexuoso ramoso furfuraceo.
 Limonium galliferum, foliis cylindratis. *Shaw. afr. 369.*
Habitat in Palaestina.
 Caulis flexuosus ramis alternis, caule breuioribus; teres, furfuraceus, ut tota planta. Stipula sub singulo ramo lanceolato-subulata, laeuior. Rami similes caulis ramulis geminis obtusis geniculatis. Folia radicalia non vidi, nec fructificationem (pulchre rubram Shaw, qui Ramulos pro foliis habuit).
- verticillata. 1. **MAHERNIA.**
Habitat ad Cap. b. spei. b.
 Caulis fruticosus, diffusus Ramis filiformibus. Folia verticillata, saepe 8 a 10, linearia, vix diuisa aut pinnatifida. Modus fructificandi Hermanniae, terminalis, pedunculis saepius bifloris. Flores lutei.
Obs.

Obs. Nectaria demas petalis, eaque addas staminibus, habebis Hermanniam, quamvis paradoxam foliis verticillatis. Mira metamorphosis generica!

flava.

19. CRASSVLA foliis planis connato-perfoliatis lacuibus, floribus corymboso-paniculatis.

Crassula foliis teretibus, floribus in infimo caule luteis. *Burm. afr. 37. t. 23. f. 2.*

Sedum africanum umbellatum, flore flavescente, glabrum. *Pluk. alm. 340. t. 314. f. 2.*

Habitat ad Cap. b. spei, h.

Caulis erectus, Crassulae coccineae, perfoliatus foliis non ciliatis. Flores fasciculati, sed singuli pedicellati. Petalis flavis, erectis-

pruinosa.

20. CRASSVLA caule fruticoso dichotoma, foliis subulatis pruinoso-scabris, floribus subcorymbosis.

Habitat ad Cap. b. spei. h.

Frutex pedalis, dichotomus Ramulis teretibus, sanguineis, adpersis, uti tota planta, pruina crystallina. Folia opposita, linearia, carnosae, supra plana, longitudine internodiorum, pruinosa, obsolete connata. Corymbi terminales, inaequales, parvi. Petala alba, lanceolata, patentia.

glomera-
ta-

21. CRASSVLA caule herbaceo dichotomo scabro, foliis lanceolatis, floribus ultimis subfasciculatis, petalis calycibus minoribus.

Ficoides africana annua minima muscosa. *Herm. par. 170.*

Habitat ad Cap. b. spei. O.

Caulis herbaceus palmaris, erectus, dichotomus, scaber, teres, purpurascens. Folia opposita, lanceolata, carnosae, sessilia, potentissima, acutiuscula. Flores e dichotomia solitarii, subpedunculati, solitarii, magnitudine Polycarpi. Flores terminales ramulorum conferti in capitula, ut in Valer: Locusta aut Sclerantho. Calyx monophyllus, quinquepartitus; foliolis ovatis, conuexis, acutis, erecto patulis. Petala 5, ovata, alba, calyce triplo minora adeoque minuti. Stamina 5. Petalis $\frac{1}{2}$ minora, antheris luteis. Pistilla 5. Styli vix vlli. Stigmata staminibus breviora.

Folia passim basi subciliata. Planta adulta rufescens exceptis petiolis. H. U.

obuallata. 21. CRASSULA foliis oppositis sublanceolatis cultratis sessilibus approximatis.

Habitat ad Cap. b. spei. b.

Simillima est C. cultratae, et crassioribus maxime affinis ob flores, cuius petala alba spatulata, apice aristata globo, ut in cultrata, nec unquam explicanda, sed differt Caule palmari, breuiore patente. Foliis duplo longioribus maioribusque minime basi contractis, oppositioribus consertissimis nec spatio remotis, marginibus, imprimis recentiorum, tenuissime crenulatis, minime obliquis ut in illa.

fruticulo-20. CRASSULA foliis subulatis acutis patentibus subrecuruis.

Habitat ad Cap. b. spei. b.

Statura accedit ad Crassulam tetragonam, sed differt, quod Caulis pedalis, nec 3f. 4-pedalis; erectus, viridis, nec rufescens; ramis angustis fere filiformibus. Folia opposita, horizontalia, oblonga, teretia, acuminata, supra non depressa, potius subtus; et parum retrorsum arcuata, ut referat Salsolam fruticosam. Flores mihi non dedit. H. U.

VI. HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

papilionacea-4. TRADESCANTIA repens laeuis, spatulis cordatis triphyllis imbricatis.

Habitat in India. Burmann. ☉.

Radix fibrosa. Caules tripollicares, articulati, ad genicula radicanter. Folia lineari-lanceolata, erecta, sessilia, basi subciliata: Vagina latiuscula, breuissima. Spatha terminalis, cordata, deorsum complicata, margine subciliata; sub hac Foliola 2, lanceolato-lunata, superiori breuiore; inter quae flos; carinae loco, inter praedicta 2 foliola alia proditura spatha, etiamnum breuis, cum suis foliolis nondum conspicuis; sic refert Spatha florem papilionaceum. Filamenta 6, pilis articulatis, ut in Tr. virginica et stigma tubulosum, nec non Antherae omnes perfectae, adeoque omnino Tradescantiae genuina species. Corolla et filamenta caerulea. Antherae luteae.

- orientalis. 14. NARCISSVS spatha subbiflora, nectario campanulato triplo breuiore trifido emarginato.
 Narcissus niueus, calyce flauo odoris fragrantissimi.
Rudb. elys. 2. p. 52. f. 2. Raus. pin. 50.
 Narcissus latifolius simplex medio luteus. *Clus. hist. 1. p. 154.*
 β. Narcissus orientalis, calyce rotundo aureo-luteo.
Rudb. elys. 2. p. 54. f. 5. Bauh. pin. 50.
 Narcissus orientalis medio croceus maior. *Besl. eyf.*
 γ. Narcissus albus maior odoratus. *Rudb. elys. 2. p. 50. f. 1. Bauh. pin. 49.*
 Narcissus latifolius maior alter. *Clus. hist. 1. p. 155.*
Habitat in Oriente, 24.
Species latifolia, facie Tazette. Corolla alba. Nectarium erectum, dimidio vel triplo petalis breuius, trifidum, flauum lobis emarginatis. H. U.
- odorum. 38. Allium scapo nudo teretiufculo, fol. linearibus canaliculatis subtus angulatis, umbella fastigiata.
Habitat in Europa australi. 24.
 Folia basi connexa in culmum s. fasciculum stipitatum, linearia, longa, vix carnosia, subtus striata, supra canaliculata, minime hirsuta.
 Scapus pedalis, teres, vel vnico obscuro angulo, aphyllus, erectus, pedalis. Spatha breuis, cum rudimentis spathaceis s. membranaceis inter omnes pedunculos. Pedunculi plurimi, erecti, floribus longiores. Corollae albae, odoratae: petalis ouato-oblongis, acutiusculis, erectiusculo-patulis, carina rufescente. Stamina subulata, simplicia, corollae $\frac{1}{2}$ breuiora. Germen punctis exaeuatis, cinereum. Stylus albus. H. U.
- simplex. 2. GLORIOSA foliis acuminatis. †
 Gloriosa foliis ouato-lanceolatis acutis. *Mill. dict. 2.*
Habitat in Senegal.
 Folia non cirrhosa. Flores caerulei.
- vniflorum, 12. ORNITHOGALVUM scapo diphylo, pedunculo vnifloro.
Habitat in Sibiriae montis Sini Sopka summo apice. Eric. Laxman.
 Planta refert omnino *O. luteum*, sed pedunculus indiuisus, vniflorus. Flos dimidio minor *Tulipae syuestris*, sed triplo maior *Orn. lutei*. Petala lanceolata, obtusiuscula,

*scula, lutea, subtus viridia. Filamenta et Anthae-
rae luteae, petalis breuiores. Germen oblongum. Sty-
lus longitudine flaminum. Stigmata tria, obtusa, o-
nia lutea. Folia caulis 2, altero superiore, longitu-
dine ambo floris s, plantae, ornith. lutei duplo latiora.
H. U.*

ensifolia. 1. DRACAENA herbacea caulescens, foliis ensifor-
mibus.

*Gladiolus odoratus indicus. Rumph. amb. 5. p. 145.
t. 73.*

Habitat in India. 2.

*Folia ensiformi-lanceolata; eneruia, subtus carinata, pe-
tiolata. Scapus s. Caulis ramosus, paniculatus, ad
exortum ramorum Foliolis duobus, paruis, coloratis.*

aethiopi: 11. ASPARAGVS aculeis solitariis reuerfis, ramis
cus. angulatis, foliis lanceolato-linearibus.

*Asparagus aculeatus africanus, corudae 3 clufsi fimi-
milis. Raj. suppl. 359. n. 5. et 2.*

Habitat ad Cap. b. spei. 2.

*Similis A. falcato, sed Folia minora 7 circiter, nec 3.
Stipulae emittunt spinam reiro spectantem. Rami fle-
xuosi, angulati, quasi fruticosi, virides. H. U.*

Jacquini. 19. IVNCVS folio subulato, capitulo subquadrifloro
terminali. *Jacq. vënd. 237. t. 4. f. 2. †.*

Habitat in Schneberg Austriae, 2.

*Caulis folio unico, saepius elongato. Flores in capitu-
lum, fusco-purpurei, 4-7, glumis communibus propri-
isque fuscis excepti, sextuplo maiores quam in J. bi-
glumi, a quo diuersissimus.*

pentan- 7. LORANTHVS foliis alternis petiolatis, racemis
drus. simplicibus, floribus quinquefidis.

Habitat in India. 5.

*Frutex Ramis ad folia dilatatis. Folia alterna, petio-
lata, subeneruia, figura Lauri. Racemi axillares,
solitarii s. bini, petiolis paulo longiores. Corollae se-
miquinquefidae. Filamenta quinque, e medio lacinia-
rum corollae, antheris breuiores. Antherae erectae,
longitudine corollae.*

spicatus. 8. LORANTHVS spicis quadrangularibus. *Jacq. amer.
27. t. 68.*

Ha:

Habitat Carthagenae. *parasiticus*. \dagger .
Folia opposita, obtusa, neruosa.

TRIGYNIA.

luxurians. 28. RVMEX floribus . . . foliis cordato-hastatis, caulibus decumbentibus angulatis.

Acetosa fagopyri folio. *Bocc. muj. 165. t. 126.*

Habitat in Alpibus Bononiensibus. 24.

Radix Filipendulae, tuberosa. *Caules (in horto) pedales sequepedalesue, prostrati, copiosi, ramosi, pentagoni, striati.* *Folia ambitu cordata, hastata (figura Ari maculati), acidissima, margine purpurascenti; undulato, vix crenulato.* *Differt a Rumice scutato caule angulato, nec tereti; foliis cordato-hastatis, nec lanceolato-sagittatis; mihi non floruit in H. U.*

VIII. OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

hybridum. 4. TROPAEOLVM foliis subpeltatis subcuneatis quinquelobis. *Berg. act. holm. 1765. p. 32. t. 1.*

Habitat nullibi, enata Holmiae in Horto Ehrenreich; semine rarius propaganda planta. Hortus Vpsal.

Statura Tropaeolorum reliquorum magnitudine reliquisque. *Folia differunt, que non peltata, sed latius cuneata, nutantia, fere semi-5 loba: lobis acutiusculis; nuda, neruosa, venosa, petiolis triplo breuiora, margine omni adscendente, praeprimis laterali, qui cum opposita basi coadunatus, vt ibi fere, cucullatum euadat folium et omnium laeuissime peltatum.*

depressus. i. ANTICFORVS.

Habitat in Arabia. ☉:

Caules terrae appressi, teretes, palmares, alterne ramosi. *Folia alterna, petiolata, oualia, grosse serrata; glabra, subplicata.* *Stipulae subulatae.* *Flores axillares, bini oppositi, breuissime pedunculati; lutei. Pedunculi crassiusculi.* *Bracteae 2, lateris superioris.* *Fructus cernui, arcte sub caule reflexi.* *Hort. Vps.*

gileaden- 5. AMYRIS foliis ternatis integerrimis, pedunculis
 sis. unisfloris lateralibus.

Habitat in Arabia felici. Forskähl. h.

*Vide Diff. nostr. de Opopalsamo declarato 1764. ubi
 . Descriptio.*

Opobalsa- 6. AMYRIS foliis pinnatis: foliolis sessilibus. †.
 mum. Balsamum. *Bell. ic. 110. Alp. aegypt. 48. t. 60.*

Opobalsamum f. Balsamum judaicum. *Geoffr. mat. 2.
 p. 473.*

Habitat in Arabia. h.

Protium. 7. AMYRIS foliis pinnatis: foliolis petiolatis vndu-
 latis.

Tingulong. Rumph. amb. 7. p. 54. t. 23. f. 1.

Habitat in India orientali. h.

*Folia opposita, pinnata: Foliolis 5 s. 7, glabris, petio-
 latis, laminis. Florum panicula multiplex. Calyx
 subquadridentatus, obtusus, persistens. Petala 4, sessi-
 lia, ovata, acuminata. Nectarium e receptaculo
 marginato, cingente germen intra stamina. Anthe-
 rae oblongae, quasi ex 4 connatae. Filamenta 8, su-
 bulata, petalis breviora. Germen ovatum. Stylus
 cylindricus, longitudine staminum. Stigma simplex.*

ramenta- 42. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis glo-
 cea. bosis laevis, foliis quaternis setaceis laevis.

Habitat ad Cap. b. spei. h.

*Rami filiformes, ramentacei, longi, ferruginei. Folia an-
 gustissima, quaterna, erecta, appressa. Calyx corollae
 brevior, viridis. Corollae globosae, purpurae. An-
 therae cornubus 2, ciliatis, inrorsum mucronatae, la-
 teribus ovato-dehiscentes. Stylus purpureus. Stigma
 duplex: inferius subrotundum; superius quadrididum.*

nigrita. 43. ERICA antheris subinclusis atris conniuentibus, co-
 rollis campanulatis quadripartitis, foliis ternis.

Habitat ad Cap. b. spei. h.

*Folia terna, subtriquetra, glabra, brevia, patula. Bra-
 ctae 3, facie calycis. Flores terminales, albi. An-
 therae conuexae, obtusae.*

articularis. 44. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis campa-
 nulatis calyce colorato brevioribus, foliis ternis
 linearibus laevis appressis.

Habitat ad Cap. b. spei. ♂.

Frutex. Folia linearia, adpressa, glabra, longitudine internodiorum. Flores racemosi, pedunculati. Bractae solitariae et binae, calycis facie et colore. Calyx ovatus, laevis, incarnatus. Corolla campanulata, alba: Stamina corolla breviora. Antherae fuscae, bipartitae. Stylus atropurpureus. Stigma apice caerulefcens.

fastigiata. 40. ERICA antheris subbifidis inclusis, corollis hypocrateriformibus fasciculatis, foliis quaternis linearibus scabris.

Habitat ad Cap. b. spei.

Fruticulus Ravis laevis, quadrifariam stria exaratis. Folia quaterna, linearia, acuminata, triquetra, laevia, margine scabra, erecta, longitudine internodiorum, at summa longiora. Flores fasciculati, fastigiati, terminales. Calyx foliis similis. Corolla tubo cylindrico, patulo, foliis paulo longiore. Limbus quadripartitus, planus, subtus, ruber, supra albus: laciniis subcordatis. Stamina capillaria, corolla breviora. Antherae vix emarginatae.

absinthoides. 41. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis subrotundis, foliis ternis linearibus subpubescentibus.

Pluk. phyt. 47. f. 14.

Habitat ad Cap. b. spei.

Frutex statura Absinthii, paniculatus, Caule rufo; Ramis ternis. Folia terna, linearia, extus gibba, subhirsuta. Flores terminales ramulorum. Corollae pallidae. Antherae atropurpureae, bifidae, intra os corollae. Stigma eminens, purpureum, quadrifidum.

oleoides. 12. DAPHNE floribus geminis terminalibus sessilibus, foliis elliptico-lanceolatis glabris. *Schreb. deb. 13. t. 7.*

Habitat in Oriente. ♂.

Caulis fruticulosus, compositus.

pubescens. 13. DAPHNE floribus sessilibus lateralibus aggregatis, foliis lanceolato-linearibus, caule pubescente.

Habitat in Austria. D. Jacquin.

Caules basi frutescentes, simplices, pubescentes. Folia alterna, remota, lineari lanceolata, nudiuscula, annua submucronata. Flores axillares, sessiles, angusti, quinque, vel

vel pauciores, tubo filiformi pubescente, foliis breviores. Diuersa videtur a D. Thymelaea.

- radiata. 4. GNIDIA foliis subulatis triquetris acutis, capitulis terminalibus sessilibus radiatis, bracteis lanceolatis. *Habitat ad Cap. b. spei. h.*
 Frutex scaber, prolifer. Folia sparsa, triquetra, mucronata glabra. Capitula terminantia ramos, radiata bracteis lanceolatis, folio latioribus. Flores exsertus subvillosi. Calycis limbus intus glaber, longitudine tubi. Petala 4, calyce minora, pilosa. Stamina 4 exserta, 4 in fauce.
- simplex. 5. GNIDIA foliis omnibus linearibus acutis, floribus terminalibus sessilibus. *Habitat ad Cap. b. spei. h.*
 Caules semipedales, inaequales, exasperati tuberculis 4 a casu foliorum. Folia sparsa, linearia, acuta, erecta, laeuia. Flores terminales, nudi, ex apice rami villosi, sessiles, lutei calyce, petalis, antheris. Folia floralia reliquis non latiora. Petala oblonga, acuminata. Stamina 4 in fauce; 4 supra faucem.

DIGYNIA.

- racemosa. 1. SCHMIDELIA.
Habitat in India orientali sub Klinting birae. h.
 Arbor facie Rhois trifoliatae. Folia alterna, ternata: foliolis petiolatis, ouato-oblongis, repandis, nudis. Racemi axillares, simplices: floribus ad singula puncta pluribus sparsis.

X. DECANDRIA.

MONOGYNIA.

- capensis. 9. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis numerosis lanceolatis, caule fruticoso. *Habitat ad Cap. b. spei. h.*
 Frutex tenellus pubescens, adultior spontaneus nudus, facie Amorphae. Folia alterna, pinnata cum impari: foliolis 23, angustis lanceolatis, aequalibus, integerrimis, supra nitidis, subtus subtomentosis. Racemus terminalis floribus albis, Crotalariae, recuruatis. Filamenta
- E 2
- qua-

quasi villis intertexta. Legumen oblongum, compressum, tomentosum. Semina 3-6, durissima.

japonica. 10. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis ovatis glabris, caule arboreo.

Habitat in Iaponia. Kleinhoff.

Arbor foliis Robiniae Caraganae. Folia sparsa, pinnata. Foliolis ovatis, tenuibus, utrinque laevibus: 7-11: inferioribus paulo minoribus. Racemi parvi. Flores albi, magnitudine Indigoferae.

atomaria. 31. CASSIA foliis quinqueiugis ovatis subtomentosis, petiolis teretibus eglandulosis.

Habitat in America. D. Jacquin.

Caulis mihi humanae altitudinis, lignosus, cinereus, ramosissimus. Ramuli Petiolique vix manifeste pubescentes. Petioli atomis subferrugineis adspersi, non canaliculati. Folia utrinque viridia, tactu tomentosa, ovata; inferiora minora, obtusiora, submarginata, margine interiore baseos non minore. Stipulae subulatae, saepe persistentes a casu foliorum praesentis anni: nondum mihi floruit in H. Vpsaliensi.

picigera. 1. Profopis.

Habitat in India. b.

Arbor. Folia alterna, coniugata: foliolis pinnatis, octoiugis sine impari, tamarindi similibus: pinnis oblongis, obtusis. Spicae angustae, longae, terminales et axillares. Flores parvi.

paniculata. 1. CHALCAS.

Camunium. Rumph. amb. 5. p. 26. t. 17.

Habitat in India, ubi colitur in hortis ob flores fragrantissimos. b.

Frutex laevis. Folia alterna, petiolata, subopaca, obsolete crenata. Flores subpaniculati, terminales.

simplex. 8. ZYGOPHYLLVM foliis simplicibus semicylindricis.

Habitat in Arabia. Forskahl.

Planta tenera, succulenta, nata e Seminibus Forskahlia-
nis, non floruit. Caulis herbaceus, dichotomus, pol-
licaris, diuaticatus. Folia opposita, subsessilia, car-
nosa, linearia, patentissima: Flores flavi. Forskahl.
H- U.

chalepen- 4. RVTA foliis supradecompositis, petalis ciliatis.
 sis. α. Ruta chalepensis latifolia, petalis villis scatenti-
 bus. *Tournef. inst.* 257,

β. Ruta chalepensis angustifolia, petalis villis scatenti-
 bus. *Morif. hist.* 2. p. 508. f. 5. t. 35. f. 8.

Habitat in Africa. ♁.

*Simillima R. graucolenti eiusque progenies. Primi flo-
 res 5 fidi, reliqui 4 fidi. Petala concava, margineque
 undulata, ut in R. graeol. sed Caulis altior. Peta-
 la margine ciliata, Capsulae lobi acuti, obtusi.*

β. *Differt Petalorum unguibus longioribus, capsulaeque
 lobis approximatis, nec distantibus ex Hort. Vpsal.*

adscen- 6. IVSSIAEA adscendens, floribus pentapetalis de-
 dens. candris, foliis obouato-oblongis glabris, peduncu-
 lis folio brevioribus.

Habitat in India.

*Caules herbacei, adscendentes, simplices, laeves. Folia
 alterna, petiolata, obouato-oblonga, laevia, obtusa.
 Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, folio brevio-
 res, sed fructus longitudine folii.*

octandra. 2. DAIS floribus quadrifidis octandris. *Burm. ind.* t.
 33. f. 2.

Habitat in India. ♁.

*Folia opposita, elliptico-oblonga, acuminata, petiolata,
 laevia. Involucrum unum alterumve, terminale, pe-
 dunculatum, floribus brevius. Flores glabri. Stami-
 na 8, supra tubum, corolla quadrifida longiora.*

monogy- 1. TRIANTHEMA floribus monogynis.

na. *Trianthema Portulacastrum. Sp. pl.* 325.

Habitat in America calidiore. ☉.

*Caules depressi, subdichotomi, articulati, laeves, latere
 superiore pubescentes. Folia opposita, petiolata, ova-
 lia, obtusa, integerrima margine rubro: altero folio
 semper minore. Petioli bidentati, folio breviores. Flo-
 res axillares, sessiles. Calyx perianthium diphyllum:
 foliolis subulatis, persistentibus vel potius bractaeae. Pe-
 tala 5, ovalia, sub apice mucronata, quasi ex calyce
 et petalis simul nata. Filamenta 6-10, corolla bre-
 uiora. Antherae ovaes, didymae. Germen semi-
 inferum, retusum, bicornae. Stylus filiformis, hinc
 hispidus, longitudine corollae. Stigma simplex. Ge-
 nus vix aliud magis difforme, ideoque nisi Specia-
 lis*

lis character habeatur, facile confunduntur. Hort. Vpsal.

- pentandra. 2. **TRIANTHEMA** floribus pentandris digynis. Portulacae affinis polygonoides, bliti folio et facie maderaspatensis. *Pluk, alm. 304. t. 120. f. 3.*
Habitat in Arabia. ☉.
 Caulis pedalis, teres, erectus, scabriusculus. Folia opposita, petiolata, elliptica, obtusifuscula, integerrima, erecto-patentia, oleracea. Rami alterni, breuiores. Flores axillares, alterni f. alterius alae, inter ramum et caulem: subsessiles, plures, congesti; intus pallidi, extus viridescens. Calyx monophyllus, campanulatus, quinquepartitus, intus purpurascens: laciniis sublanceolatis, sub apice mucronatis, persistens. Corolla nulla. Filamenta 5, setacea, erecta, distantia, longitudine corollae. Germen superum, obtusissimum, rubrum. Styli 2, longitudine germinum, recurvati, supra longitudinaliter pubescentes. Stigma simplex. Fructus ut in congeneribus. H. U.

- decandra. 3. **TRIANTHEMA** floribus subdecandris digynis.
Habitat in India. ☉.
 Herba statura Glini. Caulis herbaceus, diffusus, alternatim ramosus. Folia opposita, petiolata, elliptica, integerrima, glabra. Petioli vtrinque membranacei. Bractee membranaceae. Flores axillares, breuiter pedunculati. Calyx pentaphyllus, persistens: foliolis ovalibus, margine membranaceis, intus alis exterioribus sub apice mucronatis. Corolla nulla. Filamenta 10, rarius 12, capillaria, longitudine calycis. Antherae subrotundae. Germen superum, retusum. Styli 2, filiformes, patuli. Stigmata obtusa. Fructus ut in congeneribus.

DIGYNIA.

- illyrica. 5. **SAPONARIA** calycibus subcylindricis, caule erecto viscido-pubescente, ramis alternis, corollis punctatis.
 Saponaria caule dichotomo hirsuto, floribus fastigiatis, corollis patentibus, petalis integris tripunctatis. *Ard. spec. 2. p. 24. t. 9.*
Habitat in Illyria. DD. Arduini.

Planta erecta, spithamea, tenera, viscoso-pubescent. Folia lineari lanceolata. glabra. Calyces semiquinquefidii, margine membranacei. Petala integra, alba: punctis 3 purpureis. Antherae violaceae.

TRIGYNIA.

- saxifragus. 14. CVCVBALVS petalis bifidis, calycibus striatis: terminalibus sessilibus, lateralibus pedunculatis. Schreb. dec. 9. t. 5.
 Lychnis orientalis minima, caryophylli folio, calyce purpurascente striato. Tournef. cor. 24.
 Habitat in Oriente. 24.
 Caulis palmaris, foliis linearibus. Flos terminalis, sessilis. Flores laterales oppositi, pedunculati. Calyx omnis inter duo foliola sessilis, e quorum alis saepe noui petioli prodeunt, ideoque non squamis 2 more Dianthi.
- pumilio. 15. CVCVBALVS caulibus unifloris flore breuioribus. Caryophyllus alpinus, calyce oblongo hirsuto. Bauh. pin. 209.
 Caryophyllus sylvestris VII. Clus. hist. 1. p. 285.
 Habitat in Alpibus Italiae, Morauiae. Arduini. 24.
 Folia radicalia in caespitem congesta, linearia, obtusa, laeua. Caules simpli issini, breuissimi, uniflori, saepe triarticulati. Calyx oblongus, campanulatus, patulus, obtusus, pubescens, longitudine caulis.
- biflora. 17. ARENARIA foliis obouatis obtusis, caulibus procumbentibus, pedunculis bifloris lateralibus. Habitat in Europae australis Alpibus.
 Caules procumbentes. Folia (Serpilli) subrotunda s. obouata, laeua, obtusa. Pedunculi laterales, foliis duplo longiores, bifidi et biflori: Bracteis 2, linearibus ad diuisionem, ut et in altero pedicello. Calyces ouati. Petala alba. Capsulae subgloboosae.
- gypsophi- 18. ARENARIA foliis linearibus radicalibus setaceis, loides. panicula subpubescente, petalis lanceolatis.
 Alsine orientalis, caryophylli folio, flore paruo, albo. Tournef. cor. 17.
 Habitat in Oriente. DD. Schreber. 24.
 Statura A. saxatilis. Caulis erectus, semipedalis, laeuis, articuli 7. s. 8. Folia Radicalia copiosa, tenuissi-

nuiſſima ſ. ſetacea. Caulina maiora, lineria, articulis longiora. Panicula terminalis, brachiata, dichotoma, ſubſtaſtiata, pedicellis vltimis ſubuilloſis. Calyx ouatus, duriuſculus, mucronatus. Petala lanceolata, alba, calyce triplo longiora.

- verna. 19. ARENARIA foliis ſubulatis, caulibus paniculatis, calycibus acuminatis ſtriatis.
 Arenaria foliis linearibus erectis ſubtus ſtriatis, floribus ſtaſtiatis inaequaliter pedunculatis. *Ger. prou. 405. t. 15. f. 1.*
 Alſine glabra, tenuiſſimis foliis, floribus albis. *Herm. parad. 12. t. 12. excludenda in ſaxatili.*
 Alſine puſilla, pulchro flore, tenuiſſimo. *Raj. hiſt. 1033.*
Habitat in Alpibus Europae aſtraliſis. 2.
Differt ab A. ſaxatili caulibus vix palmaribus, pilis raris adſperſis; Pedunculis piloſis; Calycibus acutis.

- juniperi- 20. ARENARIA foliis ſubulatis ſpinoſis, caulibus erectis, calycibus ſtriatis, capſulis oblongis.
 na, *Habitat . . .*
Facies A. ſaxatilis. Caules ſemipedales, ſtriſti, laeues. Folia ſubulata, rigida, ſtriſta, mucronato-ſpinoſa. Calyces oblongi, acuti, quinqueneruii. Petala lanceolata, alba. Capſulae oblongae, calyce paulo longiores. Panicula dichotoma.

PENTAGYNIA.

- tenaciſſi- 1. FORSKOHLIA.
 ma. *Chamaedryfolia tomentosa maſcatenſis. Pluk. 1 alm. 97. t. 275. f. 6. Schaw. afr. 133. (excludenda in Neurada).*
Habitat in Arabia, Numidia. ☉.
Caulis bipedalis, paniculatus, teres, hiſpidus, ruber; Ramis alternis. Folia alterna, petiolata, ovata, lineata, ſerrata ſerraturis 5 ſ. 6, hiſpida hiſpiditate ſuperioris paginae hamata. Petioli teretes, foliis breuiſores. Flores axillares, gemini, ſeſſiles, hirti, decidui maturo fruſtu. H. U.

XI. DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

- femitriloba. 3. **TRIVMFETTA** foliis femitrilobis, floribus completis. *Jacq. amer.* 147.
 Triumfetta villosa, foliis inferioribus angulato-ouatis ferrato-dentatis, floribus ternatis; fasciculis geminatis folio suboppositis. *Brow. jam.* 233.
Habitat in America calidiorē. b.
Simillima T. Lappulae . sed Flores calyce instructi.
- annua. 4. **TRIVMFETTA** foliis ouatis indiuisis rarius lobatis. Triumfetta foliis oblongo-ouatis obtusis ferratis, petiolis longissimis. *Mill. ic.* 199. t. 298.
Habitat in India orientali. ☉.
- quadrifida. 7. **PORTVLACA** bracteis quaternis, floribus quadrifidis, geniculis pilosis.
 Portulaca lanuginosa procumbens, flore luteo. *Herm. por.* 216.
 Sedum minus arabicum, flore luteo, foliis planis mucronatis. *Pluk. mant.* 169.
Habitat in Aegypto. ☉.
 Radix fibrosa. Caules prostrati, numerosi, oleracei, teretes, laeues, alterni ramosi, semipedales. geniculis radicanibus pilosis. Folia opposita, patentia, distantia, ouato-lanceolata, carnosae, laeuius. sessilia, integerrima, subius concava, adpersa micis diaphanis. Petioli florentes terminales, adulti laterales facti, vni-
 fiori, superne incrassati, longitudine foliorum, terminati. Bracteis quaternis s. cruciatis, patentibus, folio similibus. Flos sessilis, flauus, cinctus pilis albis, ut genicula. Perianthium bivalue, membranaceum, ouatum. Corolla 4 partita, ouato-oblonga, marcescens. Filamenta 8, setacea, basi extrorsum curuata, longitudine corollae. Antherae subrotundae. Pistillum: Ger-
 men inferum, rotundatum. Stylus cylindricus, superne crassior, longitudine staminum. Stigmata 4, oblonga, obtusa, recuruata, pubescentia.
 Capsula ouata, laeuiter tetragona, acutiuscula, vnicularis, circumscissa. Semina plurima, subrotunda, muricata. H. U.
 Simillima *P. pilosae*, ut incauto eadem videatur.

- ericoides. 1. **HVDSONIA.**
Habitat in Virginia. b.
 Frutex facie et habitu *Ericae*. Ramuli filiformes, sparsi, imbricati Foliis subulato-acerosis, hirsutis; tenellis hirsutioribus incanis, vnde quasi adspersi gemmis foliaceis, quae vltimi ramuli. Pedunculi (e gemmis foliosis) solitarii, filiformes; foliis longiores. Calyx erectus, pubescens.
- graminea. 63. **EVPHORBIA** dichotoma erecta, foliis integerrimis lanceolatis ellipticis petiolatis, pedunculis dichotomis. *Jacq. amer. 151.*
Habitat in Carthagenae graminosis vdis.
Corollae albae.

XII. ICOSANDRIA.

MONOGYNA.

- angustifolia. 14. **MYRTVS** pedunculis umbellatis, foliis linearilanceolatis subsessilibus,
Phillyrea foliis longis subtus flauis, fructu deciduo.
Burm. afr. 237. t. 83. f. 2.
Habitat ad Cap. b. spei. DD. Schreber. b.
 Arbuscula Ramis teretibus, Ramulis tetragonis, glabris. Folia *Phillyreae angustifoliae*, subsessilia, longa, lineari-lanceolata, integerrima, glabra, internodiis multoties longiora. Pedunculi laterales, oppositi, breues, internodiis vix longiores, apice umbellula simplici, varius composita, parua, multiflora. Petala subrotunda. Stamina multa, erecta, setacea, petalis longiora.
- pumila. 4. **AMYGDALVS** foliis venoso-rugosis.
Persica africana nana, flore incarnato pleno. Tournef. inst. 625.
Amygdalus persica nana flore carneo pleno. Pluk. phyt. 11. t. 4.
Habitat in Africa. b.
 Rami lacues, bipedales s. tripedales, atropurpurei. Folia lanceolata, petiolata, venosa, rugoso, serrulata. Stipulae lineares, laciniatae. H. U.

- pumila. 14. PRVNVS foliis angusto-lanceolatis serrulatis.
 Cerasus foliis lanceolatis glabris integerrimis, subtus
 caesiis, ramis patulis. *Mill. ic. t. 89. f. 2.*
 Cerasus canadensis pumila, oblongo angustoque fo-
 lio, fructu paruo. *Hamel. arb. 149. n. 17.*
Habitat in Canada. ♀.
Frutex statura Amygdali nanae. Pedunculi proprii, uni-
flori, terni e gemmis lateralibus. H. U.

PENTAGYNIA.

- baccata. 5. PYRVS foliis serratis, pedunculis confertis, po-
 mis baccatis.
 Crataegus cerasi foliis, floribus magnis. *Amm. ruth.*
274. t. 31. Mill. ic. t. 269.
Habitat in Sibiria, Dauria ad Schilkam flauium. ♀.
 Arbor Ramis laeuius. Folia Corni, ouata, argute ser-
 rata, utrinque laeuius. Petioli longitudine folii, basi
 antecedentes Stipulas 2, lineari-lanceolatas. Peduncu-
 li 4, filiformes, laeues, axillares, conferti, simplicissi-
 mi, uniflori, longitudine petiolorum. Germen infe-
 rum, globosum, glabrum, paruun. Petala 5, sessi-
 lia, oualia, concaua, alba, maiuscula. Stamina 20,
 pistillis breuiora. Atheris flauis. Pistilla 5, corolla
 breuiora. Bacca subrotunda, quinquelocularis, rubra.
 Semina bina, callosa. Calyx minutus deciduus.
 Obs. Ad Mespilum referrem ob baccas, cum vero Se-
 mina in quouis loculo 2 sint, nec solitaria, Pyri species
 erit, vel nulla distinctio inter Pyrum et Mespilum.
 Fructus figura, consistentia, colore, sapore Mali
 aciduli, sed minutus. Sero maturefcit. H. U.
 Milleri figura bona, sed fructus magnitudine cerasorum.
 quae in mea tantum magnitudine Ribes nigri.

POLYGYNIA.

- jamaicen- 14. RVBVS foliis ternatis subtus tomentosis, caule
 sis. petiolis foliolisque subpubescentibus recuruoque
 aculeatis.
 Rubus foliis longioribus subtus molli lanugine obdu-
 ctis et incanis, flore et fructu minoribus. *Stoan. iam.*
2. p. 109. Raj. dendr. 76.
 β. Rubus flore albo pleno. *Magn. hort. 175.*
Habitat in Jamaica proximisque. ♀.

Differt a Rubo parvifolio. Caule non incano, sed in iunioribus laeviter pubescente, alias nudo. Caulis ut in R. fruticoso. Folia ternata, supra laevia, subtus albo-tomentosa, inciso-ferrata, Aculei in caule, petiolis et costa foliorum.

penfylua- 28. **POTENTILLA** foliis inferioribus pinnatis, superioribus ternatis: foliolis inciso-ferratis, caule erecto pubescente.

Pentaphylloides canadense, foliis agrimoniae. Boerh. lugdb. 1. p. 40.

Habitat in Canada. 2.

Folia Radicalia pinnata: foliolis oblongis, obtusiusculis, serrato-dentatis, lineatis, mollibus, villosis: extimis tribus coadunatis maioribus; interioribus minoribus alternis. Caulina subdigitata, septena, ut P. recta, sed pinnatifida. Petala vix calyce maiora. Habitus P. rectae. H. U.

interme- 29. **POTENTILLA** foliis radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule erectiusculo ramosissimo.

Quinquefolium montanum luteum erectum hirsutum. Bauh. pin. 325. prodr. 139. Raj. eur. 213. Hall. helv. 340.

Habitat in Heluetia.

Media inter Potent. argenteam et noruegicam; verbo, esset P. noruegica, si non radix esset perennis, et folia subradicalia quinata. Caeterum folia inferiora alterna, superiora opposita. Foliola obovata, inciso-ferrata, non tomentosa, serraturis novem. Folia caulina ternata; paniculae opposita. H. U.

[XIII. POLYGYNIA.]

MONOGYNIA.

racemo- 38. **CISTUS** fruticosus, foliis lanceolato-linearibus
sus. subtus tomentosus.

Cistus, laudulæ folio, thyrsoidis. Barr. ic. 293. Habitat in Hispania. 5.

Caulis statura Rosmarini, vix tomentosus. Folia linearia s. angusto-lanceolata, subpetiolata, subtus laevissime tomentosa, longiuscula. Stipulae lineares. Racemi longissimi, terminales, secundi. Calyces angulati, laeves.

trilocularis. 7. **CORCHORVS** capsulis trilocularibus triualuibus triquetris angulis bifidis scabris, foliis oblongis: infimis ferraturis setaceis.

Habitat in Arabia. Forskahl. ☉.

Caules erecti, pedales, teretes, subscabri. Folia alterna, petiolata, ovato-oblonga, lineata, nuda, subtus scabra, serrata: ferraturis muticis inferiorum, ut superiorum foliorum infima ferratura setacea vtrinque. Pedunculi suboppositifolii, breues, bifidi s. biflori; Calyces angulati. Petala angusta, lutea. Siliqua striata, triquetra, angulis linea exaratis, scabra imprimis angulis, apice simplici, triualuis trilocularis. H. U.

TRIGYNIA.

aconiti. 7. **DELPHINIVM** nectariis monophyllis antice quadridentatis, capsulis solitariis, ramulis unifloris.

Delphinium orientale annuum, flore singulari. Tournef. cor. 30.

Habitat in Dardanella. Forskahl. ☉.

Statura Delphiniæ segetum s. peregrini, corollis Aconiti.

Caulis pedalis, paniculatus, ramosus, canescens, subpubescens. Folia pedato-multifida, linearia, canescens: Summa tantum tripartita. Flores terminales, solitarii, pedunculati, parui, liuidi, intus purpurascens virideque varii. Nectarium exterius, tubulosum, reliquis longius, apice obtusissimum. basi elongatum, ut labium anterius horizontale in medio collocetur. Nectarium interius basi vtrinque lobo obtuso amplectitur flamina, sed antice et superius spatium ab exteriori prominet dentibus quatuor subaequalibus, margine linea purpurascens inscriptis: apex huius intra exteriorem, obtusissimus, crassiusculus recurvatus collo coarctato. Petala inferiora quatuor ovato-lanceolata, aequalia, viridescens lateribus purpurascens. Stamina longitudine petalorum, purpurea. Germen unicum. H. U.

PENTAGYNIA.

viscosa. 4. **AQVILEGIA** nectariis . . . caule subnudo subunifloro piloso, foliolis subtrilobis. *Gouan. monsp. 267.**

Aquilegia viscosa. Magn. monsp. 24. hort. 21.

Aquilegia hirsuta, flore viscoso. *Tournef. inst. 428^a*
Habitat Monspelli, *nec alibi etiamnum obseruata!*
Planta tota pilis glutinosis, sesquipalmaris. Folia Ra-
dicalia tripartita, laciniis trilobis. Caulina 1 f. 2
ternata: foliolis lanceolatis.

POLYGYNIA.

- Tsiam. 2. MICHELIA fol. lanceolato-ouatis.
 pacca. *Sampacca syluestris. Rumph. amb. 2. p. 202. t. 68.*
Habitat in India. h.
Flores albicantes f. lutescentes, minus olentes. Folia la-
tiora f. lanceolato-ouata, petiolata, et etiamnum tenel-
ta, more salicum, pube sericea.
- simplex. 15. THALICTRUM caule simplicissimo folioso angu-
 lato. *Fl. suec. 2. p. 490.*
Thalictrum alpinum minus saxatile rotae folio, fla-
minibus luteis. Segu. ver. 1. p. 174. t. 11?
Habitat in Suecia. h.
Differt a Th. flauo: Herba dimidio minore. Floribus
nutantibus, nec erectis; Petalis viridibus, nec albis.
Filamenti 14 purpurascensibus, nec 17 albis; Panicula
variore; Foliis angustioribus, minus Segueriana diuari-
catis. Praeter stipulas, inter ramificationem primam
foliolorum, squamae nullae, at in T. flauo squamula
utrinque lacera. Thalictrum Segu. Tab. II. huic pro-
prius quam sibirico accedit.
- baldensis 22. ANEMONE foliis biternatis incis. Turra. †.
Anemone alpina alba minor. Bauh. pin. 176.
Habitat in Baldo.
D. Turra hanc distinguit ab A. alpina tanquam multum
diuersa: planta quadruplo minore debiliore minusque
hirsuta. Foliis radicalibus bis ternatis incis. minime-
que decompositis. Burseriana planta Bauhini ab hac di-
uersa est.
- sulphurea. 23. ANEMONE pedunculo inuolucrato, foliis tri-
 plicato-pinnatis pilosis planis acute incis. semi-
 nibus caudatis. *Hall. emend. 62. †.*
Pulsatilla lutea, apii hortensis folio. Bauh. p. 1. 174.
Hall. helu. 1. 6.
Pulsatilla lutea. Cam. epit. 393.
Habitat in Heluetia. †.
Differt a A. vernali petalis acutioribus, intus luteis.

- decape- 24. ANEMONE caule vnifloro, flore decapetalo, fo-
tala. liis ternatis lobatis radicalibus.
Anemone foliis ternatis: foliolis trilobis punctatis,
pedunculo simplici, flore vnico decapetalo. *Art.*
spec. 2. p. 27. t. 12.
Habitat in Brasilia. 2.
Statura A. virginicae, sed minuta. Folia radicalia, ter-
nata, petiolata, petiolulata: foliolis subovatis, obtu-
sis, trilobis s. incis. Caulis simplicissimus, semiped-
lis. Involucrum vniflorum, tripartitum, multifidum
lineare, acutum, laeue. Pedunculus longitudine in-
uolucris, hirtus. Flos paruus, albus, 10-petalus: pe-
talis lanceolatis, persistentibus: interioribus paulo mino-
ribus. Stamina corolla breuiora. Germen capitatum,
conicum, villosum. Stigmata acuminata, laeui.
- platanifo- 39. RANUNCVLVS foliis palmatis laeuibus incis,
lius. caule erecto, bracteis linearibus.
Ranunculus moultanus, aconiti folio, albo flore, ma-
iore. *Bauh. pin. 182.*
Ranunculus albus, flore simplici. *Lob. ic. 668.*
Habitat in Germaniae et Italiae alpinis. 2.
Statura Ranunc. aconitifolii, floribus itidem albis, sed
Folia non composita, verum palmata, minus crassa,
magis incisa: Flores maiores. Synonyma huius ita-
que rescindenda a Ranunc. aconitifolio.
- paruulus. 40. RANUNCVLVS hirtus, foliis trilobis incis,
caule erecto subunifloro.
Ranunculus foliis radicalibus et caulinis inferioribus
trilobis crenatis, summis trifidis dentatis, caule
bifloro erecto *Gouan. monsp. 270.**
Ranunculus aruensis paruus, folio trifido. *Bauh. pin.*
179.
Ranunculus saxatilis minimus hirsutus. *Bauh. pin.*
182. prodr. 96.
Ranunculus minimus apulus. *Col. ecphr. 314. t. 316.*
Habitat Monspeli inque Italia.
Caulis solitarius, hirtus, filiformis, longitudine digiti s,
semipedalis. Folia pauca, petiolata, simplicia, trifi-
da, dentata, hirta. Flos fere foliis maior, luteus.
Calyx membranaceus villosus.

XIV. DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

- alpina. 5. AIVGA caule simplici, foliis caulinis radicalia æquantibus.
 Bugula foliis oblongo-ouatis, caulibus decumbentibus, verticillis distantibus. *Mil. dict.* 2.
 Bugula folio maximo, flore pallide caeruleo. *Boerh. lugdb.* 1. p. 184.
 Bugula alpina maxima. *Tournef. inst.* 209.
Habitat in Alpibus Helueticis, Astriacis. Jacquin. 24.
Differt a A. pyramidali Foliis radicalibus vix reliquis maioribus. Floribus utrinque 10, nec 3; iisque saturate caeruleis, nec albis; Bracteis viridibus nec coloratis.
- cubense. 32. TEVCRIVM foliis ovatis incisis glabris subcuneatis, floribus solitariis pedunculatis. *Jacq amer.* 172.
Habitat in Cubae humidiusculis. ♂, 2.
Caulis erectus, glaber, inodorus. Flores albi.
- asiaticum, 33. TEVCRIVM foliis lanceolatis repando-ferratis basi rectangulis, floribus solitariis.
Habitat in India Orientali?
Caulis erectus, rectus, pedalis, tetragonus, fuscescens, brachiatus, nudus. Ramis brevioribus. Folia primæ lanceolata basi angulo recto, petiolata, rugosa, obtusifuscula serrata s. acute crenata, crenaturis angulo recto interstinctis, mollia, patentia, supra subrugosa, saturate viridia; subius subtomentosa, venoso-reticulata, pallide viridia. Flores axillares, solitarii, uniflori; breviter pedunculati, secundi. Calyx; ocymi s. scutellarie labro superiore cordato, margine recurvo, acuto; inferiore 4-dentato, aequali. Corola alba, vix incarnata: Labro superiore omnino nullo. Lab. inferiore 3-fido; intermedia maiore recurva, emarginata, vix crenata. Stamina vix fauce longiora. Filamenta alba pilosa. Antherae fuscae polline croceo. Stigmata 2, acuminata, vix staminibus longiora. H. U.
- falicifolium. 34. TEVCRIVM foliis lanceolato-ellipticis obtusifusculis integerrimis, calycibus solitariis quadrifidis. *Chamaepithys orientalis falicis folio. Tournef. cor.* 14.
Schreb. 17. t. 2.

Habi-

Habitat in Oriente. DD. Schreber. 24.

Caules palmares, diffusi, teretiusculi, pubescentes, basi fere perennantes. Folia opposita, ovali-lanceolata, obtusiuscula, integerrima, nuda, non nitida, erecta, nervosa, internodiis longiora. Flores oppositi, brevissime pedunculati. Calyces tubulosi, semiquadrifidi, angusti. Corollae foliis triplo breviores, absque labii superioris rudimento, absque dentibus lateralibus bases.

arduini. 35. TEUCRIVM foliis ovatis ferratis, racemo spicato tereti sessili terminali.

Teucrium spicis ovatis crenatis subhirsutis petiolatis, caulibus terminatis, spica flavescente pilosa.

Ard. spec. 1. p. 12. c. 3.

Habitat

Caules suffruticosi, ut tota planta obscure pubescentes. Spica terminalis, similis T. hircanico, at brevior, flavescens.

auricularia. 15. MENTHA spicis oblongis, staminibus corolla longioribus, foliis oblongis pilosis.

Alopecuro-Veronica. *Fl. zeyl. 411.*

Veronica hirsuta latifolia zeylanica aquatica. *Burm. zeyl. 228.*

Maiorana foetida. *Rumph. amb. 6. p. 41. t. 16.*

Habitat in Indiae aquosis.

Zeylonensis descriptioni addendum: Calyx quinquesfidus, Corolla quadrifida. Filamenta pilosa.

hirsuta. 16. MENTHA floribus capitatis, foliis ovatis ferratis subsessilibus pubescentibus, staminibus corolla longioribus. *Huds. angl. 223. n. 10.*

Mentha aquatica hirsuta s. Sifymbrium hirsutius.

Bauh. hist. 3. p. 224. Moris. hist. 3. p. 370.

Sifymbrium hirsutum. *Raj. angl. 3. p. 233.*

β. Mentha Sifymbrium hirsuta, glomerata et foliis rotundioribus. *Raj. angl. 3. p. 233. t. 10. f. 1.*

Habitat in Aquosis Angliae; in Hollandia. Osbeck.

Differt a M. aquatica foliis magis sessilibus hirsutis: convenit staminibus corolla longioribus, et tota facie. Pistillum corolla longius. Corolla profunde 4-fida, fere regularis. Calyces ciliati,

- recta. 13. **STACHYS** verticillis subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis scabris, caulibus adscendentibus. *Betonica* foliis inter verticillos diffitos breuibibus in aristam terminatis integris. *Hall. helv.* 646.
Stachys vulgaris hirsuta erecta. Bauh. pin. 233. *Tetrahit Ger. prou.*
Habitat in Europa australi, 2.
Radix perennis. Caules adscendentes, rigidiusculi, pilis raris adspersi. Folia subpetiolata, cordata, elliptica, vel saepe lanceolata, profunde crenata, vtrinque pilis raris scabra, subrugosa. Spicae terminales, in verticillos diffitos excrecentes, e verticillis decemfloris. Calices subspinosi. Flores lutei,
- maritima. 14. **STACHYS** foliis cordatis obtusis tomentosis crenatis, bracteis oblongis integerrimis.
Stachys verticillis sexfloris, foliis radicalibus ovalibus crenatis: summis ouatis integerrimis, corollis calyce duplo longioribus. Gouan. monf. 91.
Betonica heraclea latifolia dioscoridis. Donat. venet. 84. *Bocc. mus.* 2, p. 164. & 127.
Sideritis salviae folio, nostras. Magn. monf. 203.
Habitat in littoribus maris, Venetiis, Monspeli, Orientis. D. Jacquin.
Folia radicalia cordata, oblonga, obtusa, venosa, crenata, tomentosa. Caulis suffruticosus, spithameus, erectus, pubescens. Spica e verticillis interrupta. Bractae longitudine florum, ovales, oblongae, integerrimae. Verticilli sexflori. Calyces lanati, quinque-dentati, acuti, vix aristati. Corollae luteae.
Obs. Sideritis heraclea. Col. ecphr. 1. p. 128. t. 131. *hanc refert, sed flores purpurei. H. U.*
- ethiopica. 15. **STACHYS** verticillis bifloris,
Sideritis erecta, teucree pratensis folio, aethiopica. Pluk. alm. 245. t. 315. f. 3.
Habitat ad Cap. b. spei. DD. Royen, 2.
Caulis palmaris, erectus s. diffusus; Habitus Lamii purpurei, subhispidopilosus. Folia cordata, profunde obtuseque serrata, rugosa, lucida, subvillosa, petiolis breviora. Spicae terminales, interruptae e verticillis s. floribus oppositis s. vtrinque solitariis. Calyx subquinquefidus, subaequalis, subaristatus. Corollae tubus curvus. Labium superius erectum, fornicatum, breve, villosum; L. inferius maximum, exprorectum, trifi-

trifidum: intermedia latissima, plana, crenata: lateralibus reuolutis. Stamina vix tubo longiora. Antherae bipartitae. R.

heraclea. 4. **BETONICA** foliis lanceolatis subnudis, calycibus lanatis, dentibus filiformibus.

Habitat in Oriente,

Caulis et Folia fere glabra. Spica maiuscula, lanato-tomentosa. Inuolucra filiformia, longitudine calycis. Calycum dentes filiformes, nites, longitudine tubi. Corollae luteae: Labio superiore vix calyce longiore; L. inferiore trifido: intermedia rotundata maiore. Stamina longitudine fere labii superioris.

disticha. 5. **BALLOTA** verticillis dimidiatis bipartitis semispicatis. *Monarda* floribus verticiliatis, foliis subcordatis, calycibus pilosis inuolucro longioribus. *Fl. zeyl. 24?* *Marrubium* odoratissimum, betonicae folio. *Burm. zeyl. 153. t. 71. f. 1.*

Stachys indica procerior, betonicae folio *Rai. hist. 1872. Habitat in India.*

Statura Nepetae. Caulis quadrangulus, pubescens. Folia petiolata, subcordata, serrata, tomentosa. Verticilli singulares virinque: Singuli bipartiti s. ex spicis duabus, coniugatis, unilateralibus, adscendentibus more Asperifoliarum spicarum. Floribus alternis, sessilibus, adscendentibus, infidentibus rachi simplici flexuosa. Bractea sub singulo flore, subulata, calyce brevior. Calyx quinquefidus, subaequalis, muticus, pentagonus, obsolete decagonus. Stamina quatuor. Semina quatuor, subrotunda, nitida.

leonotis. 12. **PHLOMIS** foliis ovatis obtusis crenatis subtomentosis, calycibus subseptemdentatis aristatis, caule fruticoso.

Leonurus minor Cap. b. spei. *Boerh. lugdb. 1. p. 180. Mill. dict. 1, 162. f. 62.*

Stachys africana frutescens, melissae foliis, floribus brevioribus phoeniceis. *Morif. hist. 3. p. 383.*

Habitat ad Cap. b. spei. 5.

Simillima Ph. Leonuro, sed folia ovata nec lanceolata; magis tomentosa; Calycibus aristatis a Leonuris differt maxime, cum P. nepetifolia conuenit, sed ab hac differt Caule fruticoso, foliis parvis, obtusis, consistentibus Calycisque collo hirto. Corollae conueniunt in omnibus tribus.

- Tragori- 9. **THYMVS** caule suffruticoso erecto, floribus verti-
ganum. cillatis, foliis hispidis acuminatis. *Turr. farset. 11.*
Tragoriganum creticum. *Bauh. pin. 223. Raj. hist.*
1, p. 523.
Tragoriganum magnum. *Alp. exot. 79. t. 78,*
Tragoriganum 2 altera species. *Clus. hist. 1. p. 355.*
Habitat in Creta. 5.
Planta suaevolens. Caules hirsuti, pedales. Folia vtrin-
que acuminata, rigidiuscula.
- thyrsiflo- 8. **OCYMVM** floribus paniculato-fasciculatis, caule
rum. ramosissimo.
Habitat in India, diutius virens.
Caulis erectus, lignosus, sesquipedalis, totus Ramis sub-
diuisus, brachiatus s. paniculatus ramulis teretibus, v-
trisque canaliculatis. Folia petiolata, elliptico-lanceo-
lata, vtrisque viridia, nuda, laeuiter serrata, basi in-
tegerrima, vix carina scabra, acuminata. Paniculae
ramorum terminales, brachiatae, densae s. confertae,
foliis vix longiores, e ramulis verticillatis, purpura-
scentibus. Bracteae lanceolatae, purpurascens labio
superiore ouato. Corollae purpurascens, extus pal-
lidae, labro inferiore albo. Stamina alba. Pistilla
purpurascens. Odor foliorum Rutae. Differt a reli-
quis statura ramosiore fruticis, foliis magis virentibus
diuturnioribus, odore Rutae, Floribus in thyrsum fa-
sciculatis. H. U.
- scutella- 8. **OCYMVM** corollis falcatis, pedicellis ramosis.
rioides. Ocimum foliis lanceolato-ouatis ferratis, racemis
verticulatis. *Sp. pl. 834.*
Maiorana rubra. *Rumph. ambr. 5. p. 291, t. 101.*
Habitat in India.
Caulis pubescens. Folia ouata, petiolata, obtuse serra-
ta: Petiolis adhuc tenellis valde tomentosiss. Racemus
erectus, longus: Bracteis cordatis, sessilibus, acumi-
natis, laeuibus. Pedicelli vtrisque gemini, ramosi,
multiflori. Calyx minutus. Labio superiore cordato;
L. inferiore 4-fido, acuto, tenui: intermediis 2 longio-
ribus. Corollae tubus erectus; Limbus reflexus, fau-
ce dilatata, Labio superiore erecto, breuissimo. L.
inferiore elongato, falcato, stamina et pistillum obuol-
uente. Differt a congeneribus in flore, vt fere distincti
generis.

monachorum. 9. OCYMVM flaminibus edentulis: alternis basi barbatis.

Ocymum caryophyllatum monachorum. *Bauh. hist.* 3. p. 260.

Acinos dioscoridis. *Colum. phyt.* 28. t. 17.

Habitat . . . ☉.

Caulis erectus, pedalis; teretiusculus, subpillosus: Ramis fere supra axillaribus, Folia petiolata, ovata, obtusiuscula, nuda, serrata, vix ciliata. Racemi verticillis sexfloris. Calycis labium superius cordatum striis tribus. Bracteae cordatae, caducae. Corollae minores, albidae labio inferiore purpurascente. Filamenta purpurea, longitudine corollae, absque dentibus ad basin, at horum loco alterna ad basin villosa. H. U.

sanctum 11. OCYMVM foliis ovatis ferratis vndulatis, caule hirtio. bracteis cordatis.

Habitat in India. ☉.

Caulis sesquipedalis, erectus, brachiatus, teretiusculus, virisque subcanaliculatus, atropurpureus, muricatus, tuberculis pilo albo. Folia ovata s. oblongiuscula, obtusiuscula, serrata, nudata; margine nervisque subtus pilosa, venis purpureis subtus; superiora obscuriora. Petioli hirti, atropurpurei. Racemi terminales, solitarii, erecti, atropurpurei. Bracteis petiolatis, cordatis, concavis, reflexis, deciduis, longitudine calycis. Calyx supra basin gibbosam hirtus. Corolla laete purpurea, vix calyce maior. Filamenta albida. Antherae flavescentes. Odor vix ullus. H. U.

album. 10. OCYMVM foliis ovatis obtusis, verticillis racemorum approximatis, ante anthesin tetragonis, corollis crenatis.

Habitat in India, Jaua. ☉.

Caulis pedalis, albo-virens, basi lignosus. Rami pauci. Folia congeneribus latiora crassioraque, ovata, concava, obtuse serrata. Racemi Bracteae lanceolatae, cordatae s. ovatae, acutae, ante anthesin flore longiores spicam tetragonam formantes. Verticilli approximati. Corollae magnae, albae, crenatae: labio superiore quadrifido, sed laciniis lateralibus magis diuoricati. Stamina alba. H. U.

ANGIOSPERMIA.

- viscosa. 7. **EVPHRASIA** foliis linearibus, calycibus glutinosis-hispidis. *Ger. prou. 285.*
Euphrasia linifolia β . *Sp. pl. 842.*
Peduncularis anoua lutea tenuifolia viscosa pomum redolens. Gand. aix. 351. t. 78.
Habitat in Galloprovinciae glareosis sterilibus. ☉.
Differt ab E. lutea: foliis lineari-lanceolatis, nec striete linearibus. Calycibus villosis viscidis, nec glabris. Corollis clausis, nec stamine brevioribus. Distinguenda ab Euphrasia linifolia.
- foliosa. 15. **PEDICVLARIS** caule simplici, spica foliosa, corollis galea obtusissima integra, calycibus quinque-dentatis. *Jacq. vind. 250. **
Pedicularis foliis alternis: pinnis pinnatis, foliis ex spica florifera longe eminentibus. Hall. helu 623. t. 11. f. 2.
Pedicularis alpina, filicis folio, major. Bauh. pin. 163.
Alectorolophus alpina prima. Clus. hist. 2. p. 210.
Habitat in Alpibus Helueticæ, Austriae. 2.
Folia bipinnatifida. Calyces angulis oreque pilosis. Corolla ochroleuca: Galea non rostrata, obtusissima, adunca.
- canaden-
 sis. 16. **PEDICVLARIS** caule simplici, spica subfoliosa, corollis galea setaceo-bidentatis, calycibus deorsum truncatis.
Habitat in America septentrionali. Kalm. 24.
Caulis erectus, spithameus, simplex, superne pubescens. Folia alterna, pinnatifida, incisa, crenata, obtusa, breuia. Spica terminalis, sessilis, ouata, foliosa foliolis calyce paulo longioribus. Calyces pubescentes, oblique deorsum truncati. Corollae albae: Galea subfalcata, vix rostrata, sed apice fere truncata margine superiore vix dente manifesto; inferiore autem utrinque dente setaceo, longe magis elongato quam in P. syluatica aut tuberosa. Labium inferius trifidum, obtusum.
- papilionacea. 41. **ANTIRRHINVM** corollis ecaudatis, floribus axillaribus, calycibus papilionaceis, foliis carnosis,
Habitat in Persia. D. Burmannus.
Folia alterna, breuiter petiolata, ouata aut obouata car-

rosa, integerrima, magnitudine Organi. Flores axillares foliorum, solitarii, breuiter pedunculati, magnitudine foliorum, Calyx 5-phyllus: folio supremo maiori, cordato, longitudine fere floris; reliquis sublanceolatis, corolla dimidio breuioribus. Corolla ecaudata: labio superiore bifido, marginibus lateralibus reflexis; L. inferiore latiori, trifido, subaequali-

betonici- 15. SCROPHULARIA foliis cordatis oblongis dentatis: dentibus integerrimis.

Scrophularia betonicae folio. *Tournef. inst. 166.*

Scrophularia aquatica montana mollior. *Barr. ic. 274. mala.*

Habitat in Lusitania. 24.

Caulis bipedalis, erectus, tetragonus, subpubescens, basi purpurascens. Folia opposita, petiolata, subcordata; oblonga s. triplo longiora quam tota; rugosa, subius subpubescens, argute dentata dentibus acuminatis, integerrimis (adeoque Ebuli simillimis) ad basin profundioribus. Petioli foliis breuiores. Panicula terminalis, sulfoliosa. Corollae tripte purpurascens labello virecente. Antherae flauissimae. H. U.

crustacea. 4. CAPRARIA repens, foliis oppositis ouatis subpetiolatis crenatis.

Caranasi minus. *Rumph. amb. 5. p. 491. t. 170. f. 3.*

Habitat in Amboina; China.

Similima Cap. gratioloidei, sed Folia magis ouata et petiolata.

ericoides. 9. SELAGO capitulis sessilibus terminalibus caulescentibus, foliis quaternis subimbricatis.

Habitat ad Cap. b. spei. h.

Similis S. pinastri, sed omnibus partibus minor. Folia subimbricata, quaterna, ouato-oblonga, laeua, acuta, parua. Flores in capitulum terminale, ouatum, quod deflorata planta excrecit et coniuuat ramum, ut fructus laterales euadant. Stamina corolla longiora.

fruticosa. 10. SELAGO capitulis subrotundis terminalibus, foliis sparsis linearibus obtusis integerrimis, caule fruticoso.

Habitat ad Cap. b. spei. h.

Frutex altus: ramis inaequalibus. Folia linearia, obtusa,

obtusâ, parua, inaequalia, integerrimâ, sparsa, conferta, nuda. Capitula subrotunda, terminalia, sessilia.

- Cheiranthus. 1. **MANVLEA.**
Lobelia Cheiranthus. Sp. pl. 1319.
Habitat ad Cap. b. spei. ☉.
Herba statura Euphrasiae. Caulis palmaris, a basi ad medium ramosus in plures Cauliculos, erectos, teretes, scabros. Folia alterna, obouato-oblonga, sessilia, serrata, in ramis superioribus parua. Racemi terminales, erecti, planta longiores. Bractae lineares, calyce breviores. Pedunculi calyce etiam breviores. Corollae saturatae luteae.
- canadensis. 3. **BUCHNERA** foliis laciniatis, caule dichotomo.
Habitat in Virginia. 2.
Caulis pedalis, quadrangulus, erectus, dichotomus. Folia opposita, petiolata, laciniata (Verbenae officinalis), incisa, dentata, supra laevia. Spica ex alis dichotomis singula, pedunculata, e corymbo orta, elongata, inaequaliter sparsis floribus. Calyces longitudine dimidii tubi corollae.
- capensis. 4. **BUCHNERA** foliis dentatis linearibus alternis, calycibus pubescentibus.
Lychnidea villosa, foliis angustis dentibus, floribus umbellatis. Burm. afr. 191. t. 50. f. 2.
Habitat ad Cap. b. spei. ☉.
Planta palmaris, superne ramosa. Flores in spicis terminalibus.
- americana. 8. **OROBANCHE** caule foliis imbricato, corollis recurvatis, staminibus exsertis.
Habitat in Carolina ad radices arborum et fruticum. Garden. 2.
Caules simplicissimi, crassitie vix digiti, spithamei, teretes, colorati, succulenti, toti imbricati Foliis ovato-lanceolatis, sessilibus, acuminatis, erectis, coloratis, marcescentibus; Spica sessilis, terminalis, longitudine caulis; imbricata fructificationibus. Bractae solitariae, lanceolatae, longitudine fere corollae. Flores subsessiles. Calyx monophyllus, ventricosus, marginis integro. Corolla tubulosa, incurva. Limbo angustiore ringente: Labio superiore longiore; inferiore

re bipartito, erecto. Tota planta cum fructificatione lutea. Simillimam e Sibiria obtinui. vix aliter, quam foliis obtusis distinguenda.

ouata. 3. LIPPIA capitulis ouatis, foliis linearibus integerrimis.

Habitat ad Cap. b. spei. 5.

Frutex pedalis, prostratus, adpersus passim nodulis pistiformibus: Ramis teretibus. Folia sparsa, linearia, subsucculenta, laevia; ex singulis alis foliola plura, minora; interdum ternata. Strobili terminales, ouati, imbricati: Bracteis scariosis, ouatis, glabris, calyce suo longioribus, apice reflexis, intra singulos Calyx tubulosus, quinque-dentatus. Corolla infundibuliformis, quinquefida, atro-violacea. Stamina didyma intra tubum. Germen unicum. Stylus filiformis. Stigma simplex.

Videant autoptae certiora de genere, in viva planta.

diffusa. 1. VANDELLIA.

Habitat in Insula S. Thomae. D. D. Browne.

Caulis herbaceus, tetragonus, brachiatus. Folia ouata, sessilia, crenata, obtusiuscula. Flores axillares, oppositi, solitarii. Habitus Veronicae serpyllifoliae.

ciliaris. 12. RVELLIA foliis dentatis ciliatis, floribus oppositis.

Habitat in India.

Caulis pubescens. Folia opposita, subsessilia, lanceolata, dentata dentibus vtrinque 2 s. 3, acuminatis, exsertis, ciliatis, vt in Melampyro aruensi. Flores axillares, sessiles, oppositi. Calyx angulis ciliatis, dentibus brevibus: Fructus mihi ignotus.

repens. 13. RVELLIA foliis lanceolatis acuminatis integerrimis, floribus sessilibus, bracteis petiolatis calyce longioribus, caule repente.

Habitat in India.

Caules palmares, herbacei, repentes. Folia lanceolata, petiolata, acuminata, integerrima. Flores laterales, sessiles, solitarii. Bractee binae, ellipticae, petiolatae, calyce longiores.

Hystrix. 7. BARLERIA spinis axillaribus geminis simplicibus, foliis integerrimis lanceolato-ouatis.

Lycium indicum, spinis quaternis ad foliorum singulorum exortum. Seb. mus, 1. p. 21. t. 15. f. 1.

Melampyro cognata maderaspatana spinis horrida.

Pluk. alm. 243. t. 119. f. 5.

Hylrix frutex. *Rumph. amb. 7. p. 22. t. 13.*

Habitat in India. D. Dau. Royen. h.

Cautius separanda a B. Prionite, observante Dau. Royen. Caule virgato; nec firmo. Ramis subtetragonis; nec teretibus. Foliis utrinque glabris; nec subius pubescentibus. Spinis axillaribus geminis, simplicibus, sessilibus, horizontalibus; nec erectis, composito-quaternatis, pedatis.

ferrata. 3. VOLKAMERIA foliis lato-lanceolatis ferratis subsessilibus.

Habitat in India. h.

Rami teretiusculi. Folia fere petiolata, lato-lanceolata, utrinque nuda, serrata. Panicula brachiata. Baccæ e quatuor compositæ. Calyces campanulati, indivisi, vix dentati.

calamitosum. 3. CLERODENDRUM foliis ovalibus subdentatis nudis.

Habitat in Java. D. Baster. h.

Folia opposita, petiolata, ovata s. ovalia, serrato subdentata, utrinque nuda. Panicula brachiata. Flores congeneribus paulo minores.

paniculata. 4. CLERODENDRUM foliis lobatis ferratis, panicula amplissima.

Habitat in India. h.

Caulis quadrifariam sulcatus. Folia opposita, cordata, 5 s. 3-loba, serrata. Panicula vastissima: ramis bis dichotomis, dein ramosis.

longifolia. 2. COLVMNEA foliis lanceolatis longissimis subserratis glabris.

Babel-Tsiuli. Rheed. mal. 9. p. 169. t. 87.

Habitat in India.

Caulis herbaceus. Folia opposita, sessilia, lanceolata, longissima, subserrata, utrinque laevia. Racemi terminales, elongati, recti. Floribus oppositis. Calyx 5-phyllus, ovatus, erectus, persistens. Corolla monopetala, irregularis: Labio superiore magis oblongo; l. inferiore trifido. Stamina didyma. Antherae basi bipartitæ lobis diuaticis, adnæte oppositæ in cruce. Germen ovatum. Stylus longitudine staminum. Stigma crassiusculum, bifidum. Capsula subovata, bilo-

bilocularis, bivalvis. Receptaculum seminum globosum, cui immersa. Semina plurima.

Genere cum Achimene Brown. conuenit; an Columneae?

XV. TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

- aizoides. 7. DRABA scapo nudo simplici, foliis ensiformibus ciliatis carina laeui.
 Alyssum alpinum hirsutum luteum. *T. Mill. dict. 1. 20. f. 2.*
 Sedum alpinum hirsutum luteum. *Bauh. pin. 284.*
 Leucium luteum aizoides montanum. *Col. eopbr. 2. p. 62.*
 Bursa pastoris alpina rosea lutea. *Meris. hist. 2. p. 306. f. 3. t. 20. f. 6.*
Habitat in Alpibus Europae. 24.
Similima D. alpinae a qua differt: Foliis laeuius, linearibus, carinatis, ciliatis; nec ovali-oblongis hirtis absque carina. Differt a D. ciliari Foliis in caespitem congestis radicalibus, carina laeui; nec Foliis alternis in ramis expansis, carinaque ciliata. Floribus ut in D. alpina flauis, nec albis.
- ciliaris. 8. DRABA caule folioso, foliis linearibus margine carinaque ciliatis. *Ger prou. 344. t. 13. f. 1.*
Habitat in Alpibus Barcinonensibus. 24.
Folia radicalia in caespitem congesta, imbricata, conferta, laeuius, carinata, distincte ciliata. Petala obouata, integra, alba. Stylus staminibus longior.
Differt a Draba aizoides foliis angustioribus glabris, petalis minime emarginatis. Culta ramos exserit foliis remotis,
- suffruticosum. 18. LEPIDIVM foliis lanceolato-linearibus tenuibus integerrimis, caulibus suffruticosis.
Habitat in Hispania. 5.
Caules suffruticosi, palmares, erecti, filiformes, virentes. Folia angusto-lanceolata, integerrima, laeuius, tenuia nec carnosae, viridia, patenia, ad gemmas saepe plura. Corymbi parui, albi. Petala vix calyce longiora, distantia. Stamina 6 antheris flauis. Fructus Nasturtii.
Differt a L. graminifolio quod est bipedale, foliis planis:

nis: inferioribus ferratis, calycibus rubris, Petalis latioribus obouatis.

didymum. 19. LEPIDIVM foliis pinnatifidis, caule erecto, fructibus didymis.

Habitat . . .

Caules pedales, laeves. Folia pinnata: pinnis sessilibus, alternis, lanceolatis, antice dentatis. Racemi axillares, longitudine foliorum. Flores, ut in Lepidiis quibusdam, minutissimi. Capsulae subrotundae, didymae, subrugosae. Media inter Cochlearias et Lepidia.

creticum. 15. ALYSSVM caule fruticoso, foliis lanceolatis subdentatis tomentosissimis, filiculis inflatis globosis.

Alyssoides fruticosum creticum, leucoji folio incano.

Tournef. cor. 15.

Leucoium luteum, vtriculato semine. *Alp. exot. 117. t. 118.*

Habitat in Hispania, Creta. &c.

alpestre. 16. ALYSSVM caulibus suffruticulosis diffusis, foliis subrotundis incanis, calycibus coloratis. *Ger. prou. 352. t. 13. f. 2.**

Habitat in Alpibus Galloprovinciae versus Italiam. 24.

Folia spatulata, obtusissima. Calyces flavescentes, decidui. Petala lutea, integra. Stamina basi appendiculata membranula. Stylus deciduus. Siliqua ovata, incana.

genonense. 17. ALYSSVM caule herbaceo, ramis diuaticis, foliis radicalibus obouatis subtomentosis, filiculis inflatis.

Alyssum. *Ard. spec. 2. p. 30. t. 14.*

Habitat . . .

Differt ab A. cretico ramis diuaticis, Floribus saturate luteis minoribus.

vtriculatum. 18. ALYSSVM caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis laevibus, filiculis inflatis.

Alyssoides fruticosum, leucoji folio viridi. *Tournef. inst. 218.*

Habitat in Oriente.

tomentosum. CLYPEOLA filiculis orbiculatis bilocularibus, foliis subtomentosis.

Alyssum orientale caulibus frutescentibus paniculatis, filicu-

filiculis obcordatis compressis dispermis. *Ard. spec.*
2. p. 32. t. 15, f. 1.

Alyssum creticum saxatile, serpilli folio candidissimo,
capsulis orbiculatis. *Tournef. cor. 15.*

Habitat in Oriente. 24.

SILIQVOSA.

catholi- 24. *SISYMBRIVM* filiquis filiformibus, laeuibus, fo-
cum. liis pinnatis denticulatis caulinis.

Habitat in Hispania, Lusitania.

*Caules palmares s. pedales, laeues. Folia radicalia et
caulina pinnata, laeuia, fragilia: Foliolis oblongis,
serratis s. dentatis, ad apicem petioli saepe confluenti-
bus. Racemus oblongus. Flores longius peduncula-
ti. Petala flaua, obouata, integra, magna. Calyx
laeuis. Siliquae remotae.*

indicium. 26. *SISYMBRIVM* foliis lanceolato-ouatis ferratis
petiolatis laeuibus, filiquis subarcuatis.

Habitat in India. ☉.

*Caulis subpedalis, erectiusculus, flexuosus, angulatus,
laeuis, inferius subramosus. Folia lato-lanceolata s.
lanceolato-ouata, nuda, multum acuminata, petiolata
exceptis supremis. Racemi terminales et axillares,
foliis longiores. Flores minuti, albi: Petalis vix
calyce longioribus. Siliquae teretes, laeuissime arcuatae.*

alpinus. 14. *CHEIRANTHVS* foliis linearibus integris subto-
mentosis.

*Erysimum foliis linearibus incanis integris. Ger.
prou. 363.*

*Leucoium angustifolium alpinum, flore sulphureo.
Alion. pedem. 44. t. 9. f. 3.*

*Leucojum angustifolium alpinum, flore sulphureo.
Tournef. inst. 222.*

*Habitat in alpinis montibus Italiae; in rupe Victoriae
Galloprou. D. Jacquin. 24,
Similimum Ch. erysimoide, distinctus foliis incanis.*

salinus. 15. *CHEIRANTHVS* foliis lanceolatis obtusis inte-
gerrimis, caule erecto, antheris inclusis.

*Habitat ad Sibiriae, Tatariae satinas. DD. Lerche. 5.
Simillimum Ch. incano, sed oeties minor, totus laeuissi-
me tomentosus. Caules erecti, durant aliquot annos.
Folia minime dentata. Corollae purpureae fauce fla-*

uescente. Stigma obtusum, crassiusculum, bifidum, minimeque tenue. Odor Ch. incani. H. U.

fruticulo. 16. CHEIRANTHVS foliis lanceolatis acutis glabris subserratis, caule fruticuloso.

Leucojum luteum minus fruticans. Barr. ic. 1228.

Habitat in Hispania. Cl. Alstroemer.

Simillimus Ch. Cheiri, sed palmaris. Rami angulati. Folia lanceolata, subpetiolata, acuminata, laeuis, duriuscula, serraturis inferiorum paucis argutis. Flores octies minores, lutei, minus fragran'es. Petalis subrotundis, obsolete emarginatis. Antherae subcaerulescentes. H. U.

Farfetia. 17. CHEIRANTHVS fruticosus erectus, foliis lineari-lanceolatis, filiquis ovalibus.

Farfetia aegyptiaca, Turrae farfetiæ venet. 1765. quart. p. 1. t. 1.

Thlaspi fruticosum ramosum, leucoji acutis foliis, argenteum. Pluk. abn. 365.

Habitat in Aegypto Arabia. h. Forskähl. h.

Caulis pedalis, erectus, fruticosus, incanus, strictus, ramosus. Folia alterna, sessilia, linearia, acuminata, integerrima, incana s. subargentea. Racemi sublaterales, oppositifolii, stricti. Calyx oblongus, viridis: foliolis 2 oppositis gibbosis. Petala 4, trifida, linearia, rotundata, integerrima, obliqua, purpurascenti-alba, obsolete saturatius reticulata. Stamina tetradynamia, unguibus breviora. Antherae luteae. Pistillum staminibus brevius. Siliqua ovalis, compresso-plana. Herba tota Conuoluuli Doryonii. Flos Cheiranthi tristis. Fructus fere Lunariae. Flores tristes, noctu tantum suaueolentes. Habitu proxime accedit ad Lunariam fruticosam perennem incanam Leucii folio. Tourn. it. 1. p. 92. t. 92. sed folia linearia, acuminata, laeuis, stricta. H. U.

bellidifolia. 9. ARABIS foliis subdentatis: radicalibus obouatis cuneiformibus; caulinis lanceolatis. Jacq. obs. 22. t. 12.

Nasturtium alpinum, bellidis folio, maius. Bauh. pin. 105. prodr. 46. Bauh. hist. 2. p. 870.

Plantula cardamines aemula. Clus. hist. 2. p. 129.

Turritis foliis omnibus glabris ouatis. Hall. helu. emend. 229.

Habitat in Alpibus Austriacis, Helueticis. 4,

Simil.

Simillima Arabi Alpinae, sed petala erecta angusta. Siliquae approximata.

- aruenfis. 11. BRASSICA foliis caulinis cordatis amplexicaulibus, petalis patentibus, siliquis obtuse tetragonis. *Ger. prou. 368. **
Brassica campestris perfoliata, flore purpureo. Bauh. pin. 112.
Brassica sylvestris, fabariae foliis. Bocc. sic. 49. t. 25. f. 3. 4.
Habitat in Europae australis aruis humentibus. 24.
- alpina. 12. BRASSICA foliis caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus, radicalibus ovatis, petalis erectis. *Brassica alpina perennis. Rupp. hall. 75. **
Habitat in Germania . . . D. Schreber.
Differt a Br. aruensi caule angustiore, foliis tenerioribus longioribus, radicalibus longe petiolatis; imprimis Petalis erectiusculis albis, et flore paruo Turritidis.
- pubescens. 11. SINAPIS siliquis pubescentibus erectis: rostro compresso, foliis lyratis villosis.
Sinapis hirsuta, caulibus frutescentibus, foliis inferioribus lyrato-pinnatis: superioribus sessilibus. Ard. spec. 1. p. 21. t. 9.
Habitat in Siciliae monte Buffambarensi. Arduin. 5,
Caulis perennans. Folia lyrata, obtusa, villosa, ut tota planta. Flores lutei Petalis integris. Siliquae erectae, villosae.
- chinensis. 12. SINAPIS siliquis laevis subarticulatis patulis, foliis lyrato-runcinatis subhirtis.
Sinapis siliquis glabris subarticulatis diarticulatis, foliis inferioribus lyrato-pinnatis auriculatis, superioribus lineari-lanceolatis. Ard. spec. 1. p. 23. t. 10.
Habitat in China? Arduini. ☉.
Caulis inferne hispida. Folia lyrato-runcinata, dentata, margine costisque scabra. Flores alpi, parui.
- caudatus. 4. RAPHANVS siliquis tota planta longioribus.
Habitat in Final. 1764. Braad. ☉.
Statura et facies Raphani sativi, sed folia acutiora et Caulis breuior, diffusus, nec nisi iunior erectus, at laevis, purpurascens rore glauco. Flores albidis, Siliquae bi s. tripedales, curuae, uniloculares, futuris qua-

quatuor obsoletis ; basi gibbis duobus ; dissepimento recipiente semen unum post alterum. Longitudo siliquarum negat caulem crescere erectum , cum decumbant supra terram, instar Serpentis. H. U.

- spinosa. 5. BVNIAS racemis spinoscentibus.
 Bunias filiculis ouatis acutis , ramis spinosis floriferis. *Turr. farset. 11. 1*
 Brassica spinosa. *Alp. exot. 201. t. 200. Bauh. pin. 111. prodr. 54.*
 Crambe spinosissima arabica , foliis longis angustis , floribus in foliorum alis. *Shaw. afr. 179.*
Habitat in Oriente. ☉.
 Caules pedales , erecti , ramosi , subdivisi , teretes , imbeci , laevissimi , virides. Folia ovato oblonga , obtusa , subangulata , laevia , petiolata. Racemi erecti , stricti , rigidique , ramulos terminantes , in Spinas compositas desinentes , ad quorum latera Flores sessiles , rari. Calyx oblongus , clausus. Petala lanceolata , exalbido-violacea. Stamina tetradynama. Germen cordatum. Stylus cylindricus , longitudine germinis , persistens. Stigma crassiusculum. Silicula cordata , didyma , s. potius Drupa suberosa , laevis , acuta. Nux bilocularis , sexangularis : angulis duobus oppositis laterioribus. Semina solitaria , subrotunda. H. U.
- Myagroides. 6. BVNIAS filiculis ancipitibus biarticulatis , superne torulosis , fol. pinnatis sinibus reflexis.
Habitat in Sibiria. J. Folk. ☉.
 Caulis rectus , bipedalis , laevis , paniculato-ramosus. Folia inferiora pinnata s. bipinnata , laticora , non carnosa , saturate viridia , laevia laciniis s. pinnis oblongis dentatis ; Summa simillima , sed angusta , linearia ; omnia habent sinus ad egressum pinnarum deorsum reflexos. Racemi terminales , longi , recti. Flores subsessiles. Calyx oblongus , clausus. Petala 4 , obovata , integerrima , dilute purpurascens. Stamina 4 dynama : antheris flavescentibus. Stylus ensiformis. Stigma capitatum purpurascens. Siliqua subcylindrica brevior. Siliqua pedunculata Pedunculo brevi , rigida , rachi approximata , Myagri facie ; haec Siliqua constat articulis duobus : inferiore cylindrico , bivalui , monospermo vix 2-spermo : valvulis unica stria exaratis : Superior articulus compressus , subanceps , monospermus ,

spermus, vix dispermus, obtusus, vtrinque auricula protuberante notatus.

XVI. MONADELPHIA.

DECANDRIA,

- hybridum. 58. GERANIVM calycibus monophyllis, foliis suborbiculatis glabris crenatis integris, caule fruticoso. Geranium africanum arborefcens, maluae folio pingui: varietas. *Dill. elth. 152. t. 125. f. 152.*
Habitat ad Cap. b. spei. Filia Ger. inquinantis ex Ger. acetoso. †.
 Flores simillimi *Ger. inquinanti, sed herba minor. Folia non tomentosa, simillima Ger. acetoso, at basi nec cuneata, nec reniformia, minus acetosa.*
- pyrenai-cum. GERANIVM pedunculis bifloris, petalis bilobis, calycibus apice glandulosis, antheris exterioribus sterilibus. †.
 Geranium pedunculis bifloris, foliis multifidis: laciniis obtusis inaequalibus, petalis bifidis. *Burm. ger. 27. Gerard. prou. 434. t. 16. f. 2. **
 Geranium columbinum perenne pyrenaicum maximum. *Tournef. inst. 268.*
Habitat in Pyrenaeis. †.
 Caules villosi. Folia quinquefida, incisiva, obtusiuscula, margine rubro. Calycis foliola apice glandula rubra. Petala calyce duplo longiora, purpurascencia. Stamina quinque exteriora breviora antheris abortientibus. *Gerard.*
- fuscum. 59. GERANIVM pedunculis bifloris geminis oppositifoliis, caule patulo, petalis integerrimis.
 Geranium pedunculis bifloris, foliis quinquelobis incisis, petalis reflexis. *Mill. dict. n. 7.*
 Geranium phaeum s. fuscum petalis reflexis. *Morij. hist. 2. p. 515.*
 Geranium montanum fuscum. *Bauh. pin. 318.*
Habitat in Aeuropa Australi. †.
 Inuitus hunc separo a *Ger. pnaeo, cum quo conuenit multis, etiam Corolla tota expansa atra: sed differt Foliis rigidis, Corolla magis reflexa, minoribus: petalis suborbiculatis, mucronatis, integerrimis, platis.*
- Syst. Nat. Tom. II. * G ms,*

nir. Pedunculis non solitariis bifloris, sed 2 distinctis. H. U.

spinosum 60. GERANIVM pedunculis unifloris, caule carnosofnoduloso: spinis solitariis strictis.

Geranium spinosum et nodosum, foliis reflexis. *Burm. afr. 18. t. 31.*

Geranium pedunculis simplicibus unifloris, foliis cuneiformi-finuosis, ramis nodosis spiniferis. *Burm. ger. 16. n. 2.*

Habitat ad Cap. b. spei. b.

Planta succulenta. Caulis suffruticosus, obvallatus, vndique tuberculis latius, inaequalibus, glabris. Spinae singulo tuberculo, subulatae, lignosae, pollicaris, apice saepe foliolum proferens. Folia subpetiolata, obovata, integerrima s. parce crenata, adpersa punctis glandulosis. Calyx pentaphyllus, sub apice aristatus more *G. europaeorum*, absque tubo. Stamina 10, aequalia. Stylusque ut in *europaeis*. Pedunculi uniflori.

POLYANDRIA.

Ludwigii. 4. ALTHAEA foliis palmatis quinquefidis vtrinque glabris, pedunculis pluribus unifloris.

Alcea minor sicula, flore minore. *Raj. hist. 605. an?*

Habitat in Sicilia. D. Schreber.

Herba tota facie refert Foliis Maluam Alceam, ut ouum ovo. Pedunculi axillares, 2-5, uniflori, longitudine petiolorum. Calyx exterior 3-phyllus foliolis lanceolatis, Interior fere breuior, 5-fidus, albis villis hirsutissimus, minor *A. hirsutae*. Alcea hirsuta differt ab hac Foliis minus diuisis acutiore. Caule Pedunculis Petiolisque pilosis. Calycibus strigosis (nec lanatis), quadruplo maioribus: interiore non hirsuto, nec lanato-albo.

indica. 1. SARACA.

Habitat in India. Kleynhoff. b.

Arboris Folia alterna. pinnata sine impari, triiuga s. quadriiuga: Foliolis oblongis, petiolatis. Panicula racemis s. Spicis alternis: Bracteis subimbricatis, ovato-lanceolatis, oppositis binis binisque. Tomentacea planta.

XVII. DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

aspalatha. 25. POLYGALA floribus cristatis, foliis setaceis
sparsis, caulibus simplicissimis.

Habitat in Brasilia. Aduini.

Caules simplicissimi, subpedales. Folia sparsa, filiformis, acuminata, patentia, pollicaria: superiora breviora. Flores subcapitati, terminales: pedicellis longitudinis florum Bracteae subiectae singulis lanceolato-subulatae, longitudine pedicelli, coloratae. Corolla alba, alis lanceolatis, carina penicillata. Facies Aspalathi.

brasiliensis. 26. POLYGALA floribus, cristatis subspicatis, foliis lanceolatis sparsis, caulibus simplicissimis.

Habitat in Brasilia.

Caules simplices, palmares, filiformes, prostrati: Ramo rarius laterali. Spica recta, terminalis, alba: Floribus brevissime pedicellatis, absque bracteis. Alae ovatae, obtusae, Carina penicillata. Capsulae seminibus solitaris. Pedunculus spicae elongatur deciduis inferioribus floribus, unde rachis denticulata.

DECANDRIA.

crista-
galli. 5. ERYTHRINA foliis ternatis, petiolis subaculeatis glandulosis, caule arboreo inermi. *Vandelli mss*
Coral arbor non spinosa trifolia. *Pet. mus. 76. Raj. dendr. 100.*

Habitat in Brasilia. D. Vandelli.

Arbor caudice inermi. Rami stricti. Folia ternata: Foliolis ovato-oblongis, integerrimis. Petiolis elongatis, subtus aculeo saepe unico alteroue recurvo; in hoc petiolo ad pedicellorum exortum utrinque glandula, ut et glandulae binae in medio pedicelli intermediis. Flores 2 s 3, axillares, purpurei pedunculis propriis, resupinati, Calyx campanulatus, bilabiatus; labio inferiore mucronatus. Vexillum ovato-cordatum, reflexum, emarginatum. Alae minimae, subovatae, calyce breviores. Carina stricta, subfalcata, acuta, compressa, longitudine fere vexilli. Stam. diadelphe, inferiora 9 fere tota coalita, longitudine carinae. An-

thaerae oblongae. Germen oblongum, villosum. Stylus subulatus, Stigma puncto minuto. H. U.

laeuigata. 7. **BORBONIA** foliis lanceolatis eneruibus glabris, inuolucris calycibusque hirtis.

Habitat ad Cap. b. spei. h.

Rami teretes, superne subvillosi. Folia alterna, sessilia, lanceolata, eneruia, mucronata, glabra. Umbellulae terminales, breuissime pedunculatae. Inuolucrum tetraphyllum, ouatum, concuum, erectum, pilosum. Pedicelli quaterni, inuolucris breuiores. Calyx campanulatus, basi planus, quinquefidus fissura superiore minore, acutus, pilosus, corolla breuior. Corolla lutea. Stamina diadelph. Germen hirsutum. Intra calycem aliquot squamae nectareae.

gerardi, 11. **ANTHYLLIS** herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, pedunculis lateralibus folio longioribus, capitulis aphyllis. *Ger. prou. 490. t. 18. †*

Habitat in Galloprovinciae maritimis versus s. Tropes sub Pinibus. ☉.

Caules multi, prostrati, glabri. Folia alternato-pinnata, sublinearia. Stipulae magnitudine foliorum.

femiere- 14. **PHASEOLVS** caule femiuolubili, floribus spicatis, calycibus ebracteatis, alis vexillo triplo maioribus foliolis ouatis.

Phaseolus strumosa radice, flore purpureo, siliqua angustissima. *Plum. spec. s. Amoen. acad. 4. p. 347.*

Phaseolus barbadosis erectior, siliqua angustissima, tinctorius. *Dill. elth. 312. t. 233. f. 301.*

Phaseolus subhirsutus americanus exitiosus, siliquis longis cauliculis insidentibus. *Pluk. alm. 290. t. 214. f. 2.*

Habitat in America calidiore. 24.

Caulis erectus, tripedalis, demum superius volubilis, teres, substriatus, subpubescens. Folia ternata, ouata, nuda, obtusiuscula, submucronata, longitudine petioli. Stipulae subensiformes. Pedunculi longi, pedales, stricti, erecti. Spica rarior, floribus gemellis sessilibus. Calyx cylindricus. Corollae vexillum et carina pallidiores. Alae triplo maiores, conuexae, rubrae, basi caeruleascentes, conniuentes. Carina contorta. H. U.

Mungo. 15. PHASEOLVS caule flexuoso subscandente hispido tereti, leguminibus capitatis hirtis.

Phaseolus hirsutus flexicaulis mungo affinis maderaspat, caule tereti. *Pluk. alm. 290.*

Habitat in India orientali. ☉.

Caulis erectus, flexuosus, parum scandens, vt tota planta pilosus hirsutiae heluola. Foliola lateraliter latere exteriore dimidiato-cordata; interiore lanceolata. Stipulae foliorum ouali-oblongae, medio adnae, nudae, ciliatae; foliolorum vero lanceolatae, attenuatae in setam. Pedunculi longitudine foliorum, terminati Receptaculo ouato, glabro, ferente capitulum floribus sessilibus luteis: Siliquae hirsutae. H. U.

altissimus. 26. DOLICHOS volubilis, leguminibus racemosis, hirtis aequalibus, seminibus hilo cinctis, foliis vtrinque glabris. *Jacq. amer. 203. t. 182.*

Habitat in Martinicae sylvis, altissimas arbores scandens. Flores violacei.

trilobatus. 27. DOLICHOS volubilis pilosus, foliolis trifidis.

Phaseolus maderaspatanus, cauliculis pilosis, scandens, passiflore modo trilobatus. *Pluk. alm. 292.*

t. 120. t. 3.

Habitat in India. ☉.

Sata, multoties mihi enata, florere recusauit; hinc etiam de genere minus tutus. H. U.

mono- 9. GLYCINE foliis simplicibus cordatis, caule pubescentem triquetro.

Habitat ad Cap b. spei

Caulis bipedales, triquetri, ramosi, crassitie fili, prostrati et decumbentes, pilosi. Stipulae binae. Folia cordata, integerrima, simplicia, vtrinque subpubescentia. petiolis triplo longiora, apice mucrone inermiti. Pedunculi axillares, solitarii, vniflori, capillares, petiolis longiores. Inuolucrum tenellum, subtrifidum. Corollae violaceae. Germen oblongum, villosum. Fructum non vidi. Carina corollae obtusa *Hedyfari.*

hispida. 7. ROBINIA ramis axillaribus, foliis impari pinnatis, caule inermiti hispido.

Robinia racemis axillaribus, pedicellis vnifloris, fo-

liis impari pinnatis, caule inermi. *Jacq. amer. 211. t. 179. f. 101.*

Robinia foliis impari pinnatis: foliolis ouatis, ramis pedunculisque hispida. *Mill. ic. 163. t. 244.*

Pseudoacacia hispida, floribus roseis. *Catesb. car. 3. p. 20. t. 20.*

Habitat in Carolina, Carthagenae. b.

Simillima R Pseudoacaciae, sed flores maiores, rosei; ramuli, pedunculi calycesque hispidi. Foliola magis ouata et ouata.

erinitum. 47. *HEDYSARVM* foliis pinnatis, racemis oblongis, leguminibus inflexis, caule fruticoso. *Burm. ind. t. 53.*

Habitat in India.

Structura fructificationis adeo similis H. lagopodioidi et barbato, ac ouum ouo, et singularis quod quibus pedicellus absoluta florescentia inflatur arcuatus Calycis laciniis 3 maioribus platis reflexis, et sic occultet Legumen laeue, complicatum, infra pedicellos, ut non conspiciantur, perfecte ut in illis; at differt Caule alto, erecto, fruticoso, fereque arboreo, Foliisque pinnatis: foliolis 5, oblongis.

prostratum. 48. *HEDYSARVM* folis pinnatis, leguminibus cylindricis indiuisis dispermibus, capitulis sessilibus lateralibus, caulibus prostratis. *Burm. ind. 54. t. 2.*

Colutea minima dispermos. *Piuk. phyt. t. 165. f. 4.*

Habitat in India. b.

Caules palmares, diffusi, prostrati, depressi, ramosi, teretes, Stipulae membranatae, paruae, bifidae. Folia minuta, pinnata: foliolis 5 s 7, cuneatis, saepe reuatis, supra glabris, subtus pilis imbricatis tomentosis cinereisue. Capitula axillaria, sessilia. Legumina ouato-cylindrica, laeua, aequalia, pistillo recto mucronata. Semina duo.

moniliferum. 49. *HEDYSARVM* foliis simplicibus orbiculatis, leguminibus moniliformibus: articulis globosis *Burm. ind. t. 49. f. 3.*

Habitat in India. 2.

Caules ipthanaei, prostrati, palmares. Stipulae bipartitae, striatae, acutae, scariosae. Folia orbiculata, parua, petiolata, laeua, obtusa. Capitula axillaria. Legumina subsfasciculata, pedunculata, recta, articulis

*lis saepe quinque, globosis, pubescentibus (lente visis
pube vncinata) maiusculis.*

retrofle- 50. HEDYSARVUM foliis ternatis lineatis, racemis e-
xum. rectis, leguminibus pendulis mult-articulatis.

Habitat in India. 2.

*Frutex. Folia ternata, ovata, subtus tomentoso sericea.
Raceni laterales terminalisque pedunculis pendulis, fi-
liiformibus. Legumina compressa, altero margine re-
panda, 4-7 articulatis.*

finicus. 40. ASTRAGALVS caulescens, capitulis peduncu-
latis: leguminibus prismaticis rectis triquetris api-
ce subulatis. *Müll. act. angl. 1765. p. 138.*

Habitat in China.

*Caulès prostrati, spithamaei, teretes. Folia pinnata:
foliolis 7 s. 9, suborbiculatis, laevibus, tenuibus. Pe-
dunculi adscendentes, subangulati, foliis breviores.
Flores umbellati, subsessiles, 9 s. 10: Vexillo emargi-
nato, obcordato, lateribus reflexo, purpurascente;
Alis albis; Carina purpurea. Legumen triquetrum,
subtus planiusculum apice stylo vncinato reflexo. H. U.*

australis. 4. PHACA caule ramoso prostrato, foliolis lanceola-
tis, florum alis semibifidis. *Hall. emend. 223. †.*

*Phaca caulescens diffusa, pedunculis longissimis, le-
guminibus semi-ovatis. Ger. prou. 519. **

*Astragaloides alpina supina glabra, foliis acutioribus.
Til. pis. 19. t. 14. f. 1.*

Habitat in Apinis Helvetiae, Italiae, Galloprovinciae. 2.

*Folia sexiuga circiter, cinerea, pilosa. Flores albedo-
fluicantes. Alae semibifidae, quod singulare. Le-
gumina glabra. Carina corollae violacea, nec ad api-
cem 2 maculis violaceis, ut in Ph. alpina, a qua pa-
rum differt.*

vesicaria. 5. PHACA acaulis, calycibus fructiferis ovalibus in-
flatis glabris. *Schreb. dec. 9. t. 7.*

*Astragaloides orientalis vesicaria, foliis et fructibus
glabris. Tournef. cor. 27.*

Habitat in Oriente. 2.

*Folia radicalia pinnata 12-juga et ultra. Foliola lan-
ceolata, glabra, acuminata, plurima. Scapi erecti,
terminati racemo. Calyces ovales, inflati, alterni,
bre-*

breuiter pedunculati ac fructiferi quadruplo latiores, globosi, glabri, colorati. Legumen paruum intra calycem oblongum.

tetragono-loba. 15. PSORALEA foliis ternatis dentatis, caule flexuoso, leguminibus strictis quadrangularibus.

Habitat in Arabia. Forskahl; in Surate. Brad.

Caulis herbaceus, erectus, flexuosus, angulatus, crassitie pennae. Folia magnitudine Meliloti, maiora, ternata: impari petiolato. Foliola ovata, acuminata, rarius profundeque serrata s. subdentata, utrinque vix pubescentia Stipulae setaceae. Racemi axillares, erecti, pedunculati, longitudine foliorum. Bractee setaceae, flore fere longiores. Flores alterni, brevissime pedicellati: indigoferae paulo maiores, carina acuta absque corniculis lateralibus indigoferae. Legumina magna, longitudine foliorum, compressa, sutura utraque utrinque membranaceo-angulata, acuminata acumine elongato. Semina .. / 5. H. U.

graecus. 28. LOTVS capitulis subrotundis, caule erecto patulo, foliis quinatis, leguminibus ouatis.

Lotus graeca maritima, folio glauco et veluti argenteo. Tournef. cor. 27.

Habitat in Oriente: in Graecia. Arabia. 24.

Media inter Lot. hirsutum, et rectum, ut cuinam propior vix dicendum. Caulis erectus, annuus, sed magis parule ramosus: Flores etiam albi; minores hirsuto, maiores recto. Legumina ovata. Differt ab omnibus foliis quinatis (praeter stipulas), nec ternatis. Stipulae oblongae ut in L. hirsuto; nec cordatae, ut in recto. H. U.

arabicus. 29. LOTVS leguminibus cylindricis aristatis, caulibus prostratis, pedunculis trifloris, bracteis monophyllis.

Habitat in Arabia. D. Forskahl. 24.

Caules plures, sesquipedales, prostrati, vix pubescentes. Folia ternata, petiolata. Foliola subpetiolata, obovata, obtusiuscula, subincana, fere glabra. Stipulae fere magnitudine figuraque foliorum. Petioli brevissimi. Pedunculi erecti, triflori s. 4-flori, foliis saepe longiores. Flores pedicellati, nutantes, pallide rufescentes: vexillo venis rubris; alis includentibus carinam. Calycis dentes subulati, distantes. Bractea, ad exortum Pedunculorum proprium, monophylla, erecta, folio-

foliolis similis. Noctu dormit floribus arcte Pedunculo communi approximatis, super imposita bractea, Foliolis Stipulisque conniuentibus. Legumina cylindrica, aristata. H. U.

XVIII. POLYADELPHIA.

PENTANDRIA.

speciosa.

I. MONSSONIA.

Geranium folio tenuissime dissecto, flore singulari amplissimo. *Breyn. prodr. 3. app. 31. t. 21. f. 2.*

Habitat ad Cap. b spei, 2.

Folia radicalia, petiolata, plurima, pinnata: Foliolis linearibus, pinnatis: pinnis sublanceolatis. Scapi 2 f. 3, uniflori, spithamaei, foliis duplo longiores, Involucro cincti in medio, paruo, hexaphyllo; foliolis lanceolatis. Flos speciosus.

Distinguitur a Geranio facie Anemones, Stamina et Stylo diuersis.

POLYANDRIA.

Leucadendra.

I. MELALEVCA.

Myrtus Leucadendron. *Sp. pl. 2, p. 676.*

Arbor alba Cayputi. *Rumph. amb. 2. p. 72. t. 16, 17. f. 1.*

Habitat in India. 5.

Arbor truncato nigro, Ramis albis. Folia alterna, lanceolata, versus alterum latus falcata, petiolata, integerrima, subaenua. Fructificationes sessilis, adglutinatae, sparsae, infra folia. Fructus ante maturitatem, capsula etiamnum calyce brevior, vrceolata.

tingtoria.

I. HOPEA. Garden.

Arbor lauri folio, floribus ex foliorum alis. *Catesb. car. 1. p. 54. t. 54. mala.*

Habitat in Carolina, Florens odore gratissimo primo vere; Succus et folia in decocto tingunt lintea et serica laete lutea. 5.

Arbor. Folia alterna, petiolata, simplicia, oblonga, lanceolato-ouata, subserrata, nitida, enervia, dulcia. Pedunculi e Gemmis, ad summos ramulos erumpunt

8. f. 10: Pedicellis brevissimis, unisfloris, vestitis Foliolis parvis, concavis, villosis. Fructus demum infra folia, subsessiles, in spicam brevissimam digesti.

- calycinum. 30. HYPERICVM floribus pentagynis, caule tetragono fruticoso, foliis ovato-oblongis coriaceis.
Habitat in America septentrionali? 5.
 Caulis semperuirens, ramosus, ruber, tetragonus. Folia ovato-oblonga, palmaria, consistencia, obtusa, integerrima, subsessilia, internodiis 3. s. 4 longiora Flores terminales, pedunculati, solitarii, Calyx membranaceus; foliis ovatis obtusis longitudine germinis, duplo maior in fructu maturo. Corolla lutea, calyce duplo longior. Stamina flava, corolla breviora. Germen rubrum. Habitus *Hyperici Androsaemi*.
- prolificum. 31. HYPERICVM floribus trigynis, caule tetragono fruticoso, foliis lanceolato linearibus, floribus primordialibus sessilibus.
 Hypericum floribus semitrigynis, staminibus corolla brevioribus, caule fruticoso semperuirente. *Gruen. virg. 112.*
Habitat in America septentrionali. 5.
 Caules recti, purpurascens. Folia saepius revoluta, unde angusta Rosmarini. Foliola ramulorum primordia, ex alis plurima. Panicula parva, terminalis. Flores primae secundaque dichotomiae sessiles; reliqui terminales, pedunculati, numero rarius ultra 7. Stamina petalis non longiora.
- crispum. 32. HYPERICVM foliis trigynis, foliis sessilibus lanceolatis basi undulato-dentatis, caule tereti.
 Hypericum triquetrifolium. *Turr. fasc. 12.*
 Hypericum crispum, triquetro et cuspidato folio: *Bocc. mus. 2. p. 31. t. 12.*
 Hypericum folio breviora. *Bauh. pin. 279.*
 Hypericum foliis parvis crispis s. sinuatis siculum. *Rai. hist. 1019.*
Habitat in Calabria, Sicilia, Graecia. 4.
 Folia minutissima, semiaplexicaulia, basi crispa.

XIX. SYNGENESIA.

POLYGAMIA. AEQUALIS.

chondril- 8. **PRENANTHES** flosculis denis, calycibus octofloides. dis, fol. lanceolatis: radicalibus indiuisis subdentatis. *Ard. spec. 2. p. 36. t. 17.*

Habitat in Europa australi. 24.

Caulis *paniculatus*. Folia caulina *linearia*, ad ramificationes tantum, *minuta*. Radicalia *lanceolata*, *petiolata*, *nuda*, *minute dentata*.

japonica. 9. **PRENANTHES** flosculis subquindenis, foliis radicalibus lyratis, caule subnudo.

Habitat in Japonia. Klynhoff.

Folia Radicalia *lyrata* (*Lapsanae communis*), *obtusiuscula*, *vix denticulata*, *nuda*. Caulis *paniculatus*, *vix basi foliosus foliis lanceolatis*. Flores *numerosissimi*, *minimi*, *lutei pedunculis capillaribus*. Calyces *calyculati*, Flosculi *circiter 15*. Pappus *simplex*, *calyce longior*.

dentatum. 9. **LEONTODON** foliis ouatis: petiolis dentatis, scapo nudo unifloro.

Hieracium foliis ouato-lanceolatis dentatis petiolatis: petiolis dentatis. *Hall. emend 4 W. n. 254.*

Habitat in Heluetia. 24.

Folia omnia *radicalia*, *ouata*, *fere lyrata*, *integriuscula*, *subincana*. Petioli *longitudine folii*, *dentati*. Scapi *simplices*, *uniflori*, *longitudine foliorum*. Calyx *erectus*, *cinerascens*.

neglecta. 15. **CREPIS** fol. amplexicaulibus runcinatis subpilosis, calycibus inermi-subspinosis, caule paniculato-
Habitat in Italia. ☉.

Caulis *pedalis*, *ramosus*, *subpilosus*, *erectus*. Folia Radicalia *obouato-oblonga*, *dentata*, *subpilosa*. Caulina *amplexicaulia*, *runcinata*, *subpilosa dentibus elongatis etiam bases*. Summa *subhastata*. Rami *floriferi elongati*, *nudi*, *laeues*, *apice biflori s. bifidi*. Calyx exterior *brevissimus*, *acutus*; interior *8 s. 10 foliolis*, *in medio vna alteraque spina inermi notatis*; *Conuenit cum C. pulchra magnitudine et paruis floribus; differt foliis, non integris subdentatis viscosis, sed runcinatis,*
den-

dentatis, subpilosis &c. Synonyma inter utramque dispartienda. H. U.

Rhagadio 16. CREPIS foliis integris amplexicaulibus, calycioides. bus interioribus hispidis toruloso-sectis.

Habitat ☉.

Caulis *semipedalis, erectus, striatus, scaber, ramosus*. Folia *oblonga, integra, amplexicaulia, laevia*. Pedunculi *elongati, scabri, uniflori, nudi*. Calyx *calyculatus: Exterior foliolis plurimis, linearibus, obtusis, calyce $\frac{1}{2}$ brevioribus; insertione inaequalibus*. Interior *torulosus, sectusque in 13 partes parallelas, quarum quoduis foliolum eymbiforme, compressum, dorso hispido aculeolis glochidibus*. Corolla *lutea, extus purpurascens*. Semina omnia Pappo piloso. H. U.

lucida. 9. HYOSERIS scapis unifloris nudis, foliis runcinatis subcarnosis angulatis dentatis, Dens leonis graecus, foliis erysimi crassis et succulentis. *Tournef. cor. 35.*

Habitat in Oriente. Forskähl. 2.

Simillima H. radiatae, sed Folia crassiora, subcarnosa, lucida, brevius dentata. Scapi purpurascens, foliis longiores. Calyx angulatus. Semina marginalia vix papposa. Floret ante meridiem. H. U.

*

*

carduelis. 3. ARCTIVM foliis pinnatifidis aculeatis.

Habitat in Alpibus Carniolae superioris. D. Scopoli.

Statura Serratulae arvensis. Caulis crispus, aculeatus. Folia amplexicaulia, pinnatifida, laciniata, margine aculeata. Calyces terminales, pedunculati: squamis lineari-fetaceis, patentibus, incurvis.

canus. 27. CARDVVS foliis decurrentibus lanceolatis, dentatis ciliato-aculeatis, vtrinque arachnoideo-villofis.

Cirsium montanum maximum. Raj. hist. 305.

Cirsium tomentosum radice bulbosa. Bauh. hist. 3. p. 44.

Carduus tuberosus. Jacq. vind. 280. secund. descript.

Habitat in Austria. 2.

Radices fusiformes, aggregatae, carnosae, albae, Sifari.

Caulis quadripedalis, viridis, angulatus, arachnoideus. Folia lanceolata, subsinuato-dentata, spinulis albis vix pungentibus ciliata, vtrinque tomento arachnoideo

deo cana, carinata, in totum decurrentia alis exstantibus. Pedunculi terminales, elongati, foliis parvis floralibus viridibus. Flores solitarii, purpurei. Calyces inermes squamis extus linea alba. H. U.

- polyan- 28. CARDVVS foliis decurrentibus finuatis ciliatis
themus. subtus nudis, floribus pedunculatis congestis.
Carduus pycnocephalus palustris. *Triumph. obj.* 103.
t. 103.

Cirsium palustre lanceolatum, alato caule, polyanthemum. *Vaill. act.* 160.

Habitat Romae. ♂.

Simillimus Carduo *crispo*, *vi ab eo difficile distinguatur, sed neque petioli, neque folia subtus tomentosa.* Caulis *C. crispo*-altior. Folia profunde runcinata, non rigida, obtusiuscula, ciliata spinis inermibus, excavato-venosa, subius pallidiora, non vero alba, Caulina superiora lanceolata, erosa, decurrentia totaliter, crispa, parumque pungentia. Pedunculi *crispi*, vix arachnoidei. Flores saepius 3 s. 4 ad apicem subsessiles. Corollae in Limbo purpureae, in disco incarnatae. Antherae violaceae. Styli albi. Stigmata purpurea. H. U.

- ferox. 7. CNICVS foliis decurrentibus ligulatis dentato-spinosis, caule ramoso erecto. *Ger. prou.* 181.*

Carduus lanceolatus validissimis aculeis. *Tournef. inst.* 450.

Carduus lanceolatus ferocior. *Bauh. hist.* 3. p. 58.

Habitat in Europae australis montosis, sterilibus. ♂.

* * *

- suffruticosa. 13. CACALIA caule suffruticoso ramoso, foliis linearibus planis sparsis

Cacalia foliis linearibus integerrimis, caulibus unifloris. *Ard. spec.* 2. p. 39. t. 19.

Habitat in Brasilia. *Arduini.* h.

Caulis suffruticosus, palmaris, varie ramosus, filiformis.

Folia sparsa, linearia, integerrima, minime carnosae.

Pedunculi terminales, solitarii, uniflori, erecti, longitudine caulis.

Calyx simplicissimus, pentaphyllus: foliolis ovatis, obtusis, erectis, latribus occultatis membranaceis.

Flosculi multi, purpurei. Pappus pilis hispidis. Flos omnino Porophylli, sed herba aiversa.

- repens. 14. CACALIA caule fruticoso, foliis depressis car-
nosif.
Habitat ad Cap. b spei. b.
Planta tota statura similiſſima C. Ficoideſ, etiam rore glau-
co obducta, ſed folia ſupra depreſſo-concava, nec late-
ribus compreſſa. Mihi non floruit. H. U.
Radix repens huic, non illi.
- cuneifo- CACALIA caule fruticoso, foliis cuneiformibus carnoſif.
lia. *Habitat ad Cap. b ſpei. b.*
Caulis carnoſus, minus C. Ficoide et antecedentibus. Fo-
lia ſparſa, aeuia, abſque cęſta, ſupra plana, ſubtus
nonnihil conuexa, carnoſa. Cum folia non oppoſita,
nequit eſſe Cotyledon. Mihi non floruit in H. U.
- tomento- 3. ETHVLIA ſuffruticoſa, foliis linearibus integerr-
fa. *Habitat in China. b.*
Fruticulus caulibus ſtriatif, ramoſif. Folia alterna,
ſeſſilia, lanceolato-linearia, integerrima, incana, ſ. te-
nuiffime tomentofa, facie Lauandulae. Calyces termi-
nalf, ſeſſilef, laxi, ſubfoliof,
- diuaticata. 4. ETHVLIA foliif linearibus dentatif decurrentibus,
pedunculis oppoſitifoliof vniflorif, caule diuaticato.
Artemiſia minima. Sp. pl. 1190. n. 22. Burm. ind. t.
56. f. 4.
Habitat in India. ☉.
Herba palmarif, diuaticato-patens, duriuſcula. Folia al-
terna, anguſto-lanceolata, denticulata, d currentia, vnde
Rami denticulati. Pedunculi oppoſitifoliof, vniflori, lon-
gitudine foliif. Calyx hemiſphaericuſ, imbricatuſ ſqua-
mis acutiſculif. Receptaculum et Semina nuda.
- bidentif. 5. ETHVLIA racemulif ſecundif, calycibus ſubquin-
queflorif, foliif lanceolatif oppoſitif.
Habitat in India. ☉.
Caulis herbaceuſ, erectuſ, hexagonuſ, brachiatuſ. Folia
oppoſita, trinerviata, ſubpetiolata, lanceolata, ſerrata,
glabra. Racemi 2 ſ. 4, terminalf caulif ramorumque,
brachiati, cui a latere ſuperiori inſident Floref ſeſſilef,
anguſti, lutei, ſubquinqueflori, alterni, ſubtuſ bractea
ſubulata ſuffulſi. Semina oblonga, laeuia atiquot ſtriif.
Floref parui vt in Milleria, ſed anguſti.

- album. 20. **EVPATORIVM** foliis lanceolatis serratis, calycinis foliolis lanceolatis apice membranaceis coloratis. *Habitat in Pensyluania. Burckram.*
Caulis erectus, striatus, vix pubescens. Folia opposita, subsessilia, lato-lanceolata, serrata, subnuda. Corymbus terminalis e ramulis alternis, ramosis; fastigiatus, albus. Calyces imbricati: foliolis lanceolatis, apice membranaceis albisque. Flosculi 5. Pappus simplex:
- arbore- 3. **STAEHELINA** foliis ovalibus. *Schreb. dec. 1. t. 1.*
scens. Centaurea calycibus squamosis, foliis ovalibus subtus tomentosis *Ger. prod. 187.*
Raponticoides frutescens, styracis folio. *Vall. act. 179.*
Jacea arborescens, styracis folio. *Tournef. inst. 445.*
Cyanus arborescens altera, styracis folio. *Alp. exot. 33. t. 32.*
Frutex rotundo argenteo folio, cyani flore. *Bauh. pin. 452.*
Habitat in Creta, insula Stoechaqum; in rupe Victoriae Galloprovinciae. h.
Calyx imbricatus squamis muticis. Paleae multipartitae. Pappus ramosus et plumosus. Antherae ut in Inula basi dentatae. Flosculi nudi neutri. *D. Schreber. Folia petiolata, ovalia, integerrima, subtus sericeo-argentea.*

POLYGAMIA SUPERFLVA.

- μοναν- 9. **TANACETYM** caulibus simplicissimis unifloris.
thos. Tanacetum monanthemum, chamaemeli folio et facie. *Vaill. act. 337.*
Habitat in Oriente. Forskäh. ☉.
Folia bipinnata, radicalia, plurima, digiti longitudine, facie Achilleae Millefolii. Caules nonnulli, erecti, simplicissimi, rigiduli, subvillosi, pollicares. Folia caulina pauca, petiolata, dentato-pinnata. Flos terminalis, unicus, pedunculatus. Calyx oblongus, imbricatus, pubescens. Corolla lutea. Semina nuda. Receptaculum nudum. E radice dein Caules alii decumbentes ascendentes, longiores, diffusi, terminati pedunculo unifloro. *H. U.*
- judaica. 24. **ARTEMISIA** foliis caulinis minutis obovatis palmatis obtusis planis tomentosis. *Syst. nat. 10. p. 1208.*

- Artemisia tota cinerea. *Gron. orient.* 259.
 Absinthium halepense tenuifolium grati odoris, co-
 ma delicatiore. *Pluk. alm.* 4. t. 73. f. 2.
 Absinthium Santonicum iudaicum. *Bauh. pin.* 139.
 Santonicum. *Mat. med.* 511. haec erit.
Habitat in Judaea, Arabia, Numidia. 24.

- crassifo- 42. GNAPHALIVM fruticosum, foliis lato-lanceola-
 lium. tis subpetiolatis coriaceis tomentosis, corymbo
 composito, caule prolifero.
Habitat ad Cap. b. spei. b.
 Caulis pedalis, prolifero-ramosus, perennans excepto ra-
 mo florifero. Folia petiolata, lanceolata, superne la-
 tiora, obtusa, densissime tomentosa, rigidiuscula; ver-
 sus flores sensim angustiora. Flores corymbo termina-
 li composito, numerosi. Calyces pallide lutei; Corol-
 lae saturatius luteae. Flosculi ante anthesin albi appa-
 rent. H. U.
- glutino- 17. ERIGERON foliis lanceolato-linearibus integerrimi-
 sum. mis piloso-viscidis, pedunculis unisporis. *Ger.*
prou. 205. †
 Conyza montana, foliis glutinosis pilosis. *Bauh. pin.*
 265. *Rai. hist.* 265.
 Conyza montana saxatilis, hyssopi folio villoso et
 glutinoso, hispanica. *Barr. ic.* 158.
 Conyza montana Myconis, *Dalech. hist.* 1200.
Habitat in Hispaniae, Galliae australis montosis mariti-
 mis. 24.
 Pedunculi alterni, unispori, pauciores. H. U.
- aegyptia 18. ERIGERON foliis semiamplexicaulibus spatula-
 cum. tis dentatis, floribus globosis.
 Conyza capitata s. globosa. *Bocc. ic.* 13. t. 7. f. B.
Morif. hist. 3. p. 114. f. 7. t. 20. f. 14.
 Jacobaea aegyptiaca, folio glauco coronopi. *Boerh.*
 perperam.
Habitat in Sicilia, Aegypto. ☉.
 Caulis erectus, sesquipedalis, substriatus, virens, pube-
 scenti-subviscidus. Folia alterna, sessilia, vix semiam-
 plexicaulia, spatulata s. obovato-lanceolata, obtusu-
 scula, subpubescentia, subdentata dentibus fere 5, basi
 vero integra. Rami ex supremis alis. Flores termi-
 nales, 4 s. 5, pedunculati, subrotundi, pedunculis pur-
 purascentibus. Calyx subrotundus squamis subulatis:
 inti-

*intimis vix apice sanguinolentis. Corollae luteae: flo-
sculis minutis: Radiis nudis, copiosissimis; pistillis lu-
teis, mox evanescentibus, annulo papposo lato discum
quasi cingentibus. H. U.*

pubigera. 20. CONYZA foliis oblongis subdentatis subpetiola-
tis pedunculis lanatis subbifloris.

*Sonchus volubilis. Rumph. amb. 5. p. 299. t. 103.
f. 2.*

Habitat in India.

*Rami raris villis adpersi, herbacei, Folia oblonga, al-
terna, basi cuneata, subpetiolata, utrinque viridia,
rarisque pilis adpersa, serraturis 3 f. 4 utrinque ar-
guta fere dentata, non scabra. Pedunculi axillares
supernae ex alis foliorum, lanati 2, 3, f. 4 floribus,
calyce ante explicationem lanat. H. U.*

scabra. 21. CONYZA foliis oblongis subdentatis sessilibus sca-
bris, pedunculis unifloris elongatis.

Habitat in India.

*Folia utrinque scabra, dentibus utrinque 4 f. 5. Pedun-
culi axillares, versus apicem ramorum, uniflori, de-
mum foliis sextuplo longiores.*

rupestris. 22. CONYZA foliis spatulatis subdentatis cauleque
fruticuloso tomentosis, pedunculis elongatis uni-
floris.

*Conyza tomentosa polii foliis crenatis. Shaw. afr.
176. t. 176. mala.*

Habitat in Arabia. Forskahl. 5. 24.

*Simillima C. saxatili, sed Caules florentes fasciulis a-
xillaribus foliorum minorum. Folia latiora, brevio-
ra, obtusiora, utrinque albo-tomentosa exceptis infimis.
Calycis squamae non acutae patulae, sed obtusiusculae,
arcte imbricatae. Corollae luteae flosculis numerosissi-
mis. Odor grauis. H. U.*

japonica. 10. TVSSILAGO scapo floribus alternis radiatis.

Habitat in Japonia. Kleyhoff. 24.

*Folia radicalia, cordata, subrotunda, obsolete denticu-
lata, subtus tomentosa, magnitudine Calthae. Scapus
pedalis, villosus, nudo-aphyllus. Flores alterni, pe-
dunculati, lutei, magnitudine Arnicae: bractea lanceo-
lata sub pedicello, eoque brevior. Calyx poly hyl-
lus, basi subimbricatus. Pedicelli longitudine floris.*

- arabicus. 41. **SENECIO** corollis nudis, foliis subpinnatifidis petiolatis, calycibus intactis.
Habitat in Aegypto. ♂.
 Statura *S. vulgaris f. Jacobaeae*. Caulis sesquipedalis, laevis. Folia *Sisymbrii amphibii f. senecionis triflori, laevis, pinnatifida f. sinuata; dentata, petiolata, tenuia*, Pedunculi multiflori *Pedunculis lateralibus subdivisis*. Flores flosculosi ut in *S. vulgari*, lutei, calycibus non sphacelatis. H. U.
- hyssopifolius. 37. **ASTER** pedunculis subfoliosis, foliis linearibus acutis obliquatis margine scabris integerrimis.
Habitat in America septentrionali. ♀.
 Caulis pedalis, ramosus, rigidulus. Folia *lineari-lanceolata, virinque acuta, integerrima, viridia, pollicaria, verticali-inflexa*. Panicula corymbosa: pedunculis terminalibus: foliis 2 f. 3 linearibus. Calyces ovati, arte imbricati. Corollae Radius octopetalus, violaceus; Discus eleuatus, virens. Stamina testacea. Pistillum luteum. H. U.
- lanceolata. 13. **SOLIDAGO** corymbis terminalibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis trinerviibus,
Habitat in America septentrionali? Dau. Royen,
 Caulis 5-pedum. Folia *longa, margine imprimis scabra*. Calyces parui, obouati, subsquarrosi. Radius corollae paruus,
- bicolor. 14. **SOLIDAGO** racemis spicatis, foliis subserratis, florum radio dicoloro.
 Aster americanus, virgae aureae facie, flore minimo albido vix radiato. *Vaill. act. 584.*
 Virga aurea, flore albo spicato. *Pluk. alm. 389. t. 114. f. 8.*
Habitat in America septentrionali. Dau. Royen.
Distincta Racemis densis, floribus luteis radio albo.
- arabica. 23. **INVLA** foliis oblongis sessilibus, pedunculis filiformibus, calycibus cylindricis.
 Helenium ramosum, caulibus sparsis, calthae aruenfis folio. *Vaill. act. 575.*
 Aster conyzoides ind. orientalis ramosus, caulibus sparsis. *Pluk. alm. 57. t. 149. f. 4.*
Habitat in Arabia. Forskahl; in India. ☉.
Simillima J. Pulicariae, a qua caute distinguenda. Folia sub-

subspatulata, minime amplexicaulia aut undulata. Calyces cylindrici, nec globosi; Squamis approximatis, nec squarrosis; Pedunculi longiores, saepe gemini. Corollae radius longior, discus angustior. H. U.

undulata. 24. INVLA foliis cordato-lanceolatis amplexicaulibus undulatis.

Helenium aegyptiacum tomentosum et incanum, prolii folio. Lippi. Vaill. act. 575.

Habitat in Aegypto.

Caulis pedalis, teres, erectus, subtomentosus: Ramis alternis, strictioribus, virgatis, apice subdivisitis. Folia alterna, sessilia, amplexicaulia lobis baseos deorsum adans, cordato-lanceolata, undulata absque serraturis manifestis, subtus incona. Pedunculi terminales, uniflori, aspersi aliquot foliolis. Calyx foliolis subulatis; imbricatus apicibus incurvis. Corolla lutea: Radius corollae brevior, petalis linearibus, numerosis, 3 f. 5-dentatus; Discus valde conexus. Flores magnitudine Matricariae. H. U.

brasiliense. 3. PERDICIVM floribus subradiatis: calyce aequali, caule herbaceo.

Habitat in Brasilia: Arduini. 24.

Folia Radicalia lanceolato-ouata, repando dentata, subpubescentia, viscida. Caulina alterna, sessilia, lanceolata, angusta, subdentata. Flores in summitate caulis, nudi, plures, Arnicae montanae facie, pedunculis propriis elongatis submonophyllis. Calyx 12-16 phyllus, foliolis lanceolatis, obtusis, aequalibus. Corolla lutea. Flosculi et in disco et radio bilabiati hermaphroditi,

capensis. 6. MATRICARIA foliis simpliciter pinnatis subcarnosis teretiusculis: infimis subbipinnatis.

Habitat ad Cap. b. spei. ☉.

Facies Chamomillae. Caules plurimi, ramosissimi, diffusi, spithamaei, teretes, laeviusculi. Folia simpliciter pinnata, carnosa fere, nuda, impunctata, costa vix complanata: dentibus cylindricis apice purpurascensibus s. fuscescentibus. Folia infima dentibus lateralibus pinnatifidis. Pedunculi terminales, longiusculi, uniflori, striati. Calyx imbricatus, parum scariosus. Corollae radius Petalis 10 f. 12, albis, ovatis, distinctis.

*Ætis. Discus conuexus luteus. Receptaculum semio-
uatum. H. U.*

- Asteroides. 7. **MATRICARIA** foliis lanceolatis integris glabris obliquis.
Matricaria foliis simplicibus lineari-lanceolatis sessilibus, pedunculis vniformibus. Mill. act. angl. 1765. p. 94
 After americanus; flore albo: folio lactucae purpureae. *Rai. suppl. 160.*
Habitat in Pensyluania. Barthram. 24.
 Planta *Asteris* annui, foliis *Lactucae Scariolae*. Caulis erectus, bipedalis, strictus, laeuis, vix angulatus, substriatus. Folia alterna, remota, sessilia, lanceolata, laeuis, basi deflexa, margine scabra, disco verticalia. Panicula rarior, rigidiuscula, pedunculis vnifloris. Calyx planiusculus, imbricatus, squamis subaequalibus, subulatis, longitudine disci. Corollae discus hemisphaericus, luteus. Radius linearis, integer, incarnato-albus. Semina compressa, coronata margine quinque-dentato. Receptaculum nudum, hemisphaericum. H. U.
- italicum. 20. **CHRYSANTHEMVM** foliis bipinnatis serratis, florum radiis disci longitudine, caule procumbente.
Parthenium foliis tenuissimis achilleae caesuris. Mich. gen. 34. t. 29.
Habitat in Italia. Arduini.
Simillimum Chr. millefolio. sed Caulis magis ramosus, multiflorus, erectior. Florum radius albidus, longitudine disci.
- Spilanthus. 8. **COTVLA** foliis oppositis lanceolatis integerrimis trineruiis.
Spilanthus vrens foliis integerrimis. Jacq. amer. 214. t. 120. f. 1.
Santolina, pyrethri sapore, humifusa. Plum. spec. 10.
Ceratocephalus foliis lanceolatis serratis sapore feruido. Vaill. act. 600. n. 5.
Habitat Carthagenae in Arenosis maritimis.
- pyretharia. 9. **COTVLA** foliis oppositis ouatis crenatis petiolatis.
Habitat in America.
 Caulis herbaceus, dichotomus. Folia opposita, crenata, ouata, obtusiuscula, tenuia. Pedunculi terminales e dichotomia caulis, foliis longiores, vniflori. Flos
 ova-

ouatus exacte, albus: corollulis quadrifidis. Paleae longitudine flosculorum.

